

1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE



COMMENTATIONUM

DE

RELIQUIIS

COMOEDIAE

ATTICAE ANTIQUAE

LIBRI DUO.

SCRIPSIT

THEODORUS BERGK

PHILOSOPHIAE DR. SCHOLAE LATINAE HALENSIS COLLABORATOR.

LIPSIAE

SUMTU FRANCISCI KOEHLERI.

MDCCCXXXVIII.



VIRIS SUMMIS

FRIDERICO IACOBSIO

AUGUSTO BOECKHIO

AUGUSTO MEINEKIO

VENERABUNDUS

D. D. D.

THEODORUS BERGK.

Lecturos, si qui forte erunt, qui huc animum advertant, inprimisque amicos atque familiares velim etiam atque etiam monitos, ut Aristophanium illud


Μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα

sedulo teneant in hoc libro evolvendo, ne, sicubi exspectatione multum inferiora esse, quae in medium protuli, intellexerint, se deceptos esse conquerantur. Fieri sane solet, ut principio, si quis animum ad scribendum adpulerit, fallaci spe elatus se praeclara quaedam prolaturum ceterosque edocturum esse existimet; sed iam in medio opere spes illa sensim sensimque evanescit atque inanis laboris taedium identidem obrepit: et ad calcem ubi perveneris, ibi vero intelliges te plane deiectum esse teque illius, quae a principio animum incitaverat et erexerat, vanitatis vehementer pudebit: iam enim senties, te ipsum, qui alios docturus eras, a vera doctrina longissime abesse. Verum eadem haec conscientia quae animum profligavit, etiam erigere rursus et confirmare solet, ita ut attentiore studio veritatem investiges omninoque alium iam te esse sentias atque antea fueras. Est enim labor ille librorumque conscribendorum studium quasi morbus quidam, quo, etsi gravissime vires tentatae sunt, postquam levatus es, non solum pristinam valetudinem recuperabis, verum etiam vigorem auctum firmatumque esse senties: ita etiam in eiusmodi opere fieri solet, ut quamvis quod petivisti non

sis assecutus, salus tamen summa tibi allata sit et ad lucem quasi adspiciendam revoceris. Quare nemo mihi vitio vertat, quod haec inchoata magis quam perfecta, rudia potius quam expolita ex commentariolis meis selegerim atque publici fecerim iuris. Praeterea si severis harum rerum arbitris multa in hoc libro prave aut minus accurate disputata esse videantur, illi meminerint, quaeso, homini in scholae angulo atque umbra delitescenti plurimorum librorum copiam negatam, otium autem ad ea quae inchoaverit perficienda satis raro concessum esse, quod mihi quidem in praesentia fere non obtigit, quin importunitas aliqua contristaret: nolui tamen quorundam hominum imitari ignaviam, qui ut praeter ceteros religiosi videantur, nihil nisi forte schedulas quasdam in medium proferunt, quas invitis propemodum necessitas aliqua extorsit: satis enim superque intellexeram plurimas ex his studiis et voluptates et commoditates ad ipsa officia rite obeunda redundare. Itaque quidquid subsecivi temporis concessum fuit, illud omne contuli ad haec studia recolenda et tractanda, quae ante septem annos inchoaveram, post per longum temporis intervallum intermiseram. Admodum enim adolescens, ubi primum Aristophanis divini poetae comoedias usu cognoveram, illud mihi videbar perspexisse, nisi ceterorum comicorum poetarum reliquiis in unum collectis, ne has quidem fabulas satis recte posse intelligi aut aestimari: itaque sedulo operam dedi, ut atticae comoediae monumenta quotquot reperiri possent colligerem et illustrarem: post vero ad alia studia, casu magis quam voluntate delatus, magnaque ex parte variis praepeditus laboribus, has litteras remisi, amorem tamen semper retinui. Itaque iam libuit animum denuo ad haec studia reflectere; et primo quidem libro plerasque Cratini comoedias accuratius explanare studui, in alterum librum conieci quaedam ex iis, quae de ceteris poetis

commentatus eram, quae quidem non poteram absolvere, ne iustum modum hoc volumen excederet. Propter temporis autem angustias, quibus inclusus tenebar, non licuit aliud institutum aliamve operis formam tueri, quam hanc tumultuariam, quae nunc non sane iniuria in maximum adducta est contemtum atque invidiam: spes tamen aliqua animum meum consolabatur, quod videbam olim principes in his litteris viros hoc ipsum scribendi genus non detrectavisse: inprimisque Valckenarii summi viri exemplum obversabatur, qui diatribe illa de Euripidis tragoediarum reliquiis edita plus quam multi alii magnis voluminibus ad huius poetae ingenium et artem illustrandam contulisse censendus est: cuius viri virtutes aemulari etsi nequaquam ausus sum, spero tamen aliqua ex parte me invisse Meinekii viri summi studia, qui cum iam hucusque egregie de his litteris sit meritus, in posterum editis omnium comicorum poetarum reliquiis illa merita multo etiam cumulabit. Nos vero, si quando laetius affulserit otium, atticae comoediae memoriam illustrare litterisque consignare conabimur, ut, quae in hoc libro peccata sint, pro virili parte corrigamus.

Superest ut duas quaestiones breviter attingam, quas accuratius hoc loco pertractare constitueram: sed cum vel sic libri moles nimium adaucta sit, satius duxi haec in aliud tempus differre: itaque quam potero brevissime summam rei perstringam. Primum enim hoc praemuniendum est, ne, qui hunc librum legant, institutam sententiam propositumque ignorent, ea, quae de conditione istorum temporum, quibus antiqua attica comoedia laetissime floruit, a me dicta sunt, non ea ratione esse disputata, qua nos longo intervallo ab ista aetate remotos uti decet in rerum praeteritarum ordine considerando atque examinando, sed potius ita, uti Cratino, ceteris poetis, qui rerum praesentium turbine agerentur, iudicare licuit: illud



que quasi divinitus auguretur, fore ut proclivi et praecipiti cursu omnia collabantur. Ab hac aegritudine atque moerore poeta ut animum liberet, omnesque sollicitudines detrahat atque pellat, ea, quae ipse sentit atque expertus est, palam atque foras profert; itaque imaginem quasi quandam ipsius vitae proponit, quae aliis quoque, qui intueantur, medicinam atque aegritudinis solatium afferat. Dignum igitur satis et arduum propositum antiqua attica comoedia persequitur, et quo diutius hoc officio fungitur, eo facilius id quod angit hominum animos, eximit atque pellit, eo melius ab aegritudine et tristitia ad hilaritatem et laetitiam revocat. Quare Cratinus, qui primus rudia illa et inficeta Megaricae comoediae primordia instauravit altiusque incrementa repetiit omnemque rerum et humanarum et divinarum circuitum mente et cogitatione complexus est, gravis austerusque est iudex, ut etiam facetiis, si quibus forte utatur, magna severitas inhaereat; contra Eupolis difficillimam gravitatis et hilaritatis coniunctionem conciliavit, ita ut ex hoc temperamento poesis longe venustissima et perfectissima effloresceret; Aristophanes vero, etsi nequaquam expers est illius gravitatis, artis speciem in tantum extulit fastigium, ut quidquid austerum et acerbum esset, lepore atque gratia propemodum obrueret et in hilaritatem ac facetias plane esset effusus. Verum haec si ea, qua par est, diligentia vellem pertractare, instituti terminos excederem.

Scripsi Halae calendis Octobr.
MDCCCXXXVII.

INDEX CAPITUM.

LIBER I.

DE CRATINO.

Cap. I.	De Archilochis	p.	1
— II.	De Bucolis et Deliadibus	-	30
— III.	De Fugitivis Mulieribus	-	46
— IV.	De Eumenidibus, Eunidis, Thressis et Ambustis	-	69
— V.	De Cleobulinis et Effeminatis	-	112
— VI.	De Legibus, Ulixibus et Panoptis	-	130
— VII.	De Divitiis, Pytine et Trophonio	-	185
— VIII.	De Chironibus et incertarum fabularum fragmentis	-	219

LIBER II.

DE CETERIS ANTIQUAE COMOEDIAE POETIS.

Cap. I.	De Cratete	p.	266
— II.	De Pherecrate	-	284
— III.	De Hermippo et Teleclide	-	307
— IV.	De Eupolide	-	332
— V.	De Phrynicho et Archippo	-	366
— VI.	De Platone	-	381
— VII.	De Theopompo	-	390
— VIII.	De Amipsia, Metagene, Nicophonte, Aristonymo, Philyllio, Diocle, Sannyrione, Epilyco	-	418

I.

INDEX VERBORUM.

A.

ἀγαγόνην 62.
ἀγαθὰ πάντα 305.
ἄγαλμα ἀγορᾶς 422.
ἀγερσικύβηλις 46.
ἅγιος = μιαρός 254.
ἀγκυλοχείλης 357.
ἀγκυλοχήλης 357.
ἄγνωστος θεός 93.
ἄγχαζε 381.
ἄγχασκε 304.
ᾄδεις ὥσπερ ἐς Δῆλον πλεών 45.
ἁδρὸν μέτωπον 203.
Ἄδώνιος gen. Ἀδώνιον accus. 253.
ἀείδειν Πολυμνήστεια 230. 231. 232.
ἀείφρουρος 128.
ἀθάρη neque ἀθάρα 292.
Ἀθηναῖαι γυναῖκες 295.
αἰγείρου θέα 262. 3.
αἰγυπτιάζειν 262.
αἴθρια στέφη 44.
αἱμυλοπλόκος 254.
αἱμυλόφρων 254.
αἶξ, de mulieribus 248. 9.
αἶξ οὐρανία 248.
αἰξωνεῖς, αἰξωνεύεσθαι 84.
Αἰξωνίδες Ἁλαί 84.
αἰξωνίδες, αἰξωνικαὶ τρίγλαι 217.
ἀκράχολος, neque ἀκρόχολος 305.
ἀκροᾶσθαι 360.
Ἁλαὶ Αἰξωνίδες 84.
— Ἀραφηνίδες 84.
ἀλήθω 295.
ἁλιεύς 297.
Ἀλκαῖος et Ἀλκείδης 374.
ἀλλᾶς 425.
ἀλλοτριόγνωμος 181. 2.
ἀλώπηξ οὐ δωροκοπεῖτει 135.
ἁμάρτουν 62.
ἀμφί: ὑμνεῖν ἀμφί 38.
ἀμφιάνακτες 71.
ἀμφιανακτίζειν 71.
ἀνὰ in compos. 381.
ἀναβληχᾶσθαι 381.
ἀνακραγεῖν 430.
ἄναλτος 254.
ἀναντιαναγνῶναι 258.
ἀναπλάττειν 180. 1.
ἀνάπλεως, έα, εων 28.
ἀναπτεροῦν 263.
ἀναρίθμητος 181.
ἀναχάζειν 381.
ἀνεξικώμη 255.
ἀνὴρ θεῖος 22.
— ἄνδρες χρύσειοι 190.
ἄνθρωπος ἀχρειογέλως 9. 10.
ἄνοργος 254.
ἀνστάντες 304.
ἀπάγειν παρὰ ναυτοδικῶν 242.
ἀπαρτί 295.
ἀπό: τὰ ἀπὸ σώματος 324.
ἀπονυχίζεσθαι 253.
ἀποπροσωπίζεσθαι 295.
ἀποπυργίζοντες λόγοι 173.
Ἀραφήν 84. 5.
Ἀραφηνίδες Ἁλαί 84.
ἀράχνιον 205.
Ἀργεῖοι Πελασγοί 95.
Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος 388.
Ἄργος Πελασγικόν 94.
Ἄρης πισσοκωνίας 255.
Ἀριστόδημος 184.
ἁρμῷ, ἁρμοῖ 289. 290.
ἀρρενώπας 254.
ἀρύστιχος κύλιξ 240.
— ᾶς substantiva 72.
ἀσάμινθος κύλιξ 240.
ἀσκαρίζειν, σκαρίζειν 45.
ἀσκηταί 431.
ἀσπάλαθος 290.
ἀτραπίζειν 295.
Ἀττικαὶ γυναῖκες 295.
Αὔγη 428.
αὐθημερινοὶ λόγοι, ποιηταί 222. 223.
aurei homines 190.
αὐτόκακος 409.
ἀφῆλιξ = γέρων 258.
ἀφύη, num. singul. 315.

ἀφύαι meretrices 316.
ἀφύην κινεῖν 316.
ἄχαρνος, ἀχαρνώς 420.
ἀχρειογέλως ἄνθρωπος 9. 10.

B.

βαδίζομαι, βαδίζου 253.
βαδισματίας 255.
Βακχᾶς 72.
βασιλίδαι 189.
Βενδῖς neque Βένδις 77.
Βενδῖς δίλογχος 76.
βλιτομάμμας 351.
βόαξ 378.
βοίδης, Βοίδης 165.
βράκανα 259. 304.
βρίθεσθαι 304.
βῶσον = βοήθησον 253.

Γ.

γαδυ 434.
γάλα indeclin. 293.
γάλατος, γάλατι 293.
γαστροχάρυβδις 255.
γαυριᾶν 141.
γελᾶν ψυχρόν = γελοιάζειν 359.
Γειράνα 434.
Γέσθος 434.
Γέλλωτες 434.
γλάμων, γλαμᾶν, γλήμων, γλημᾶν 336.
γνάφαλλον, γνόφαλλον, κνέφαλλον 410.
γοναί, natales 132.
γράφειν ἐν conviciari propter 206.
γρῦ 334.
γυναῖκες Ἀττικαί, Ἀθηναῖαι 395.
γυνή, γυνήν 296.

Δ.

Δάκτυλοι 109.
δασύπους = λαγώς 254.
δέ 160. 161. 321. 326. δὲ αὖτε 422.
δειλότερος Ἐπειοῦ 116.
δεῖν 427.
δεξιῷ 67. 255.
δή: νῦν δή 322.
Δηλιάδες 39.
Δημοκλεῖδαι 184.
διάθεσις 119.
διακλιμακίζειν 394.
διάνοια poetae 269.
διδάσκειν τινί 34.
δίλογχος Βενδῖς 76. 77.
δίφρος 41.
δόρη 409.
δόχμη et δοχμή 264.
δρυπεπεῖς μᾶζαι 197.
δυσκάρβανος 260.
δωδεκέτης 257.
δωμός 434.
Δωρῷ 67. 255.

E.

Ἐγερσικύβηλις 46.
ἐγκρίδες, ἐγκριδοπώλη 426.
ἐγκυλίζειν 296.
ἐγκυσόχωλος 256.
ἔγχος 77. 78.
— σες, vocat. substant. — ῆς 107.
εἴκειν θυμῷ 287.
εἶναι 367.
εἴσοδος 206.
ἐκκεχοιριλωμένη Μοῦσα 256.
ἐκχαρυβδίζειν 255.
ἐλᾶν 397.
ἐλλός = ἔλλοψ 257.
ἐμβλεπῶ 67. 255.
ἐμπορεύεσθαι 423.
ἐν: γράφειν τινὰ ἐν — conviciari propter 206.
ἐνενήκοντα, — ων 194.
ἔνθρυσκα 304.
Ἐξήκεστος et Ἐξηκεστίδης 374.
ἑορταὶ ἐπίθετοι 218.
Ἐπειοῦ δειλότερος 116.
ἐπείσιον, ἐπίσειον, ἐπίσιον 206.
ἐπεισόδιον 206.
ἐπιδιδόναι augescere 322.
ἐπίθετοι ἑορταί 218.
ἐπικουρία σκυτίνη 271.
ἐπιλησμονή 256.
ἐπίμεστος 304.
ἐπίμεστα adv. 305.
ἐπίνοια 269.
ἐπιφέρειν ὀργάς, obsequi 229.
ἕρπειν 433.
ἐσμός de choro 6.
ἐτήσιος 45.
εὔζορος 255.
Εὐηνίνη 144.
εὐθύ et εὐθύς 288.
εὐθύ, recta via 289. 355.
εὐπηνής 182.
εὔπηνος 182.
εὕρημα 269.
ἐφετίνδα 260. 261.
ἐψητός, de homine lascivo 378.
— εως adiect. 28.

Z.

Ζεὺς φράτριος 108.
ζορώτερος 252. 253.
ζοφοδορπίδας 8.
ζωμός 421.

H.

ἦα, ἦων 297.
ἠθμός σχοίνινος 139.
— ηρ subst. baryt. 107. 108.
ἠσὶ 396.

Θ.

θέα αἰγείρου 262. 263.
θεῖος ἀνήρ 22. 23.
θεὸς ἄγνωστος 93.
— τὰ τοῦ θεοῦ καλά 171.
θηλάζω, θηλάζομαι 253.
θηλάστρια 253.
θιασῶται 88.
θρηνεῖν 375.
θυλήματα 297.
θυμέλη 297.
θυμῷ εἴκειν 289.
θυροκόμος 144.
θυροκόπος 144.
θυροποιός 116. 144.

I.

ἰαμβικὴ ἰδέα 269.
Ἰαπετός 9.
Ἰδαῖοι 109.
ἰδέα 269.
— ἰδής subst. comicorum 8. 9.
Ἱεροκλέης 329.
Ἰθύφαλλοι 26. 27. 274.
ἴκρια: ἰκρίων ψόφησις 11.
ἵλεως: ἵλεα neutr. plur. 28.
In, negatio in adiectiv. compos. 148.
Ἰναρῶς 106.
— ίνη substant. deriv. 149.
Innumeri numeri 148.
Innuptae nuptiae 148.
ἴσος, ἶσος 316.
Ἰωνόκυσθος, Ἰωνόκυσος 256.

K.

Κάειν 366.
καθαρμοί 239.
καί 287.
καιροσπάσθητον ὕφασμα 307.
κακὰ κακῶν 429.
κάκκαβος, κακκάβη 316.
κακόκνημος 347.
κακὸν ἐπὶ κακῷ 31.
καλάσιρις 40.
καλιά, καλιός, καλιὸν 18.
καλλιτράπεζος 421.
καλός: τὰ τοῦ θεοῦ καλά 171.
— τὰ καλὰ τῶν καλῶν 293.
καπνίας 67.
κατάδεσμος 413.
κατόχους et κατόχως 317.
Κέρκωπες 24. 25.
κεφαληγερέτας Periclos 220.
κημός 139.
κῆχος 297.
Κίμων 183.
Κλαυσαμενός et Κλαυσομενός 129.
Κλεοβουλίνη 149.
κλεπτίδης 9.
κλίμαξ 394.
κνέφαλλον 410.
Κοννᾶς 72.
κοπίς 198. 435.
κοχλίας 121. 122.
κρόμμυα 360.
Κρόνος, Κρονίδης, Κρονοδαίμων, Κρονοθήκη, Κρονικός 9.
Κρόνοι 191.
Κύβηβος 92.
Κυβήβη, non Κυβήκη 92.
κυβηλίζειν 46.
κύβηλις 47.
κύλιξ ἀρύστιχος, ἀσάμινθος, λεπαστής 240.
κυνάριον κυνίδιον 411.
κυντερώτερος 296.
κυρία 300.
κυσόχωλος 256.
κύων 64.
κωμῳδεῖν 142.
κωραλίσκος 431.

Λ.

λαγώς 420.
λαί, λαΐς 260.
Λαιστρυγόνες 260.
λάχανα 184.
λεπαστὴς κύλιξ 240.
λέπειν 360.
λεπτολογία 317.
λέσχαι 198.
λόγος 276. 277.
λόγοι ἀποπυργίζοντες 173.
— αὐθημερινοί 323.
— φρύγιοι 173.
λογίνη 149.
λόγχη 77.
lusus verborum 180. 181.

M.

μᾶζαι δρυπεπεῖς 197.
Μαρικᾶς, —ᾶν, —άντα 313.
μάρων, vinum 160.
μᾶσμα 256.
μάχεσθαι 426.
Μέδων 129.
μέθυσος gen. fem. 419.

μεθυσοχάρυβδις 303.
μειράκιον, — άκισκος, — ακύλλιον 62.
μεῖραξ, μείρακες de viris 62.
— μείρακες τραπέζαι 140. 141.
μελαγχρής et μελάγχρως 253.
μέλι, indecl. 293.
μεσόμφαλος φιάλη 409.
μεταπεττεύειν 394.
μέτωπον ἁδρόν, φαιδρόν 203.
μήδ' ὁτιοῦν 279.
Μηδόκης 311.
Μήλιος 168.
Μηνᾶς 72.
Μητίοχος, Μετιχός 12.
μητρῷον 110.
μίλος 128.
— μν corrept. 181. 182.
Μορύχου μωρότερος 345.
Μοῦσα ἐκκεχοιριλωμένη 256.
μῦθος 268. 276. 277.
Μυκόνιος 250.
μωρότερος Μορύχου 345.

N.

νήχειν, inusit. 357.
νίγλαροι 375. 376.
νοστήσω 296.
numeri innumeri 148.
nuptiae innuptae 148.
νῦν δή 322.

Ξ.

Ξένιος, Ξενίας 116.

O.

οβελισκολύχνιον 409.
ὄζειν 277. 325.
— οι et υ conf. 318.
— οιν et — οίην optativ. 62.
οἰῶ 431.
ὀνεσταυτοκλείδης 19.
ὀνυχίζεσθαι 253.
ὀπτᾶν 360.
ὀργάζειν 291.
ὀργὰς ἐπιφέρειν, obsequi 229.
ὁρᾶσθαι 156.
ὀρτογοκόπος, ὀρτογοτρόφος 425.
ὀρφός, ὀρφῶς 418.
ὄστρακα 429.
ὀστρακίνδα 261.
ὁτιοῦν: οὐδ' ὁτιοῦν, μήδ' ὁτιοῦν 279.

Π.

Παιανιεύς 297.
πανδία, τά, de spectatoribus 350.
παίζειν 64. — πόλεις 64.
παιών 126.
παιώνιον, παιωνεῖον 283.
παιώνιος 282. 283.
παλάσια, παλάσιον 250.
Πανέλληνες 23.
παρά: παρὰ ναυτοδικῶν ἀπάγειν 242.
παράβυστον 19.
Παρδόκας 312.
πασσαλόφιν 323.
πατριῶται 158.
Πελασγικόν, τὸ 47.
πελασγικὸν Ἄργος 94.
Πελασγοὶ Ἀργεῖοι 95.
πελίκαι 91.
πεπαγοίην 62.
Περικλέης 329.
πῖν 412.
πίομαι 382.
πίπτησι 324.
πισσοκωνίας 255.
πλατύς 180. 181.
πλατυσμός 180.
Πλάτωνος nomen 180. 181.
πλὴν εἰ ἄρα, nisi forte 124.
πλινθίον 64.
ποδανιπτήρ 429.
ποιηταὶ αὐθημερινοί 222.
πόλεις παίζειν 64.
πολιεύς 297.
πόλις de regionibus 241.
πολίτης 158.
Πολυμνήστει' ἀείδειν 230. 231. 292.
πομφολυγεῖν 292.
ποντοφάρυξ 255.
προδιδόναι, ante dare 356.
πρωπέρυσιν et πρωπέρυσι 296.
πρός adv. 199. εὔχεσθαι πρός τι 317.
προσεύχεσθαί τινι 337.
προσομοίως 421.
πρωβούλευμα 296.
πρωπέρυσιν 296.
πρωτέλειος 296.
πῦρ ἐπὶ πυρί, πῦρ πυρὶ ἐγχεῖν, πῦρ ἐπὶ πῦρ ἄγειν, μετοχετεύειν 31.
πυργοῦν 173.
πυριάτης 158.

P.

ῥ quando producat 293.
ῥᾶ 397.
ῥεύσομαι 295.

Σ.

Σάκας 123. 124.
Salamis insula πόλις Αἴαντος 241.
σάλπης 378.
σαπρά, vetula 315.
Saturni 191.
Σιλλοί 25.
σκαρίζειν, ἀσκαρίζειν 45.
Σκύθαι 98.
σκυτίνη ἐπικουρία 271.
σμῆνος de choro 6.
σμῖλαξ 128. 129.
σοροδαίμων 9.
Σοφοκλέης 329.
Σπευσίνιοι 98.
σπουδαρχιάζειν 8. 9.
σπουδαρχίδης 8. 9.
στάσις 235.
στέφη αἴθρια 44.
στιγματίας 22.
στράβηλοι 303.
στρέβιλοι 303.
συγγίγνεσθαι 340.
συγκαρκινοῦσθαι 295.
συκοτραγίδης 8.
συμπατριῶται 158.
Συρβηνεύς 91.
— έων χορός 91.
συστρέφειν 124.
σχοίνινος ἠθμός 139.
σχοινίων 115.
σῶμαι 433.

Τ.

τάγυρι 334.
τάκωνες 279.
τέκτονες (ὕμνων) poetae 69.
Τελμισσεύς et Τελεμισσεύς 280.
testudo 122.
τευτάζω, non τευτάζομαι 374. 375.
τῆ, τῆτε 158. 159.
Τιβαρηνοί, Τίβιοι 106. 107.
Τιθωνός, de sene 9.
Τίμαρχοι 184.
Τιμησιάναξ 184.
τονθορύζειν 292.
τοξότης 98. τοξόται 98.
τοῦ pro οὗ 325.
τράπεζαι μελάνες 140. 141.
τρέφοιν 62.
τριβαλλός 25. — οί 26.
τρίγωνον 19.
τριήκοντα, — ων 194.
τυροκνῆστις 47.
τύφω τῦφον ἐπάνελεῖν 31.

Υ.

υ et οι conf. 318.
ὑμνεῖν ἀμφί 38.
ὑοσκυαμᾶς 295.
ὑποθῆκαι 225. 226.
ὕφασμα καιροσπάσθητον 307.

Φ.

φάγος, φαγᾶς 72.
φαιδρὸν μέτωπον 203.
Φαμενός 129.
φερέοικος, φέροικος 121.
fieri 367.
Φιλοκλέης 329.
φῖτυ 345.
Φορμίσιοι 184.
φράτηρ, φράτερες et φράτωρ, φράτορες 107. 108.
φράτριος: Ζεὺς φράτριος 108.
Ἀθηναίη φρατρία 108.
φρύγειν 360.
φρύγιοι λόγοι 173.
φυλία 199.

Χ.

χαῖρε, χαίρειν (λέγω) 362.
χαλκιδίζειν 48.
χαλκιδίτης, χαλκιδῖτις 49.
Χαρικλέης 329.
Χαρίλαος, Χαρίλας, Χάριλλος 8.
χειρόμακτρον 28.
χειροπόδας 8.
Χείρων 220.
χεροῖν et χερσίν conf. 384.
χολλάδες 297.
χοροὶ ἀνδρικοί, κύκλιοι, παιδικοί 83.
χορὸν διδόναι 31.
χορὸς Συρβηνέων 91.
χορτάζω, χορτάζομαι 157.
Χρυσέα 408.
χρύσειοι ἄνδρες 190.
χρῶ, χρῆς (χρήζεις) etc. 135. 333.
χώρα 64.

Ψ.

ψόφησις ἰκρίων 11.
ψυχρὸν γελᾶν = γελοιάζειν 359.

Ω.

— ω substant. 69.
ὦ: μοχθηρός 347.
ὠμόλινον 28.

II.

INDEX RERUM.

A.

Abaridis peregrinationes 42.
Acestor: *Σάκας* 123. 4. *στιγματίας* 124.
Achaeus Eretriensis aenigmatosus, sophistarum praecepta sequens 120.
Adiectiva in — *εως* 28. adiect. compos. c. negat. 148.
Admeti scolium 227.
Aegroti oracula deorum adire soliti 216.
Aegyptii fraudulenti habiti 262. —ium bellum 105.
Aeliani error 312. v. Hyperbolus.
Aelius Stilo, praeceptor Varronis 148.
Aenigmata 121. 122. v. Cleobulus, Cleobuline, Cratinus, Theodectes, Achaeus Eretriensis.
Aeschines, Selli filius 228.
Aeschines, Socraticus: dialogi eius:
— **Callias** 231. 237.
— **Aspasia** 237.
Aeschylus: quo consilio Eumenidas scripserit 134.
Aetas aurea 188. 290. 425. 6.
aevum Saturnium 158. 278. carne abstinuit 281.
Aexonenses maledicentissimi 84; triglae 217.
Afranius, imitator Menandri 148.
Ἀγαθοί fab. Pherecratis 288.
ἀγορανόμοι 15. 6. 7.
Agricolae Aristophanis altera recensio Pacis 323.
αἰγείρου θέα 262. 3.
Alexius epitomator Didymi 66.
Ambiguitas Cratini 141.
Amipsias: *Κωμασταὶ* Phrynichi sub eius nomine docta 370. quo tempore 367.
Amphiarai *ἐξελασία* 220.
Ἀνάγυρος Aristophanis 204.
Anapaestus: geminatus in tetram. iamb. vitatur 206. anapaesti a comicis c. aliis numeris consociati 242. in fine tetram. anap. Spondei vitantur 279. in Doriensium tetram. anap. et Atticorum dimetris Spondei admissi 280. 432.
Anaxagoras impietatis a Cleone accusatus 170. 171.
Anaxandrides poeta 186.
Anaxilas: Circe eius 403. Calypso 404.
Ancipites Syllabae 316. 322.
Andocides choro vicit in Dionysiis 82.
ἀνδρικοὶ χοροὶ 83.
Antepirrhema quo consilio adhibitum sit 340.
Anticlides scriptor religionum Eleusiniarum 50.

Antimachus poeta, eius *καταχῆναι* 143.
Antiphanes: *Ἀργυρίου ἀφανισμός* 288.
Aphrodisia a meretricibus potissimum celebrata 399.
Apion, cum Herodoro coniunctim glossas composuit 65. 265. Cratinum commentatus non est 66. editor Aristophanis 265. librum de literis scripsit 265.
Ἀπόλλων πατρῷος magno honore cultus 39.
Apollinis sacra quo tempore instaurata 36. 40.
— — ap. Scythas 42. 44.
Apollodorus v. errores.
Apollonius Acharnensis, scriptor festorum Atheniensium 90.
Apuae, *ἀφύαι*, meretrices dictae 316. 378.
Archedemus, vir popularis, *γλάμων*, eloquens 336. 7.
Archilochi acerbitas 5.
Archippus, frigidis iocis delectatur; quo tempore **Pisces** docuerit 378. 9.
Archon: chorum dedit, iudices in certaminibus musicis delegit 31. 32.
Argivi: paucorum verborum fuerunt, *Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος* 388.
Argos Pelasgicum in Peloponneso 94.
Ἀργυρίου Ἀφανισμός fab. Strattidis 284. **Epigenis** vel Antiphanis 288.
Ariphrades homo foedus 231.
Ariphronis stemma 350.
Aristarchus, praetor 342.
Aristomenes poeta: *θυροποιός* 116. 144. *θυροκόπος* 144. eius *Διόνυσος ἢ Ἀσκηταί* 431.
Aristomenis clypeus 215.
Aristophanes, aemulator Cratini 7. v. *Ξένιος* s. *Ξενίας*. imitator Cratini 111. Daedalenses, Babylonii, Acharnenses quibus in rebus versati sint 137. fabularum numerus 179. Scholiastae eius commentum 150. ab hominum doctorum iudiciis defensus 152. quo consilio Ranas scripserit 152. 153. 154. 155. sub persona Bacchi populum Atticum repraesentavit in Ranis 152. 153. eius *Ἀνάγυρος*, *Σκηνὰς Καταλαμβάνουσαι* 204. 205. *Γῆρας* 414. *φαλακρὸς* fuit 203. 204. Eupolidis opera uti creditur (in Equitibus componendis 254) 204. Persas, Chironem non scripsit 294. 295. eius editor Apion 265. **Acharnenses** ad comoediam Megaricam accommodati 359; *Δαίδαλος* eius 397. in peregrinitatis crimen adductus 365. inimicus Platonis comici 421. **Agricolae** altera recensio Pacis 323. quo tempore scripserit **Nubes** 309. Nubes 309. Nubes secundas 176. Pacem 342. Plutum priorem 402. alterum 402. Triphaletem 343.
Aristoteles unus e CCCC. 100. e XXX. viris 100.
Aristoxenus Selinuntius 275.
Ἀρτοπώλιδες Hermippi 314. quo tempore actae 309.
Asclepiades Mycleanus librum in Cratini fab. edidit 66.
Aspasia dialogus Aeschinis Socratici 237.
ἀστυνόμοι 15.
Ἀταλάνται Epicharmi, Phormidis 150.
Athenaeus v. errores.
Athenienses cognominum indendorum studiosi 115. confabulandi et spectandi cupidi 127. superstitiosissimi temp. Cratini 219. aures teretissimae 289.
ἀθεότητος crimen ante Periclem nullum, post frequentissimum 176.
ἀθερίνη nom. piscis, cognom. mulieris 379.
Atlantis carm. Solonis 191. insula 192.
Attica terra capris abundans 199. —ae pristina felicitas 191.
Auge, fab. quorum poetarum 428.
Avorum nomina a nepotibus recepta 213.
Aurea aetas v. aetas.
Autocles 251. 252.

B.

Βάκχαι fab. Lysippi 143.
Bacchi persona in Ranis Aristophanis 152.
Batrachus delator sub XXX tyrannis 380. Lysiae or. *περὶ τοῦ Βατράχου φόνου* 380.

Bendis 76. 77. 88.
Bendidea sacra 78. 79. 87. 88. 89. 90. — pompa 89. — pervigilatio nocturna 89.
Bestiae a comicis in scenam inductae 120. Saturni aetate loquentes 278. 281.
βλιτομάμμαι v. Pericles.
Breviores formae verborum 135. 333. 378.
Busiris fab. Cratini 287.

C.

Caecilius 147.
Callias, dialogus Aeschinis 230.
Callias poet: στιγματίας 22. Σχοινίων 115. 116. fab. eius Πεδῆται 116. γραμματικὴ τραγῳδία s. θεωρία 117. 118. 119. tragicam artem cum comoedia iunxit 113. 117. aemulus Cratini 114. v. Protagoras v. Cyclopes.
Callistratus commentator Cratini 66.
Callistratus adversarius Melanopi 405.
Carcinus poeta tragicus 428. 429.
Carmina paraenetica 219. 220. phallica 270—275.
Censorinus v. errores.
Cephali, patris Lysiae, aetas 80. 84.
Certamen Olympium ad aevum Saturnium relatum 191.
Chaeremon, sophistico more loquens 121.
Chalcis, ob pecuniae aviditatem famosa 48.
Charmantides, aequalis Platonis 82.
Chiron, omnis sapientiae auctor 219. — is ὑποθῆκαι 219. fab. Pherecratis, non Aristophanis 295.
Choerilus 256. 329. 330.
Chorus: chori partes ap. comicos 6. primum per orchestram procedentis carmina placida 30. 31. chorus ab Archonte datus 31. choris puerorum, neque virorum in parvis Panathenaeis sumtus dati 83. χοροὶ κύκλιοι, ἀνδρικοί, παιδικοί 83. choros duos simul impetrare per leges non licitum 370.
Choriambici versus tetram. c. dipod. iamb. 185.
χρησμοὶ σκυθικοὶ 42. 43.
Cimon 199—201.
Citharoedi superbo ornatu insignes 383.
Clearchus 290. v. Μεταλλεῖς.
Clearchus mediae comoed. poet. 290. v. errores.
Cleobulus, Cleobuline v. aenigmata.
Cleomachus, tragoediarum nullus auctor 33. 34.
Cleomenes poeta 32.
Cleon πανοῦργος, κλέπτης 368. 369.
Cleophon, mala eius pecuniae publicae curatio 385. belli cupidus, morte multatus, a poetis lacessitus 386. 7. 8.
Clidemus, religionum Eleusiniarum scriptor 50.
Clisthenës, fil. Sibyrtii, mollissimus 206.
Clisthenis principatus saluberrimus 133.
Clitagora, poetria scoliorum 228. 369.
Clitophon, Thrasymachi auditor 83.
Cobius parasitus 374.
Coele, regio Athenarum 183.
Coenae sacrae in comoed. antiq. 342.
Cognomina ap. Athenienses 115.
Comoedia Megarensis 277. — ae antiquae primordia 275. institutum 10. 156. licentia aliquamdiu refrenata 142. 370.
Comicum lexicon Didymi 66.
Comissantes tibiarum strepitu usi 367.
Comparatio irregularis 296.
Conditionales particulae omissae 283.
Coniugatio irregul. 62. 360.
Connus praeceptor Socratis 19. 73. Κοννᾶς 72.
Convivia in comoed. antiq. 141.
Correptiones 181. 182. 183. 205. 381. 382.
Cottabi lusus vehementer adamatus 320.
Cratinus minor: Ὀμφάλη fab. 238.
Cratinus maior: Archilochi imitator 3. 4. 7. 29. Homeri 156.

157. epicis versibus usus 47. verborum audax novator 182. multa in verborum signific. novavit 252. 255. ante bellum Pelop. fabulas plerasque docuit 185. fabulas minus perfectas ipse delevit 186. obiit 97 ann. natus 186. sententia Meineckii 187. commentatores eius Asclepiades, Didymus, Callistratus 66. Euphronius 91. Symmachus, Aristarchus 264. scholia 66. 67. — v. aenigmata. v. Callias eius ambiguitas 141. temporis fabularum ratio 187. 188. eius Ἐμπιπράμενοι s. Ἰδαῖοι 109. Dionysalexandros, Nemesis, Busiris 287. Nemesis 398. quo temp. docuerit Δηλιάδας, Σατύρους 186.

Cyclopes a Callia, Nicophonte in fabulis repraesentati 364. principio pii et probi, artificiosissimi, χειρογάστορες appell. 363. post feroces, impii 364.

Custodes portuum 16.

D.

Dactyli 109.

Declinatio irregul. 253. 296. 313.

Δηλιάδες 38. 39.

Deliaca sacra 36—42.

Δηλιασταί 39. 40.

Deminutiva subst. in — άριον 410. 411.

Democritus Abderita, magicae arti deditus 173. deorum cultum a timore repetiit 174. scripsit λόγον Φρύγιον, λ. Χαλδαϊκόν, λ. Βαβυλωνίους s. περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων 173.

δραματικόν 88.

Diagoras Melius 171. 172. discip. Democriti 174. impietatis reus 175. aetas eius 176. arcana Eleusiniaca divulgavit, sacra Orphica prodidit 173. scripsit λόγους Φρυγίους s. ἀποπυργίζοντας 173.

Dicaearchus 189. 190. eius libri περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως 215. 216.

Dicteria servilia ap. comicos 272 sq.

Didymus 9. Cratini fab. recensuit 66. lexicon comicum confecit 66. eius epitomator Alexias 66.

Dies sextus mensis Dianae sacer, septimus Apollini 36.

Diocles p. com. ob carminum modos vexatus 429.

Diodorus grammat. v. Lycophro. Italicarum glossarum auctor 65. librum de literis scr. 265.

Diodorus Siculus parum accuratus 105.

Diotimus, poet. Alexandrinus, eius Heraclea 23. 24.

Diopithes interpres oraculorum, rebus divinis praefectus; lex eius de mysteriis non profanandis 171.

Δοκώ, mater Hyperboli 312.

Doriensium incessus 433. dialectus 434.

Duplicatae litterae 297.

E.

Ecphantides poeta, καπνίας dictus 67. iocularia et ludicra studiose quaerens 114. aetas eius 143.

εἴσοδος 206.

Eleusiniae religiones v. Anticlides, Clidemus.

Elisio in fine trimetri 120.

Empedocles: eius doctrina de anima 167; aliud placitum 178.

ἐπεισόδιον 205.

Ephialtes 68.

Epicharmus poeta 145—148. primus comoediae auctor 275. — eius Ἐλπίς 18. dubitationibus de numinibus divinis adversatur 146. aequales de rerum natura meliora edocere studuit ad Pythagorae praecepta 148. 150. XXXVI fabulas scripsit 149. argumentum et tituli earum 149. 150. cum Atticis comicis haud componendus 145. 151. versus eius interdum asperi 146. eius Ἀταλάνται 150.

Epicrates cognatus Aeschinis 393.

Epicrates: a rege Persarum donis corruptus 389. in iudicio absolutus 390. legatio eius ad Persas 391. 2. exilio multatus 392. ob barbam nimis prolixam notatus 393. σακεσφόρος 393.

Epigenes v. Ἀργυρίου ἀφανισμός 288.

Epilycus: Coraliscus Dorico sermone conscriptus 431.

Epirrhema quo consilio adhibitum 340.

ἐπιστάται τῶν ὑδάτων, praefecti fontibus 15. 16.

ἐπίθετοι ἑορταί 218.

Errores: Ioannis Diaconi 166.
Ioannis Philoponi 175.
Censorini 176. Schol. Aristophanis 202. 286.
v. Hermippus. v. Execestides.
Machonis 209. Sopatri, Athenaei, Clearchi 210. 211.
Athenaei et Apollodori 249
Athenaei v. Eupolis; Aeliani v. Hyperbolus.
Hominum doctorum v. 73. 82. 187. 204. 214.
Errores de Phrynichi et Amipsiae Κωμασταῖς 364.

Ἐτεοβουτάδαι sacrorum curatores 40.

Ἡθμὸς σχοινίνος 139.

Eubuli Στεφανοπώλιδες 127. Λάκωνες ἢ Λήδα 130. Eub. et Eupolidis nomine saepe confusa 363.

Eumenides in scenam inductae 68.

Eumolpidae v. ἐξηγήτης 49.

Eunidarum gens c. rebus sacris arctissime coniuncta 70.

Euphronius, interpres Cratini 91.

Eupolis quo tempore docuerit Χρυσοῦν γένος 361. Maricam 309. (cf. de hac fabula 353. 354.) **Capras** 336. **Autolycos** 342—344. **Prospaltios** 358. — **Autolyco** (de quo cf. p. 18.) Aristophanem notavit 342. Autolycos duos docuit 342. error Athenaei 342. — in componendis Equitibus Aristophanem adiuvit 351. in Prospaltiis ad Megaricos iocos accedit; Eupolideum metrum iam a Cratino adhibitum 249.

Euripides: ionicis literis usus 118. v. Protagoras. Calliae praecepta sequutus 119. imitator eius et interpres Pacuvius 123. a Platone perstrictus 154. 155. Abderitis adamatus 155. libere fabulis usus 156. Heracliti doctrinam ad tragoediam transtulit 308. propter literam Sigma a Platone comico castigatus 384. Archelaum retractavit 95. 96. — Antiopa fabula deterior 123. — quo tempore scripserit Herculem fur. 38. Electram 50. 51. Medeam 117. **Theseum** 119. Telephum 139. Euripideum metrum 285.

Euthyphro, Prospaltius, patri litem intendit 357. insanus habitus 360.

Euathlus, calumniator, discip. Protagorae 97—100.

ἐξελασία Ἀμφιαράου 220.

Execestides, Peloponnesius citharoedus 373. 374.

ἐξηγήτης, ὁ ἐξ Εὐμολπιδῶν 49. solus Eleusiniacarum religionum interpres 49.

F.

fabulas antiquas apud Athenienses de futura felicitate exstitisse a poetisque exornatas esse 140.

Fabulae parabasi carentes in comoed. antiq. 141.

ferae Saturni aetate loquentes 278. 281.

Feralia sacra versus occidentem solem facta 239.

festa Atheniensium v. Apollon. Acharn., Lysimachides, Philochorus.

Fontibus praefecti 15. 16.

formae ionicae 181. 292. 323. 324.
— **atticae** 253. 156. 135. 107. 305. 336. 418.
— **insolentiores** 295. 296. 297.
— vulgares 420.
— breviores 135. 333. 378.
— mediales 253. 156. 157. 255.
— activae 257. 374. 375.
— duplices nom. propr. 374.
— solutae nom. propr. in — κλέης 328. 329.
— genit. subst. εύς in — ῶς 297.
— pronom. relat. τοῦ 325.

G.

Γέλως, fab. Sannyrionis 272.
Genitivus: nom. subst. in εύς: ῶς 297.
duplex ap. v. ὄζειν 325.
τὰ καλὰ τῶν καλῶν 293.
Glyconeus vers. praemisso cretico 242.
Gnesippus, fil. Cleomachi, poeta famosus 32. 33.
Gorgias, dicendi figurarum inventor. 5.
γραμματεύς, ὁ τῆς πόλεως 20.
γραμματικὴ τραγῳδία s. θεωρία Calliae 117—119.
Grammaticus de comoed. antiq. ap. Dindorf. fide dignissimus 150. — Grammaticorum lyticorum in nominibus ignotis aliisque rebus vilibus rimandis sedulitas 309. 310.

H.

Harmodius, Lepreates Peripateticus 226.
Hecataeus, Abderita, de Hyperboreis scr. 43.
Hegelochus, actor tragicus 430.
Helotes ciborum reliquiis post herorum coenam usi 435.
ἑορταὶ ἐπίθετοι 218.
Hephaestio grammaticus, nominum ignotorum rimator 310.
Heraclides, Ponticus, de anima scripsit 43.
Heraclitus, studia eius 308. doctrina eius ab Euripide ad tragoediam translata 308.
Hermippus: vocibus insolentioribus usus 316. 317. Milites eius in eodem argumento ac Μοῖραι versati 323. quo tempore docuerit Μοίρας 318. 323. Milites 223. 325. Pistrices, Ἀρτοπώλιδας 309. — error schol. Aristoph. 358.
Herodici Cratetei κωμῳδούμενα 227.
Herodorus c. Apione coniunctim glossas composuit 65. 265. commentarium perpetuum in Homeri carmina confecit 65. Cratinum commentatus non est 66.
Hesiodi duplex recensio 189. ὑποθῆκαι 225.
Hiatus 289.
ἱεροποιοί, publicorum sacrorum curatores 88.
Hippasus Metapontinus, c. Hippone confusus 178. philosophus Pythagoricus 179.
Hippo, Rheginus, philosophus non ignobilis 164. aequalis Cratini, neque Thaletis 166 sq. placita eius 166. 177 sq. artem memoriae professus 182. ἄθεος, Melius vocatus 168. versibus doctrinam comprehendit 180. c. Hippaso confus. 178.
Hippocratis, fil. Ariphronis stemma 350. filii eius stultissimi, sues dicti 351.
Hippodamus architectus 53.
ὁδοποιοί 13 sq.
ὅρκος Ῥαδαμάνθυος 232. 233.
Hospitalitas Lacedaemoniorum 197. 198.
Hyperbolus 106. 107. 206. 207. eius fraudes 250. a comicis exagitatus 308. eius parentes 312. peregrina origine fuit 312. Maricas voc. 313. 354. trierarchus 354. Niciae adversarius 355.
Hyperidis orat. c. Archestratidem argumentum 274.
ὑποθῆκαι Chironis 219. Hesiodi 225.

I.

Iberes sagittarii, mercenarii, ferocissimi 343. 344.
Idaei: origo 109. — et Ἐμπιπράμενοι eadem fab. Cratini 109.
Incantamenta: κατάδεσμος, κατάδεσις 413. 414.
Indeclinabilia 293. 324.
Inscriptionis ap. Boeckh. n. 213. tempus et personae 82—87.
Ioannes Diaconus v. errores.
— Philoponus v. errores.
Ioci megarici, v. Megarici ioci.
Ion sophistarum praecepta secutus 120. 121.
Ionicae formae 181. 292. 323. 324.
Ionicae literae 118.
Ionici versus hominibus initiatis consentanei 375.

irregularis comparatio 296.
— declinatio 253. 296. 313.
— coniugatio 62. 361.
Ischomachus, homo ditissimus 250.
Iudices in certaminibus musicis iure iurando obstricti 302.

K.

Καταχῆναι Lysippi, Antimachi 143.
Κημός 139.
κοπίς 198.
κρηνάγχη 16.
κρόμμυα, cibus militum 360.
Κρόνια 193 sq.
κυβεύειν ignominiosum 207. 208.
κύκλιοι χοροὶ 83.
κωμικός, ὁ, qui dicti sint 362.
κωμῳδούμενα Herodici Cratetei 227.
Κωφοὶ fab. Sophoclis 110.

L.

Lacedaemoniorum hospitalitas 197. 198. eorum cultum Atheniensium optimates studiose imitati 394.
Λάκωνες ἢ Λήδα Eubuli 130.
Laespodias 347. praetor bello Peloponn. 348. e CCCC numero 415.
Lais, Sicula, Hyccaris orta, bello capta, Corinthum abducta 401. aetas eius 401. 402. Circe Corinthia 403.
Lais iunior, Corinthia, filia Timandrae 404.
Lamachus: eius genus 63.
Lampo, vates, oraculorum interpres 49. rei publicae administrator 51. 52. a comicis exagitatus 46. 49.
Lamprus, in re musica magister Sophoclis 376.
Lavacra tepida viris strenuis exosa 283.
Lebadea 214. 215.
Lebadus 214. 215.
Leogoras helluo 344. 345.
Leontius, filius Aglaionis, rimandis mortuorum corporibus intentus 408.
leschae 198.
Leucon, eius Φράτερες 106. 107.
lex v. comoedia, v. chorus, v. Syracosius
lexicon comicum Didymi 66.
licentia antiquae comoediae lege Syracosii aliquamdiu refrenata 142.
Lichas 197. 198.
literae ionicae 118; literae duplicatae 297.
λόγοι ἀποπυργίζοντες s. Φρύγιοι Diagorae 173. λόγοι Βαβυλώνιοι, λόγος Φρύγιος Democriti 173. λόγος Χαλδαϊκός ibid.
Lustrationes factae ad mortuos ab inferis evocandos 239.
lusus verborum 180. 181.
Lyco, poeta 422. Socratis accusator, Naupacti proditor 424.
Lycophro: de comoedia commentar. scripsit, ideoque ab Eratosthene et Diodoro grammaticis impugnatus est 65.
Lycurgus, collega Demosthenis in magistratu; quatuor tantum annos rempubl. administravit 14.
Lysias: eius oratio c. Timonidem quo tempore habita sit 371. or. περὶ τοῦ Βατράχου φόνου 380.
Lysimachides, scriptor de festis Atheniensium 90.
Lysippus, p. com., θυρσοκόμος 144; eius Καταχῆναι 143. Βάκχαι 143.
Lytici grammatici v. grammatici.

M.

Macho: sermo eius reconditus 194. error 209.
Macrum, μακρόν, pars parabasis; numeri eius 301.
Magna mater: sacra eius 110 sq.
μακάρων νῆσοι 196.
Maricas v. Hyperbolus, v. Eupolis.
Μάρων, n. propr., in proverbium abiit 160.
Medea fab. Melanthii 341.
Medon florum venditor 129.
Megarensis comoedia 272. stragulis purpureis usa 359. v. Aristophanis Acharnenses.
Megarici ioci v. Eupolis (Prospaltii 359).

Melanopus 405. adversarius Callistrati, Lacedaemonem missus 406.
Melanthius, poeta tragicus 108. ob gulositatem notatus, tragoedias (Medeam) et elegias scripsit 340. 341.
Melesias, filius Thucydidis 213. 214.
Menander poeta comicus 84. eius Parasitus 399.
Metagenis Thuriopersae nunquam docti 291. parodiis homericis usus 422. quo tempore fabulam Homerum docuerit 424.
Μεταλλεῖς Pherecrati tribuendi, aeque Cleandro 290. 294.
Metiochus, Periclis aequalis 13. Μητίχου τέμενος, Μητιχεῖον 18.
Meton, astrologus 372.
Metrobius, pater Conni 19.
μητρῶον, τό, 110.
metrum Eupolideum a Cratino iam adhibitum 249. metrum Euripideum 285.
Midias, ὀρτυγοκύπος 425.
Morychus, stultus, gulosus 345. 346.
μουσική Prodici 335.
musica c. grammatica apud Graecos arctissime iuncta 322. in eloquentiae usum conversa 335.
Μύες Xenoclis 149.
Myrrhine, meretrix; vulgare meretricum nomen 344. 5.

N.

Nais meretrix 402. 403.
Negatio in adiect. compos. ap. Latinos 148.
Nemesis, fab. Cratini 287.
νῆσοι μακάρων 195.
Niceratus: eius aetas 87; filius Niciae 251.
Nicias, nepos Niciae 251.
Nicias, filius Epigenis, Cydathenaiensis, contra legem choro puerorum sumtum praebuit 86.
Nico meretrix 238.
Nicophon: eius Sirenes nunquam doctae 291. v. Cyclopes.
νίγλαροι 375. 376.
Nomina propria in — ᾶς 72. — μενὸς 129. — duplici forma 374.
nomina avorum a nepotibus recepta 213.
νόμος ὄρθιος Terpandri 71. — a quibus poetis adhibitus 230.
Nothippus, tragicus, gulosus 319.
Nubes v. Aristophanes.
numeralia cardinalia declinata 194.

O.

Ὀδυσσεῖς Cratini cum Epicharmi fabulis non componendi 145.
Oeonichus, homo foedus, carminum foedorum auctor 231.
Olympium certamen Saturnio iam aevo institutum 191.
Ὀμφάλη, fabula Cratini iunioris, neque maioris 238.
Optativus in — οιν 62. in — οίην 62.
Oraculum Trophonii 214. 215. oracula v. aegroti.
origo v. peregrinitatis lites. v. Thressa origo.
ὄρθιος νόμος 230.
ὀρθοέπεια, grammatica doctrina inde a Protagora 333.

P.

Paapis Aegyptius 106.
Pacuvius imitator et interpres Euripidis 123.
Paeanes: Semi Delii liber de paeanibus 275.
pagi in scenam inducti apud comicos Graecos 130.
παιδικοὶ χοροί 83.
Pan, a quo tempore Athenis cultus 93.
Panaetius simia 351.
panes pro tesseris aevo Saturnio 196. 197.
parabasis quo consilio adhibita 104. fabulae ea carentes in comoedia antiqua 141. v. macrum. nova quasi parabasis in fabulis interposita 417. quibus numeris constet 417.
paraenetica carmina 129. 220.
Parcae a Graecis invocatae 318.
Parmenides, quando Athenas pervenerit 100.
paroemiaci versus continuati 160. 162. spondei in fine eorum 162.

particulae conditionales omissae 283.
peregrini v. Perithoedarum pagus.
peregrinitatis lites frequentissimae 357. cf. Thressa origo. v. Aristoph. v. Phrynich.
Πεδῆται fabula Calliae 116. neque Platonis comici 238.
Pericles, filius spurius Periclis 349. error Fritschii 349.
Pericles *κεφαληγερέτας* a Cratino dictus 220. iuvenis sophistis deditus 101. Discordia matre prognatus Cratino 236. Iupiter s. Olympius 318. filii eius *Βλιτόμαμμαι* dicti 351.
Peripateticorum studia 227.
Perithoedarum pagus peregrinis refertus 313.
Pero, unguentarius 405.
Persae Pherecrati, non Aristophani tribuendi 294.
Phaeax, homo callidus, loquax 237.
phallica carmina 270—275. phallica pompa 270. 271.
Phamenus, Tiresiae filius 129.
Pherecrates 125. 126. quot fabulas scripserit 284. ad Epicharmi dictionem se composuit 290. formis minus usitatis usus 294. 295. 298. fab. eius *Ἀγαθοί* 288. tribuendi ei *Μεταλλεῖς* 290. 294. Persae 294. Chiron 295. *Ἀττικώτατος* vocatus 290. 291. versus Pherecrateus 301. 302.
Philochorus, scripsit de festis Atheniensium 90.
Philonides, homo abiectus et libidinosus, camelus vocatus 400. natura tardus 400. ad rempubl. accessit 401. meretricibus deditus 401. 403.
philosophia ab Atheniensibus perniciosa habita 164. 169.
Philoxenus, Atheniensis, Eryxidis filius, muliebris 208. 210—213. conf. c. Philoxeno Cytherio 210. error: Machonis, Sopatri, Athenaei, Clearchi 210. 211.
Philoxenus, Cytherius, dithyramborum poeta 209. conf. c. Philoxeno Atheniensi 210. carmen eius *Δεῖπνον* 211. 212.
Philyllius, poeta comicus, Auge fabula eius 428.
Phormidis *Ἀταλάνται* 150.
Phormisius: donis a rege Persarum corruptus 389. in iudicio liberatus 391. Athenas in libertatem vindicavit 391. propter barbam nimis prolixam notatur 293. 294.
Phrynichus v. *Ξενίας* s. *Ξένιος* (p. 116); tanquam peregrinus a comicis exagitatus 364. 365. eius *Κωμασταί* sub Amipsiae nomine docti 370. quo tempore haec fabula acta sit 370. errores 369. quo tempore docuerit Monotropum 370. Mystas 375.
Piraeeus, religionum peregrinarum sedes 88; incolae eius rerum novarum studiosi 88.
Pisander 373.
pistrices antiquitus famosae 314.
Plato philosophus, comicorum sermonem secutus 5. dialogorum formam quamobrem adhibuerit 79. temporum rationis negligens 358. v. Eurip. error eius 358. libros de legibus quo tempore ediderit 81. 82. errores hominum doctorum de temporum ratione apud Platonem 80.
Plato comicus: fab. eius *Συμμαχία* 261. quo tempore eam docuerit 312. Phaonem 402. Cleophontem 420. multa e poetis aliis surripuit 420. 421. ideoque inimicus Aristophani 421.
Plautus numerorum minus diligens 147. 148.
Plutarchus: error eius 103. 105.
pluvia omnium rerum abundans 140.
πνῖγος pars parabaseos, numeri eius 301.
pocula, clavo suspensa 323. —um tradere 412.
poetae veteres ipsi fabulas suas minus perfectas deleverunt 186. p. scenici de ordine quo fabulas docerent sortiri soliti 224. inter spectatores sedentes interdum irrisi 365.
Poliagrus, homo foedus 249.
Pollion grammaticus 311.
Pollux in arte critica parum accuratus 284.
Polybius grammaticus 311.
Polyidus augur 129.
Polymnestus, Colophonius, carmina eius lasciva 230. 232.
polypodes in conviviis opipatis appositi 396.

pompa phallica 270. 271.
portnum custodes 16.
praefecti fontibus 15. 16.
praetores singuli e singulis tribubus antiquitus ap. Athenienses delecti 57. praetorum in bello Samio gentes et tribus 56. 57.
Praxilla aequalis Cratini 228. scolia eius 227.
productiones 250. 296. 297.
Prodicus 333. 335. multum in grammaticis studiis versatus 335. ars eius μουσική appellata 335. quo tempore Athenis docuerit 336.
pronom. relat. τοῦ pro οὗ ap. Atticos 325.
Prospaltiorum pagus rei iudicialis cupidissimus 357.
Protagoras: bis Athenis versatus 101—103. primus grammaticis studiis operam dedit 118. eius praecepta a Callia, Euripide, aliis in poesin scenicam translata 117—120. quaestiones eius 333. primus ὀρθοέπειαν doctrinam grammaticam nomine auxit 333.
proverbia: p. 31. 45. 64. 135. 160. 171. 229. 272. 316. 345. 412. 313.
Pythodorus, e CCCC viris, discipulus Zenonis 100.

R.

repetitiones apud poetas 322. 323.
Rhadamanthus per deos iurare vetuit 233. Ῥαδαμάνθυος ὅρκος. 232. 233.

S.

Sacae 123. 124. Σάκας v. Ἀκέστωρ.
sacra: feralia versus occidentem solem facta 239.
sacra privata v. θιασῶται.
sacra publica v. ἱεροποιοί.
Saturnalia, Κρόνια 193 sq.
sacra Thracia maximo tibiarum strepitu celebrata 92.
sagittarii, quo ex tempore Athenis fuerint 98. eorum ars contemta 98.
Samium bellum v. praetores. — Samiorum obsidio 60.
Sannyrio, p. comicus 270. fabula eius Γέλως 272.
Saturnalia sacra 193—195. Saturnium aevum 168 sq. 278. carne abstinuit 281.
scena v. bestiae, pagi, urbes, Eumenides.
Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι fab. Aristophanis 204. 205.
scenici poetae de ordine fabularum sortiti 222. v. chorus.
Σκύθαι 98.
σκυθικοὶ χρησμοί 42. 43.
Scythinus Heracliti discipulus; eius placitum de tempore 308.
σχῖνος, scilla, remedium malorum omnium 239.
Schoenio, Σχοινίων Callias dictus 115.
σχοίνινος ῥυθμός 139.
scolia: Praxillae 227. Clitagorae 228. 369. scolii pars 368.
Scholiasta Aristophanis: eius commentum 297; error 386. v. Aristophanes, v. errores, v. Execestides.
Seleucus grammaticus „Homericus" 311.
Semus, Delius: liber eius de paeanibus 275.
Sepia, uxor Thyrsi, meretrix 379.
sepiae in convivio opiparo apponi solitae 396.
servi: nulli Saturni aetate 197. servi iocantes a comicis inducti 272. 273.
servilia dicteria ap. comicos 272—275.
Σιλλός, Σιλλοί nomen Cercopum 25.
Simonides auctor ionicarum literarum 118.
Sirenes Nicophontis nunquam doctae 291.
σιτοφύλακες 16.
Solonis Atlantis 191. familia 247.
Sopater v. errores.
Sophocles collega Thucydidis in praetura 58. quo tempore eam gesserit 59. Calliam secutus 119. παιδεραστής 248. v. Lamprus. fabula eius Κωφοί 110. quo tempore docuerit Antigonam 60. Oedip. tyr. 137. Amphiaraum 119.
sophistae v. tragici, Achaeus, Chaeremon.
Sosibius grammaticus, λυτικός 309.
spectatores v. vinum.

Σπευσίνιοι 98.
spondei: in fine vers. tetrametri, versuum paroemiacorum 162. in fine anapaest. tetram. studiose evitati 279. in Doriensium anapaest. tetram. et Atticorum dimetris anapaest. admissi 280.
stemma: Solonis eiusque cognatorum 247. Ariphronis et Hippocratis 351.
Στεφανοπώλιδες Eubuli fab. 127.
Strattis 284. 285. fab. *Ἀργυρίου ἀφανισμός* 284. sedecim fabulas scripsit 285.
substantiva: comicorum in *ίδης* 8. 9. Cratini in *— ώ* 69. 255. in *— ᾶς* 72. in *— ίνη* 149. subst. barytona in *— τήρ* 107. 108. in *— κλέης* pro *κλῆς* 329. subst. deminut. in *— άριον* 410. 411. subst. adiectivorum loco substantivis apposita 140. 141. 240.
superstitio Atheniensium tempore Cratini maxima 214.
Sybaritae veteres quo tempore urbe eiecti 54.
syllabae ancipites 316. 322.
Συμμαχία Platonis 261. quo tempore docta 312.
Syracosius lege licentiam comoediae antiquae refrenavit 372.

T.

τειχοποιοί 15.
Teleas, ὁ *τένθης* 373.
Terentius 147.
Terpander, eius *νόμος ὄρθιος* 71.
tetram. iambic.: anapaestus geminatus studio maximo evitatus 206. tetram. anapaest. v. spondei.
Thallus 248. 249. error Athenaei et Apollodori.
Thargelia quo tempore celebrata 37. cantilenae puerorum in iis institutae 41. 42.
Theodectes: aenigmata in eius fabulis 120.
Theopompus: eius *Ἀφροδίτη* s. *Ἀφροδίσια* 396. Effeminati 410. *Παῖδες* 414. quo tempore docuerit Admetum 405. 407. *Παῖδας* 415. ad mediae comoediae rationem proxime accedens 408. sermo eius grammaticis minus probatus 408. 409.
Θεωρία γραμματική fab. Calliae 119.
Theramones *κόθορνος* appellatus 132.
Θιασῶται sacra privata obierunt 88.
Thorycion ab Aristophane castigatus 294.
Thracia sacra maximo tibiarum strepitu celebrata 92.
Thressa origo maxime in crimen versa 357.
Thucydidae confusi 60. 61. Thucydidis, Melesiae filii praetura 60. quo tempore Thuriis versatus sit 64.
Thuriopersae Metagenis nunquam docti 291.
Thurios quo tempore colonia deducta sit 52. 53.
Tibareni, Tibii populus Scythiae 106. 107.
— servi Athenis 107.
tibiae v. comissantes.
Timasoras Cretensis 395.
Timandra, mater Laidis iunioris, Damasandra vocata 404.
Timocles „*ὀρεσταυτοκλείδης*" 19.
Timon, sillographus, Platonis irrisor 180. 181.
Timon, ὁ *μισάνθρωπος* 371. victum eius multi Atheniensium imitati 371.
Timothei, poetae comici, fab. *Κυνάριον* 411.
titulorum ratio in antiqua comoedia 132.
τοξόται 98.
tragicorum posteriorum tortuosum dicendi genus a sophistis profectum 119.
τραγῳδία γραμματική Calliae 117. 118.
tribus v. praetores.
Trophonii oraculum 214. 215.
— sacri angues 218. v. Dicaearchus.

U et V.

Varro 147. eius iudicia multum ap. poetas Romanos valuerunt 147—149. scripsit de comoediis Plautinis, quaestiones Plautinas, libros de poetis 147. eius praeceptor Aelius Stilo 148.
vates coloniis deducendis urbibusque condendis additi 51. 52.
versus dimet. iamb. interpositus tetram. catal. iamb. 353.

versus ionici initiatis hominibus consentanei 373.
vers. tetram. choriamb. primo loco dipodiam iamb. habentes 185.
versus paroemiaci continuati 160. 162. in versibus tetram. iamb. anapaestus geminatus summopere evitatur 206. in fine vers. tetram. anapaest. spondei vitantur 279. in Doriensium vers. tetram. anap. et dimetris. anap. Atticorum spondei admissi 280. 432.
versus constantes e dimetris, altero anapaestico, iambico altero 234.
versus glyconeus praemisso Cretico 242.
versus Pherecrateus 301. 302.
vinum spectatoribus inter ludos scenicos interdum praebitum 302.
vitia corporis a comicis notata 348.
Vocativi nominum in —ῆς in —έες 107.
voraces homines in scenam inducti 286.
urbes in scenam inductae 130.

X.

Ξένιος s. Ξενίας aut Aristophanes aut Phrynichus 116.
Xenoclis *Μύες* 149.
Xenophon non ita magna fide dignus 390.

Z.

Zeno, quando Athenas venerit 100.

III.

INDEX SCRIPTORUM.

Achaeus ap. Athen. 120. 423.
Achilles Tatius 308.
aenigmata 113. vide *Cleobulinae Trypho.*
Aeschines 98. 406.
Aeschylus 134. 236. 296.
Agatho Athen. 120.
Alcaeus Athen. 410.
Alciphro 260.
Alexis ap. Athen. 379. 380. 420.
Amipsias ap. Athen. 368. 369. 418. 421.
Amphiarai ἐξελασία 219. 220.
Amphis Athen. 157.
Anacreon 314.
Anaxandrides Athen. 405.
Anaxilas Athen. 403. 404.
Anaxippus *Athen.* 47.
Anecdota: Bachmanni: v. Cratinus 234.
Bekkeri 157. vide *Choeroboscus. Cratinus.* Hermippus. v. Grammat. Bekkeri.
Crameri v. Hermippus. v. Grammat. Crameri.
Villoisoni v. *Archilochus.*
Antiatticista Bekkeri 316. 365. 366. v. *Aristoph.* Cratinus.
Antigonus Carystius v. Philetas.
Antiphanes Athen. 293. 407.
Apollonius Dyscolus v. Cratinus.
Apuleius 99.
Archilochus ap. Herodian et Anecd. Villois. 12; Eustath. 241; *Dionem* 348.
Archippus: apud Grammat. Bekker. 377. Athen. 377. 378. 379.
Aristides v. Cratinus.
— rhetor 8. 221. 222.
Aristophanes 9. 18. 28. 57. 61. 63. 86. 98 108. 129. 162. 176. 181. 187. 203. 207. 212. 227. 228. 231. 236. 239. 240. 250. 252. 255. 258. 259. 262. 263. 264. 267. 270. 271. 272. 273. 300. 306. 313. 333. 337. 345. 368. 369. 371. 381. 383. 385. 387. 388. 396. 397. 401. 404. 417. 434. ap. *Athen.* 309. 382. 426. Antiatt. Bekk. 365. Grammatic. in Herm. Opuscul. 208. *Aristoph.* ap. *Suidam* 45. 427. 428. Stephan. Byz. 343. Plutarch. 194. 261. 262. 263. 264. *Dion. Chrys.* 204.
Aristonemes ap. Athen. 431.
Aristonymus Athen. et Etymol. M. 427.
Aristoteles 171. 172.
Aspasius 359. 393. v. *Ecphantid Eupolis. Myrtilus. Plato.*
Athenaeus 32. 33. 65. 91. 211. 217. 225. 240. 250. 265. 275. 285. 318. 321. 325. 326. 327. 368. 374. 398. 413. 421. 422. 426. 427. 431. Vide: *Achaeus. Agatho. Alcaeus. Alexis. Amipsias. Amphis. Anaxandrides. Anaxilas. Anaxippus. Antiphanes Archippus. Aristophanes. Aristomenes. Aristonymus. Callias. Choerilus. Comicus. Crates. Cratinus maior. Cratinus iunior. Epilycus. Eubulus. Eumelus. Eupolis. Heraclides Ponticus. Hermesianax. Hermippus. Hesiodus. Ion. Macho. Metagenes. Nicophon. Numenius. Pherecrates. Philoxenus. Phillyllius. Phrynichus. Plato. Pratinas. Sappho. Strattis. Teleclides. Theodectes. Theopompus.*
Callias ap. *Schol. Aristoph.* 124. 341. *Athenaeum* 420.
Carcinus ap. Hephaest. 428.
Censorinus 176.
Choerilus ap. *Athen.* 374.
Choeroboscus Bekkeri Anecd. 182.

Cicero 23.
Clem. Alex. 168. vide *Cratinus. Euripides. Pherecrates, Theopompus.*
Cleobuline ap. *Plutarch.* 112. 113.
Comicus ap. Athen. 285. ap. *Dion. Chrys.* 244. ap. Hephaest. 161. 162. ap. *Phrynich.* Bekkeri 283. ap. *Plutarch.* 248. ap. Schol. Aristoph. 373. 374. ap. *Zonaram* 27.
Crates *Athen.* 91. 277. 278. 279. 281. 282.
Pollux 279.
Cratinus maior: *Athen.* 27. 32. 34. 46. 127. 128. 129. 140. 141. 157. 158. 160. 196. 197. 217. 234. 235. 250. ap. Antiatt. Bekk. 27. *Apollon. Dysc.* 67. *Aristides* 221. 222. 223. 224. Clemens Alexandr. 130. Dio Chrys. 34. Eustath. 264. Grammat. Bekkeri 216. 217. 234. 263. *Hephaestio* 8. 10. 114. 115. 161. 181. 217. 218. 225. *Hesych.* 43. 44. 47. Phrynich. 198. 199. Phot. 45. Plutarch. 11. 12. 19. 22. 23. 285. 237. 248. Pollux 27. 64. 104. 159. Priscian. 204. Schol. Aristophanis 40. 71. 123. 158. 205. 206. 241. 242. 248. 287. Schol. Lucian. 183. Schol. Platon. 232. Schol. Thucyd. 229. *Suidas* 135. 161. 205. 206. 216. 217. Zonaras 27. 249. Anecdota Bachmanni 234. Bekkeri 157.
Cratin. min.: *Athen.* 413. 277.
Demetrius de elocut. v. *Sappho.*
Dio Chrysost. vide *Archilochus. Aristophanes. Comicus. Cratinus.*
Diocles ap. Phot. 429. Polluc. 429.
Diodor Sicul. 105.
Diogen. Laert. 226. v. *Epicharmus. Phrynichus.*
Diotimus ap. Suid. et Schol. Lucian. 24. 25.
Ecphantides ap. Aspasium 359.
Empedocles ap. Porphyrium ap. Stobaeum 167. ap. Sext. Empir. 281.
Epicharmus ap. Diogen. Laert. 146.
Epilycus ap. Athenaeum 431. 432. 434. 435.
Erotianus v. *Eupolis.*
Etym. M. 77. 259. 260. 285. 393. vide *Aristomenes. Aristonymus. Eupolis. Hermippus.*
Eubulus ap. Athenaeum 127. 396. 397.
Eumelus ap. Athen. 257.
Eupolis ap. Aspasium 359. Athenaeum 342. 352. 360. *Erotianum* 346. 347. Etym. M. 334. Eustath. 357. Grammaticum Hermanni 159. Hephaestionem 296. 339. 361. 416. Longin. 346. Lucian. 361. Moeridem 361. 362. *Olympiodor.* 353. Phot. 334. Phrynich. Bekker. 365. 366. Plutarch. 199. 356. Polluc. 355. Priscian. 360. 361. Schol. Aristoph. 336. 340. 345. 347. 349. 353. 361. Schol. Platon. 363. Stobaeum 364. Suid. 334. 355. Thom. M. 362. Zonaram 344.
Euripides 38. 288. 289. 397. ap. Clement. Alex. 135. ap. Plutarch. 343.
Eustathius 48. 49. 241. 264. 356. 357. 375. vide: *Archilochus. Cratinus. Eupolis. Hesiodus. Pherecrates. Plato.*
Galenus 179.
Grammaticus Herm. v. *Aristophanes. Eupolis.*
Grammat. Bekkeri (Anecd.) 12. 77. 84. 258. 262. 263. 287. vide: *Archippus. Cratinus. Hermippus. Pherecrates. Plato. Theopompus.*
Grammat. Crameri (Anecd.) v. *Pherecrates.*
Grammat. Dindorfii de comoed. ant. 149. 269. 284.
Harpocratio 17. 84. 218. 237.
Hephaestio 8. 92. 217. 218. 339. 340. 375. v. *Carcinus. Comicus. Cratinus. Eupolis. Phrynichus.* Sappho.
Heraclides Ponticus ap. Athen. 250. 251.
Hermesianax ap. Athen. 96.
Hermias ad Platonem v. *Plato.*
Hermippus ap. Anecd. Bekk. 307. Anecd. Cramer. 434. Athenaeum 317. 318. 321. 324. 325. 326. Etym. M. 434. Suidam 321. Grammat. Bekk. 315. Hesych. 324. Photium 420. Polluc. 314. 321. Schol. Euripid. 315. Stobaeum 307. 308. Suidam 321.
Herodianus 129. 264. 331. vide: *Archilochus. Plato. Sophocles. Teleclides.*
Hesiodus ap. *Athenaeum* 225. ap. *Eustathium* 23.
Hesychius 29. 30. 43. 44. 46. 47. 69. 92. 107. 149. 184. 231. 252. 253. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 262. 263. 279. 292. 303. 313. 347. 374. vide: *Cratinus. Hermippus. Leuco. Pherecrates.*

Homerus 240. 258.
Horatius 147. 148.
Inscriptiones ap. *Boeckh.* c. i. 88. 143. 308. 329.
Ioannes Diacon. 166.
— Philop. 167.
Ion ap. Athenaeum 91.
Leuco ap. Hesychium 107.
Longinusus v. *Eupolis.*
Lucianus 351. v. *Eupolis.*
Lycurgus 42. 43.
Lysias 18. 390.
Macho ap. Athen. 194.
Maximus Tyrius 213. 214.
Menander 107. ap. Photium 327.
Metagenes ap. Athen. 421. 422. Schol. Aristoph. 124. Schol. Platon. 422.
Moeris 361. 362. v. *Eupolis.*
Myrtilus ap. *Aspasium* 359.
Nicochares 400.
Nicophon ap. Athenaeum 425. 426.
Nonius 123.
Numenius ap. Athenaeum 419.
Olympiodor. ad Platon. (Phaedon.) 353. v. *Eupolis.*
Pausanias 215.
Pherecrates ap. Athenaeum 126. 258. 285. 290. 291. 292. 293. 294. 298. 299. 300. 301. 303. 304. *Clement.* Alex. 297. *Eustath.* 306. *Grammaticum Bekkeri* anecd. 305. *Grammat. Crameri* anecd. 294. *Hesychium* 304. *Photium* 301. 303. *Polluc.* 292. *Schol. Aristoph.* 294. *Suidam* 205, *Zenobium* 306.
Philetas 180. ap. *Antigon. Carystium* 129.
Philochorus ap. *Schol. Sophoclis.* 39. 40.
Philonides ap. *Polluc.* 132.
Philoxenus ap. *Athenaeum* 293.
Philyllius ap. Athen. 428. ap. Polluc. 428. ap. Schol. Aristoph. 400.
Photius 17. 18. 26. 29. 52. 53. 121. 183. 229. 232. 253. 256. 288. 334. 352. 432. vide: *Cratinus. Diocles. Eupolis. Hermippus. Menander. Pherecrates. Phrynichus.*
Phrynichus ap. Athen. 366. 375. 376. Diogen. Laert. 377. Hephaestion. 275. Photium 374. 375. Plutarch. 370. 372. Polluc. 367. 372. Schol. Aristoph. 16. 372. 366. 373. Suidam 16. 372.
Phrynichus grammatic.: *Bekkeri.* 255. 258. 296. 365.
Phrynich. Bekkeri v. *Comicus Eupolis.* Theopompus.
Phrynich. Lob. v. Cratinus.
Pindarus 406.
Plato 169.
Plato com. ap. Aspasium 393. Athenaeum 381. 387. 239. 395. 418. *Eustath.* 261. 383. 884. Grammatic. Bekker. 483. 484. *Hermiam* 261. Herodian. 313. Polluc. 382. 393. Schol. Aristoph. 312. 345. 381. 393. 400. 425. Schol. Euripid. 384. Schol. Homeri 383. 384.
Platonius 4. 141.
Plutarchus 11. 12. 48. 55. 82. 112. 113. 179. 236. 237. 254. 320. 330. 331. 370. 372. vide *Aristoph. Cleobuline. Comicus. Cratinus. Eupolis. Euripides. Phrynichus. Teleclides.*
Pollux 18. 27. 47. 182. 240. 255. 258. 259. 260. 261. 292. 303. 314. 330. 346. 355. 372. 382. 393. vide: *Crates. Cratinus. Diocles. Eupolis. Hermippus. Pherecrates. Philonides. Philyllius. Phrynichus. Plato. Theopompus.*
Porphyrius ap. *Stobaeum.* v. Empedocles.
Pratinas ap. *Athenaeum* 31.
Priscianus 157. v. *Cratinus. Eupolis.*
Quinctilianus 335.
Rutil. Lupus 245.
Sannyrio ap. *Scholiast. Aristoph.* 430.
Sappho ap. *Athenaeum* 28. ap. *Demetrium* et *Hephaestion.* 229. 230.
Scholiastae: Aristophanis 11. 29. 41. 52. 55. 86. 87. 95. 98. 108. 111. 124. 139. 142. 149. 158. 164. 171. 206. 226. 227. 228. 230. 256. 271. 286. 287. 294. 302. 310. 311. 312. 340. 345. 346. 347. 349. 352. 353. 361. 366. 373. 374. 381. 388. 393. 401. 402. 413. 415. 425. 429. vide: *Callias. Comicus. Cratinus. Eupolis. Metagenes. Pherecrates. Philyllius. Phrynichus. Plato. Sannyrio. Sophocles. Theopompus.*
Scholiastae: Euripidis 97. vide *Hermippus. Plato.*
Hephaestionis 318.
Homeri 255. 257. v. Plato.
Luciani 20. 21. 25. v. *Cratinus. Diotimus.*

Scholiastae: **Platonis** v. 237. 238. 271. 363. v. Hermias. v. Olympiodor. v. *Cratinus. Eupolis. Metagenes.*
Sophoclis 72. 238. v. *Philochorus.*
Thucydidis 229. v. Cratinus.
Sext. Empir. 281. v. Empedocles.
Solon 334.
Sophocles 98. 218. 220. 287. ap. Herodian. 129. Schol. Aristophanis 345.
Stephan. Byz. 343. v. Aristophanes.
Stobaeus 307. v. *Empedocles. Eupolis. Hermippus.*
Strattis ap. Athenaeum 285.
Suidas 62. 71. 131. 149. 240. 256. 259. 260. 284. 285. 262. 372. 428. 429. vide *Aristophanes. Cratinus. Diotimus. Eupolis. Hermippus. Pherecrates. Phrynichus.*
Teleclides ap. Athenaeum 327. Herodianum 331. ap. Plutarchum 328. 330. 331.
Tertullianus 167.
Themistius 375.
Theocritus 190.
Theodectes ap. *Athenaeum* 120.
Theodosius 332.
Theognis 367.
Theopomp. ap. Athenaeum 240. 405. 408. 412. ap. Clement. Alex. 414. Grammat. Bekker. 411. *Phrynich.* 410. 411. ap. Polluc. 410. Schol. Aristoph. 124. 400. 407. 408.
Thomas Mag. v. *Eupolis.*
Thucydides 106.
Trypho 113. v. aenigmata.
Vitruvius 165.
Zenobius v. *Pherecrates.*
Zonaras 27. 344. v. *Comicus. Cratinus. Eupolis.*

COMMENTATIONES
DE
RELIQUIIS
COMOEDIAE ATTICAE ANTIQUAE.

1

LIBER I.

CAPUT I.

Cratinus, Atheniensis, antiquae comoediae facile princeps, iure meritoque viam ab aequalibus poetis tritam reliquit et novis incrementis conquisitis comicam poesin in tantum fastigium extulit, quantum vix exspectari poterat: nam cum esset magno ingenio et eximia morum gravitate, aegerrime tulit rem publicam praeceps in perniciem ruere, omnem igitur operam atque omne studium eo contulit, ut imagine ipsius vitae ante oculos posita omnes et res humanae et divinae emendarentur hominumque animi ad honestatem colendam incenderentur: hoc sibi primus et proposuit Cratinus, et propositum strenue persecutus est: sed si ipsam veritatem, cuius imago animo obversabatur, oculis subiecisset, verendum erat ne taedio obrueret eos qui spectarent, nihilque prorsus eorum, quae summo studio persequebatur, obtineret: quare eximia quadam arte pulcram effigiem hilaremque formam finxit, ita tamen ut ad veritatem sublimemque eius speciem referret omnia: sic cum ludicris miscuit seria, ut et vulgus haberet, qui delectaretur et qui plus ingenio valerent, ipsam veritatem, quae ex omnibus fabularum partibus perluceret, mente et cogitatione comprehenderent. Secutus est igitur Cratinus id ipsum, quod Plato praecipit de Republ. VII. p. 816: *Ἄνευ γὰρ γελοίων τὰ σπουδαῖα καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία μαθεῖν οὐ δυνατόν.* Nec fugit hoc antiquae comoediae institutum veteres ipsos, latuit recentiores. Non tamen existimandum est, Cratinum plane inusitatum iter indagavisse; fecerunt idem alii multo ante, sed fecerunt nescii et obscuro quodam sensu ducti: Cratinus ratione et intelligentia: et hac quidem in re Athenienses ceteris omnibus praestant, quod mente et intelligentia ultimas rerum causas comprehenderunt. Ex iis autem qui idem consilium non dispari forma usi secuti sint, praeter ceteros Archilochus nominandus est; hinc etiam Cratinus hunc et sententiarum gravitate, et verborum maiestate, et reprehendendi acerbitate saepenumero aemulatus est. Testatur hoc

Platonius de diversitate ingenii inter principes comoediae antiquae p. X. 10. ed. Dindorf. (1830) *Κρατῖνος ὁ τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας ποιητής, ἅτε δὴ κατὰ τὰς Ἀρχιλόχου ζητήσεις αὐστηρὸς μὲν ταῖς λοιδορίαις ἐστίν, οὐ γὰρ ὥσπερ ὁ Ἀριστοφάνης ἐπιτρέχειν τὴν χάριν τοῖς σκώμμασι ποιεῖ, τὸ φορτικὸν τῆς ἐπιτιμήσεως διὰ ταύτης ἀναιρῶν, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τίθησι τὰς βλασφημίας κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων.* At quae ab initio leguntur, manifesto sunt corrupta: neque potest probari Meinekii coniectura Qu. Sc. Sp. I. p. 19. *κατὰ τὰς Ἀριστάρχου ζητ.* quae id ipsum, de quo agitur, funditus tollit: aliquanto probabilius Hemsterhusius *καὶ τὰ τοῦ Ἀρχιλόχου ζηλώσας*: sed fortasse scribendum: *ἅτε δὴ κατὰ τὰς Ἀρχιλόχου εἰσηγήσεις* h. e. ***secundum praecepta Archilochi, secutus auctoritatem Archilochi***, aut *τὰς Ἀρχιλόχου ζηλώσεις.*

Testantur vero etiam ipsae carminum reliquiae, maxime illa fabula, quae ab ipso hoc Pario poeta nomen traxit, *Ἀρχίλοχοι*. Argumentum quidem et consilium huius fabulae quod fuerit aegre ex paucis iisque obscuris reliquiis expedias: et vel ipsum nomen comoediae quid significet, ambigi potest. Consentaneum autem est numerum pluralem hic quoque ut alias fere semper, a choro esse repetendum, ita ut poeta significaverit homines Archilochi similes. Est autem hoc dicendi genus ex vulgaris sermonis consuetudine petitum et ob id ipsum comoediae potissimum accommodatum. Ita Gorgiae et Philippi nomine usus est Aristophanes Avv. v. 1701:

Γοργίαι τε καὶ Φίλιπποι
Κἀπὸ τῶν ἐγγλωττογαστό-
Ρων ἐκείνων τῶν Φιλίππων
Πανταχοῦ τῆς Ἀττικῆς ἡ
Γλῶττα χωρὶς τέμνεται.

ubi calumniatores improbos, qui a Gorgiae et Philippi disciplina profecti causam potiorem reddebant inferiorem, exagitare voluit. Non dispari ratione Aristophanes in Acharn. v. 269 dixit:

Πραγμάτων τε καὶ μαχῶν
Καὶ Λαμάχων ἀπαλλαγείς.

Huc adde eiusdem fabulae v. 1071:

Ἰὼ πόνοι τε καὶ μάχαι καὶ Λάμαχοι.

ubi homines bellicosi ad exemplum Lamachi notantur. Similiter ibid. v. 710:

Ἀλλὰ κατεπάλαισεν ἂν μὲν πρῶτον Εὐάθλους δέκα.

hoc est causidicos versutos et fraudulentos. Et in Eccles. v. 1042:

Ὥστ' εἰ καταστήσεσθε τόνδε τὸν τρόπον
Τὴν γῆν ἅπασαν Οἰδιπόδων ἐμπλήσετε.

Nec disparia prorsus sunt, quae leguntur in Ranis v. 928: *Σκάμανδροι*, 963: *Κύκνοι καὶ Μέμνονες*, 990: *Μαμμάκυθοι* et *Μελητίδαι*. Fluxit fortasse hoc genus dicendi a Gorgia, qui pluri-

mas figuras dicendi aut invenit aut iam usitatas magis frequentavit: quod si vere conieci, non temere Aristophanes in Acharnensibus ea figura usus est, in qua fabula hoc quoque studuit probare, quanta labes eloquentiam per sophistarum doctrinam infecerit, documento usus Lamacho, quem Gorgiae discipulum fuisse alio loco demonstrabitur. Eodem vero modo Plato, qui ad comicorum poetarum sermonem saepe accedit, frequenter orationem conformavit, ut in Sympos. p. 218. A: *Καὶ ὁρῶν αὖ Φαίδρους, Ἀγάθωνας, Ἐρυξιμάχους, Παυσανίας, Ἀριστοδήμους καὶ Ἀριστοφάνας.* in Menexeno p. 245. D: *Οὐ γὰρ Πέλοπες οὐδὲ Κάδμοι οὐδὲ Αἴγυπτοί τε καὶ Δαναοὶ οὐδὲ ἄλλοι πολλοὶ φύσει μὲν βάρβαροι ὄντες, νόμῳ δ' Ἕλληνες, συνοικοῦσιν ἡμῖν.* in Theaeteto p. 169. B: *Μυρίοι γὰρ ἤδη μοι Ἡρακλέες τε καὶ Θησέες ἐντυχόντες κρατεροὶ πρὸς τὸ λέγειν, μάλ' εὖ ξυγκεκόφασιν.* et ibid. p. 180. E: *Καὶ ἄλλα ὅσα Μέλισσοί τε καὶ Παρμενίδαι ἐναντιούμενοι πᾶσι τούτοις διισχυρίζονται.* Scriptores serioris aetatis saepenumero, ut Aristides Panathen. T. I. p. 306. ed. Dindorf. *Ὥστ' εἴ τις περιέλοι τοὺς Ἐριχθονίους, τοὺς Κέκροπας, τὰ μυθώδη.* Plutarch. de Pyth. orac. c. 25: *Ὀνομάκριτοι δ' ἐκεῖνοι καὶ Ἡρόδοτοι καὶ Κινεσίωνες ὅσην αἰτίαν ἠνέγκαντο ἐκ τῶν χρησμῶν ἐῶ λέγειν.* de gloria Atheniens. c. 8: *Ἐφ' οἷς οὐ τοὺς Ἰσοκράτεις καὶ Ἀντιφῶντας καὶ Ἰσαίους, ἀλλὰ τούτους ἡ πόλις δημοσίαις τάφαις ἔθαψεν.* vit. Periclis c. 16: *Τεσσαράκοντα μὲν ἔτη πρωτεύων ἐν Ἐφιάλταις καὶ Λεωκράταις καὶ Μυρωνίδαις καὶ Κίμωσι καὶ Τολμίδαις καὶ Θουκυδίδαις.* Eodem vere modo cum alii comici poetae, tum maxime Cratinus fabulas inscripserunt, documento sunt *Ὀδυσσεῖς, Κλεοβουλῖναι, Χείρωνες. Ἀρχίλοχοι* igitur significat homines Archilochi similes, comites et socios quasi Parii poetae, hoc est *censores acerbos.* Archilochus enim per omnem antiquitatem maledicentissimus poeta est habitus, hinc Gorgias, cum a Platone esset *pulcher* et *aureus* appellatus *Gorgias*, dicitur Philosophum ita notavisse, *Ἦ καλόν γε αἱ Ἀθῆναι καὶ νέον τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐνηνόχασιν.* videas Athenaeum XI. p. 500. et cum dialogum cognominem legisset, idem ad familiares dixit: *Ὡς καλῶς ὧδε Πλάτων ἰαμβίζεις,* prorsus ut intelligas, quam coniuncta sit acerba quaevis irrisio cum Gorgiae nomine. Eodem pertinet quod Plutarchus in vita Catonis dicit: *Ὡς δ' οἱ φίλοι τοῦτ' ἐκώλυσαν, ὀργῇ καὶ νεότητι τρέψας ἑαυτὸν εἰς ἰάμβους πολλὰ τὸν Σκιπίωνα καθύβρισε, τῷ πικρῷ προσχρησάμενος τοῦ Ἀρχιλόχου, τὸ ἀκόλαστον ἀφεὶς καὶ παιδαριῶδες.* Eodem modo Cicero dixit in Epist. ad Attic. II. 21: Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita sunt iucunda — ipsi ita acerba, ut tabescat dolore. Sed praeter ceteros gravis auctor Pindarus Pyth. II. 52:

Ἐμὲ δὲ χρεὼν
Φεύγειν δάκος ἀδινὸν κακαγοριᾶν.
Εἶδον γὰρ ἑκὰς ἐὼν τὰ πόλλ' ἐν ἀμαχανίᾳ

Ψογερὸν Ἀρχίλοχον βαρυλόγοις ἔχθεσιν
Πιαινόμενον· τὸ πλουτεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου, σοφίας ἄριστον.
Credo igitur chorum compositum fuisse ex istis Archilochis, qui validis atque vibrantibus sententiis vitia quaedam satis gravia exagitaverint: et de choro accipiendus est versus ille, quo utitur Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 280 ubi de usu vocabuli *σοφιστής* disserit:
Οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε.
Haec enim loquitur nescio quis cum chorus Archilochorum primum in scenam prodit: *σμῆνος* eodem modo de choro Nubium dictum est apud Aristophanem in cognomine fabula v. 297:
Οὐ μὴ σκώψει μηδὲ ποιήσεις ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι,
Ἀλλ' εὐφήμει, μέγα γάρ τι θεῶν κινεῖται σμῆνος ἀοιδαῖς.
Sed non est huc referendus alius locus Aristophanis in Vespis v. 425 ubi vesparum chorus dicit:
Ὡς ἂν εὖ εἰδῇ τὸ λοιπὸν σμῆνος οἷον ὤργισεν.
Ibi enim de vesparum examine translatum est: deinde solet omnino de magna multitudine dici, ut *ἑσμὸς* ab eodem poeta in Lysistrata v. 353:
Ἑσμὸς γυναικῶν οὑτοσὶ θύρασιν αὖ βοηθεῖ.
Et sic ipsum illud *σμῆνος* cum alii usurpaverunt, tum Aristid. Panathen. T. I. p. 185 ed. Dindorf. *Ἀποικιῶν σμήνη διαπέμψαι.* Sed ut ad Cratini versum revertar, *σοφιστῶν σμῆνος*, examen *poetarum* esse, confirmatur etiam Diogenis Laertii testimonio Prooem. 12: *Οἱ δὲ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο, καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταί, καθὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν οὕτως καλεῖ.* Chorum enim censeo hic ut fere ubique illud ipsum, quod propositum erat poetae, exposuisse: choro enim comici poetae ita utuntur, ut avocent a propriis personis et temporibus animos spectantium, ut id quod in parte probaverant ostenderantque, id in universo genere probent atque arguant. Archilochum autem secutus est, quoniam in illius ingenio quasi simulacrum quoddam sui sibi visus erat animadvertisse.

Nequeo autem Meinekii sententiam probare, qui in Quaest. Scenicar. Spec. I. p. 22 haec dicit: *Ipse quem secutus sit scio neminem, suo omnia videtur egisse ingenio. Nam de Archilocho fallitur Kannegiesserus in libro de comoedia Attic. p.* 432: *Hunc enim non tam imitatione expressit, quam parodiae lusu irrisit.* At vero comoediae antiquae hoc est institutum, ut ex praesentia aucupetur, quae et delectationem et castigationem habeant, neque vero illa solet ea, quae longa diuturnitate temporis obruta iacent, pertractare: etenim ea solum quae ante oculos omnium sunt posita, quae quasi vigent atque vivunt, eo multitudinis animos impellunt et deducunt, quo velit poeta. Neque profecto illa aetate Athenis in occulto latentia longe petenda erant, cum multiplex rerum varietas suppeteret.

Archilochi autem carmina nunquam tantam erant auctoritatem Athenis illa praesertim aetate nacta, ut opprimenda aut abolenda ea comicus poeta censere potuerit. Erant sane lasciva nec satis casta; verum tanta in iis erat gravitas, tanta morum probitas conspiciebatur, ut demeretur, quidquid pravum aut indecorum potuisset videri: neque omnino talis licentia abhorrebat ab veterum more et ingenio, qui ipsos quidem poetas castos esse voluerunt, carmina nihil necesse esse censebant. Cetera autem quae quis potuisset in disceptationem vocare levia erant, nec satis digna, quae reprehenderentur; tale igitur consilium abhorret a Cratino, magnanimo viro, grammaticum hominem decet, diligenter omnia perscrutantem et rimantem: fuerunt autem eiusmodi in Archilocho, ut auctor est Longinus de sublim. c. 33: Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ, διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον τὸ ποιημάτιον, Ἀρχιλόχου πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα παρασύροντος, κἀκεῖνα τῆς ἐκβολῆς τοῦ δαιμονίου πνεύματος ὁρμῇ, ἣν ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον, ἆρα δὴ μεῖζον ποιητής. At fuit Cratinus quoque divino illo spiritu inflammatus; quare cum ingenii pariter atque instituti summa similitudo inter utrumque poetam intercesserit, Archilochum a Cratino vexatum fuisse nego atque pernego: nec si quae in Cratini reliquiis reperiuntur, quae ad Archilochi exemplar expressa sunt, id reprehendendi studio factum est, sed consentaneum potius est Cratinum illius amaritudinem atque nervos studiose aemulatum esse. Et qui diligentius examinaverit ea, quae in Cratini reliquiis ad similitudinem Archilochiorum iamborum accedunt, animadvertet haec non ludendi irridendive causa efficta esse, verum ut gravitas orationi conciliaretur. Et in hac quidem fabula, de qua agitur, eo potissimum consilio hoc videtur Cratinus fecisse, ut vivida Archilochi poetae imago ante oculos poneretur, sub qua specie ipse quid sentiret libere profiteretur. Et Aristophanes quoque nonnumquam ad Archilochi exemplar se composuit, id quod de numerorum conformatione testatur Terentianus v. 2243:

Aristophanis ingens micat sollertia,
Qui saepe metris multiformibus novis
Archilochon arte est aemulatus musica.

Et ad comicum, neque vero ad grammaticum Aristophanem videtur referendum esse, quod dicit Cicero Epist. ad Attic. XVI. 11: *Quod vereris, ne ἀδόλεσχος tu mihi? quis minus? mihi ut Aristophani Archilochi iambus, sic epistola longissima quaeque optima videtur.*

Cratinum autem Archilochi sermonem imitatum esse in hac fabula luculento exemplo docet Hephaestio p. 88 qui cum inde a p. 83 de asynartetis Archilochiis dissereret, Cratinum dicit numerorum leges ignorasse, cum hunc versum ad exemplum Archilochi voluerit conformare: *Κρατῖνος δέ, ὅταν λέγῃ ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις.*

Ἐρασμονίδη Βάθιππε τῶν ἀωρολείων
τοῦτο τὸ μέτρον ἀγνοεῖ, ὅτι οὐκ ἄντικρυς μιμεῖται τοῦ Ἀρχιλόχου

τὸ *Ἐρασμονίδη*. ubi graecus interpres haec addit: *τρίτον γὰρ πεποίηκεν ἴαμβον ὁ Κρατῖνος καὶ οὐκέτι συμφωνεῖ αὐτῷ τῷ προσοδιακόν, ὅπερ ἐστὶν ἐν τῷ Ἀρχιλοχείῳ· δοκῶν οὖν τοῦτο μιμεῖσθαι ἔλαθε μιμησάμενος.* ultima haec verba: *δοκῶν οὖν τοῦτο κτλ.* temere ab homine imperitissimo videntur adiecta esse. Cratinus autem cum in locum legitimi numeri:

⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ | –́ ⏑ – ⏑ – ⏓

hunc substitueret

⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏓ | –́ ⏑ – ⏑ – ⏓

neqnaquam prae nimia inscitia numeri leges migravit. Archilochus enim, quem et in numeri et in sermonis conformatione sequitur hoc loco Cratinus, dixerat:

Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γέλοιον,
Ἐρέω πολὺ φίλταθ' ἑταίρων, τέρψεαι δ' ἀκούων,
Φιλέειν στυγνόν περ ἐόντα μηδὲ διαλέγεσθαι.

inimicitias ille quidem exercens cum Charilao quodam voraci et ipsi infesto homine. Cratinus autem cum Bathippi nomen Charilao substitueret eundemque sententiae tenorem servare vellet, necessitate impeditus fuit, quominus syllabam syllaba exaequaret. Huc accedit quod illud ipsum, quod hiat versus, a comico sermone et irrisione non plane abhorret. Sed fortasse non primus Cratinus recessit a numeri lege, et iam Archilochus scripserat:

Ἐρασμονίδη Χάριλλε, χρῆμά τοι γελοῖον.

Χαρίλας iste homo vocatur ab Athenaeo X. p. 415. D. et Eustathio in Odysseam p. 1630. 10. et Aeliano Var. Hist. I. 27. et eiusdem hominis nomen Aristidi videtur restituendum esse, qui T. II. p. 380 ed. Dindf. dicit: *Οὐ τοίνυν οὐδ' Ἀρχίλοχος περὶ τὰς βλασφημίας οὕτω διατρίβειν τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους ἔλεγε κακῶς, ἀλλὰ Λυκάμβην καὶ Χειδὸν καὶ τὸν δεῖνα τὸν μάντιν καὶ τὸν Περικλέα τὸν καθ' αὑτόν, οὐ τὸν πάνυ, καὶ τοιούτους ἀνθρώπους ἔλεγε κακῶς.* Fortasse enim *Χάριλλον* scribendum est. — Iam illud *Ἐρασμονίδη*, quod speciem nominis proprii refert, videtur potius pro appellativo habendum esse, ut significet *amicum* vel omnino *hominem amabilem*. Talia autem vulgari potissimum fuerunt sermone trita et ob id ipsum irrisioni sunt accommodata. Ita Archilochus sive Hipponax dixit *συκοτραγίδης*, vid. Eustath. ad Odyss. p. 1828. 11. Alcaeus vero Pittacum Lesbi tyrannum exagitans *χειροπόδαν* et *ζοφοδορπίδαν* vocavit, vid. Diog. Laert. I. 81. Similiter comici poetae, ut Aristophanes in Acharnensibus v. 595:

*Ὅστις; πολίτης ἀγαθός, οὐ σπουδαρχίδης,**)

---

*) Huc respicit grammaticus Bekkeri T. I. p. 63, 18. *Σπουδαρχίδης· σημαίνει τὸν σπουδάζοντα ἐπὶ τὰς ἀρχὰς καὶ σπουδαρχίας.* Posterius verbum

Ἀλλ' ἐξ ὅτου περ ὁ πόλεμος στρατωνίδης,
Σὺ δ' ἐξ ὅτου περ ὁ πόλεμος μισθαρχίδης.

ridens ille quidem et reprehendens simul inflatum Gorgiae dicendi genus. Eodem modo in iis quae sequuntur, v. 603 dixit:

Τισαμενοφαινίππους πανουργιππαρχίδας.

Sic enim interpunctione sublata legendum est: posterius enim verbum ad prius explanandum est adiectum: et sic etiam quae infra leguntur, in unum sunt comprehendenda:

Γερητοθεοδώρους Διομειαλαζόνας.

Similiter Pherecrates dixit *κλεπτίδης* apud Pollucem VIII. 34. et ex comico poeta videtur petitum, quod est apud Hesychium *Κρονίδας* fortasse ex Epilyci Coralisco vel alia fabula, in qua laconicus sermo fuit usurpatus: ubi *Κρονίδης* dicitur senex, qui alias *Κρόνος* vocatur. Phrynichus Bekkeri T. I. p. 43: *Ἰαπετός· ἀντὶ τοῦ γέρων· καὶ Τιθωνὸς καὶ Κρόνος ἐπὶ τῶν γερόντων.* Nicophon apud Pollucem III. 18.

Νυνὶ δὲ Κρόνου καὶ Τιθωνοῦ παππεπίπαππος νενόμισται.

Hinc stultum hominem ita appellavit Aristophanes in Nubibus v. 929. Atque ex comico poeta petita sunt, quae exhibet Phrynichus Bekkeri p. 46, 5: *Κρονοθήκη· οἷον παλαιὸς καὶ εὐηθείας μεστός, οἷον οὐ μόνον Κρόνος ἀλλὰ καὶ ὡσανεὶ ἡ θήκη τοῦ Κρόνου καὶ ἡ σορὸς καὶ ἡ ταφή·* et ibid. *Κρονοδαίμων ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ καὶ εὐήθους:* cui non dissimile est quod ibidem legitur p. 63, 10: *σοροδαίμων.* Eodem modo *Κρονικός* dicitur.

Ad *Archilochos* referendum existimo etiam aliud Cratini fragmentum apud Hephaestionem eodem illo loco, quo de Archilochio asynnarteto disserit, p. 84. ubi docet recentiores poetas ab Archilochi consuetudine paululum recessisse et incisionem variavisse: *Οἱ δὲ μετ' αὐτὸν τῇ μὲν τομῇ ἀδιαφόρως ἐχρήσαντο ὥσπερ Κρατῖνος·*

Χαῖρ' ὦ μέγ' ἀχρειογέλως ὅμιλε ταῖς ἐπίβδαις,
Τῆς ἡμετέρας σοφίας κριτὴς ἄριστε πάντων,
Εὐδαίμον' ἔτικτέ σε μήτηρ ἰκρίων ψόφησις.

Ἐνταῦθα γὰρ ὁμοίως τὸ τρίτον τέτμηται τοῖς Ἀρχιλοχείοις, τὰ δὲ πρὸ αὐτοῦ δύο πρὸ συλλαβῆς. Metri autem maxime similitudo me movet, ut hos versus ex Archilochis petitos esse censeam: videntur enim non nimis remoti ab illo versiculo fuisse:

Ἐρασμονίδη Βάθιππε, χρῆμά τοι γέλοιον.

Sunt autem hi tres versus ex parabasi petiti: increpat enim poeta populum Atheniensem, quod frigidis quidem iocis deteriorum poetarum delectetur, sapienter excogitata et egregie perpolita spernat: hanc enim multitudinis levitatem, quam optimi quique poetae experti sunt, notat his verbis *ἀχρειογέλως ὅμιλε,* quae respexisse

---

recte Ludov. Dindorfius restituit Xenophonti in Sympos. I. 4: *Στρατηγοῖς καὶ ἱππάρχοις καὶ σπουδαρχίαις* pro *σπουδάρχαις.* Inde etiam verbum repetitur *σπουδαρχιάζειν,* quod servavit Photius p. 532, 12.

videtur Grammaticus Bekkeri T. I. p. 475. 7: *Ἀχρειογέλως ἄνθρωπος· ἐπὶ τοῖς ἀχρήστοις καὶ μὴ σπουδαίοις γελῶν καὶ χαίρων.* Compares praeterea Homerum Od. XVIII. 163:

Ἀχρεῖον δ' ἐγέλασσεν, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν.

Difficiliora sunt, quae subsequuntur. Suam sapientiam quod commemorat Cratinus, non est mirandum: nihil enim aliud dicit quam hanc fabulam sollerter et scite se excogitavisse, ut ex speciosa imagine ipsa veritas eluceat, cum aemuli poetae scurrilia magis et iocularia sectarentur: id igitur quod erat propositum ingenue fatetur, veteres enim longissime aberant ab illa quae videri quidem se cupit, a vera autem modestia abhorret longissime. Iam vero Cratinum in fabulis componendis id unice spectavisse quod esset verum, ne veteres quidem latuit: recte enim Dionysius in arte Rhetor. c. 11. perspexit, quid sit institutum antiquae comoediae: *Ἡ δέ γε κωμῳδία ὅτι πολιτεύεται ἐν τοῖς δράμασι καὶ φιλοσοφεῖ, ἡ τῶν περὶ τὸν Κρατῖνον καὶ Ἀριστοφάνην καὶ Εὔπολιν, τί δεῖ καὶ λέγειν;* Aristophanes autem idem et secutus semper est et saepe professus. Quod autem poeta populum, cuius perversa iudicia modo vituperaverat, optimum dicit comoediae suae iudicem, id possis probabiliter in malam partem accipere, ut sit iudex pravus et improbus: at vero praestat haec in laudem et praeconium convertere. Athenienses enim, quamquam summa erant levitate, at erant tamen magno ingenii acumine, erant incorrupto et eleganti iudicio: id quod comici poetae saepe numero collaudant: neque enim ipsos Athenienses fugit, quantopere prudentia et sagacitate praestarent ceteris omnibus Graecis. Et Aristophanes quoque in eo ipso loco, quo graviter inconstantiam multitudinis reprehendit, in Nubibus v. 520 dicit:

Οὕτω νικήσαιμί τ' ἐγὼ καὶ νομιζοίμην σοφός,
Ὡς ὑμᾶς ἡγούμενος εἶναι θεατὰς δεξιοὺς
Καὶ ταύτην σοφώτατ' ἔχειν τῶν ἐμῶν κωμῳδιῶν,
— — — *ταῦτ' οὖν ὑμῖν μέμφομαι*
Τοῖς σοφοῖς, ὧν οὕνεκ' ἐγὼ ταῦτ' ἐπραγματευόμην.
Ἀλλ' οὐδ' ὣς ὑμᾶς ποθ' ἑκὼν προδώσω τοὺς δεξιούς.
— — — — — — — — — —
Ἐκ τούτου μοι πιστὰ παρ' ὑμῖν γνώμης ἔσθ' ὅρκια·
Νῦν οὖν Ἠλέκτραν κατ' ἐκείνην ἥδ' ἡ κωμῳδία
Ζητοῦσ' ἦλθ', ἤν που 'πιτύχῃ θεαταῖς οὕτω σοφοῖς.

et ibid. v. 575:

Ὦ σοφώτατοι θεαταὶ δεῦρο τὸν νοῦν πρόσχετε.

Eodem pacto in Ranis v. 700. ubi vehementer in Atheniensium perversitatem invehitur:

Ἀλλὰ τῆς ὀργῆς ἀνέντες, ὦ σοφώτατοι φύσει.

Sed rursus in antepirrhemate v. 734:

Ἀλλὰ καὶ νῦν, ὦ 'νόητοι, μεταβαλόντες τοὺς τρόπους.

Maximis vero laudibus ibidem inde a v. 1109. Atheniensium ingenia cumulat:

Εἰ δὲ τοῦτο καταφοβεῖσθον, μή τις ἀμαθία προσῇ
Τοῖς θεωμένοισιν, ὡς τὰ
Λεπτὰ μὴ γνῶναι λεγόντοιν,
Μηδὲν ὀρρωδεῖτε τοῦθ'· ὡς οὐκ ἔθ' οὕτω ταῦτ' ἔχει.
Ἐστρατευμένοι γάρ εἰσι,
Βιβλίον τ' ἔχων ἕκαστος μανθάνει τὰ δεξιά,
Αἵ φύσεις τ' ἄλλως κράτισται,
Νῦν δὲ καὶ παρηκόνηνται·
Μηδὲν οὖν δείσητον, ἀλλὰ
Πάντ' ἐπέξιτον, θεατῶν γ' οὕνεχ' ὡς ὄντων σοφῶν.

Sed ut ad Cratinum orationem reducam, extremo versu hoc videtur significari, delectari Athenienses ludis scenicis, delectari maxime applausu: applausum enim in theatro editum vocat *ἰκρίων ψόφησιν*. *Ἴκρια* hoc loco non sunt tabulata illa, quae olim in foro tumultuaria opera exstruebantur, quando ludi celebrandi erant, quod docet praeter alios Photius p. 106, 3: *Ἴκρια· τὰ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀφ' ὧν ἐθεῶντο τοὺς Διονυσιακοὺς ἀγῶνας πρὶν ἢ κατασκευασθῆναι τὸ ἐν Διονύσῳ θέατρον*: hic enim mos Cratini aetate iam obsoleverat, vide Hermannum in Opusc. T. II. p. 151. Sed *ἴκρια* Cratino sunt sedes ipsius theatri, antiqua appellatione in commune sermone, ut consentaneum est, servata. Similiter Aristophanes in Thesmophoriazusis v. 395:

Ὥστ' εὐθὺς εἰσιόντες ἀπὸ τῶν ἰκρίων
Ὑποβλέπουσ' ἡμᾶς.

ubi interpres Ravennas; *Ὡς ἔτι ἰκρίων ὄντων ἐν τῷ θεατρῷ καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπὶ ξύλων καθημένων· πρὶν γὰρ γένηται (γενέσθαι) τὸ θέατρον, ξύλα ἐδέσμευον καὶ οὕτως ἐθεώρουν*. Et similiter utitur hoc nomine Schol. ad Vesp. v. 1189. perverse ille quidem hunc locum interpretatus, *Ἰκρίοις δὲ θεωροῦντες τοὺς δύο ὀβολοὺς παρεῖχον τοῖς ἀρχιτέκτοσιν*.

Iam si satis recte statui, Cratinum in hac fabula multa etiam in sermonis conformatione ad Archilochi exemplum composuisse, non improbabili coniectura referam ad Cratini Archilochos etiam tres illos versus, qui neque poetae neque fabulae nomine adiecto servata sunt a Plutarcho Praecept. reipubl. ger. c. 15: *Οὐδὲν οὖν τούτου διαφέρουσιν οἱ πρὸς πᾶσαν ἀποδυόμενοι πολιτικὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ ποιοῦσι μεμπτοὺς ἑαυτοὺς τοῖς πολλοῖς, ἐπαχθεῖς τε γίγνονται καὶ κατορθοῦντες ἐπίφθονοι, κἂν σφαλῶσιν, ἐπίχαρτοι, καὶ τὸ θαυμαζόμενον αὐτῶν ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιμελείας εἰς χλευασμὸν ὑπονοστεῖ καὶ γέλωτα· τοιοῦτον*

Μητίοχος μὲν γὰρ στρατηγεῖ, Μητίοχος δὲ τὰς ὁδούς,
Μητίοχος δ' ἄρτους ἐποπτᾷ, Μητίοχος δὲ τἄλφιτα,
Μητίοχος δὲ πάντα ποιεῖ, Μητίοχος δ' οἰμώξεται.

τῶν Περικλέους οὗτος εἷς ἦν ἑταίρων, τῇ δι' ἐκεῖνον, ὡς ἔοικε, δυνάμει χρώμενος ἐπιφθόνως καὶ κατακόρως. Manifesta autem prorsus imitationis Archilochiorum carminum vestigia in his versibus deprehenduntur; compares quae ex Archilocho servavit Herodianus

περὶ σχημάτων in Villoisoni Anecd. T. II. p. 93 et in ed. Dindf. p. 57. *Νῦν μὲν Λεώφιλος ἄρχει, Λεώφιλος δ' ἐπικρατεῖ, Λεωφίλῳ δὲ πάντα κεῖται, Λεώφιλε δ' ἄκουε.* Et usus est his versibus iam Porsonus Praefat. ad Hecub. Eurip. p. XXV, qui cum in comici versibus apud Plutarchum legeretur: *Μητίοχος δὲ πάντα ποιεῖται*, audaci coniectura ex Archilocho rescripsit: *Μητιόχῳ δὲ πάντα κεῖται.* At *πάντα κεῖται* quid significet non expedio, nisi forte quis ita dictum esse existimet, ut sit: ***omnia subiecta sunt:*** at id quidem vix satis graece dicatur: dubitavique iam olim, cum ad Anacreontem p. 82. legendum censerem: *πάντ' ἀνεῖται*, male id quidem, neque tamen librorum scripturam ferri posse arbitror. Parum utilitatis praebent codicum variae lectione enotatae apud Dindorfium in praef. p. XXXIII. Videntur autem Archilochi versus ita corrigendi esse:

Νῦν δὲ Λεώφιλος μὲν ἄρχει, Λεώφιλος δ' ἐπικρατεῖ,
Λεωφίλῳ δὲ πάντ' ἀ ν ῷ κ τ α ι, Λεωφίλου δ' ἀκούεται.

ut dicat poeta: ***Nunc vero Leophilus potens est in amore, nunc Leophilus imperat, nunc Leophilo omnia patent, nunc Leophili voci auscultant.*** Dixit haec Archilochus in Leophilum quendam, in amore aemulum, cui omnia permitterentur, cum ipsi ianua esset clausa. Non dissimilem sententiam reperies apud Theocritum XIV, 47:

Οἷ δὲ Λύκος νῦν πάντα, Λύκῳ καὶ νυκτὸς ἀνῷκται,
Ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθματοί,
Δύστανοι Μεγαρῆες, ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ.

Cratinus autem, Archilochi exemplum in tantum secutus, quantum conveniebat institutae sententiae, dixit

Μητίοχος δὲ πάντα ποιεῖ,

(sic enim corrigo, vulgo *ποιεῖται*) et deinde praeter omnem exspectationem subiecit:

Μητίοχος δ' οἰμώξεται.

Metiochus ille, qui etiam breviore forma Metichus appellabatur (hoc ipsum Elmsleius restituere voluit Cratino, ne dactylico versu numeri trochaici lex violaretur: sed licuit id in nomine proprio admittere praecipue cum veri sit simillimum nomen *Μητιόχου*, quae est primaria forma, in vulgari sermone ita fuisse pronuntiatum, ut littera o elideretur, quasi nomen esset *Μητίχος*, atque id etiam ex exemplis, quae subiiciuntur satis apparet:) Metiochus igitur Periclis familiaris et rem publicam attigit et vero etiam architectus fuit: saepius eum esse reprehensum, quod civitati noxia suaderet, docet Photius p. 268, 3: *Μητίχος· ἀρχιτέκτων καὶ ῥήτωρ τῶν οὐ τὰ βέλτιστα συμβουλευόντων.* Similia leguntur apud Grammaticum Bekkeri T. I. p. 309, 17. nisi quod ibi errore negatio excidit: *Τέμενος Μητιόχου· δικαστήριον ὀνομασθὲν ἀπὸ Μητιόχου ἀρχιτέκτονος ἢ ῥήτορος τῶν (οὐ) τὰ βέλτιστα συμβουλευσάντων.* Et conqueritur his ipsis versibus comicus poeta, quod Metiochus Periclis gratia et

auctoritate usus iam plurimum in civitate valeret, et plura munera, quam sit aequum in civitate usurpaverit. Lege enim fuit cautum, ne quis duobus simul magistratibus eodem anno fungeretur, si quidem illa lex, quam commemorat Demosthenes adv. Timocrat. p. 747. iam antiquioribus temporibus videtur valuisse: hoc autem in illa iurisiurandi formula, quam dicebant heliastae, fuit scriptum: *Οὐδ᾽ ἀρχὴν καταστήσω, ὥστ᾽ ἄρχειν ὑπεύθυνον ὄντα ἑτέρας ἀρχῆς καὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων καὶ τοῦ ἱερομνήμονος καὶ ὅσαι μετὰ τῶν ἐννέα ἀρχόντων κυαμεύονται ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ κήρυκος καὶ πρεσβείας καὶ συνέδρων. οὐδὲ δὶς τὸν αὐτὸν ἄνδρα τὴν αὐτὴν ἀρχὴν οὐδὲ δύο ἀρχὰς ἄρξαι τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ.* Imperatoris autem munus, quo Metiochus tunc fungebatur, fuit longe honorificentissimum. Idem vero etiam in numero curatorum viarum publicarum fuisse videtur, si quidem poeta dicit: *Μητίοχος δὲ τὰς ὁδοὺς ἐποπτᾷ*: nomen autem horum magistratuum videtur *ὁδοποιοὶ* fuisse: commemorat Photius p. 316, 7: *Ὁδοποιοί· οἱ ὁδῶν ἐπιμεληταί.* Et Aeschines in Ctesiphont. p. 418. ed. Reisk. eosdem significat: *Διὰ δὲ τὴν πρὸς Εὔβουλον γινομένην πίστιν ὑμῖν οἱ ἐπὶ τὸ θεωρικὸν κεχειροτονημένοι ἦρχον μέν, πρὶν ἢ τὸν Ἡγήμονος νόμον γενέσθαι, τὴν τοῦ ἀντιγραφέως ἀρχήν, ἦρχον δὲ τὴν τῶν ἀποδεκτῶν καὶ νεωρίων ἀρχὴν καὶ σκευοθήκην ᾠκοδόμουν, ἦσαν δὲ καὶ ὁδοποιοὶ καὶ σχεδὸν τὴν ὅλην διοίκησιν εἶχον τῆς πόλεως.* qui locus vel propterea memorabilis est, quod ex eo cognoscimus Eubuli aetate populares homines plures magistratus simul administravisse, et in his etiam illam curam viarum publicarum suscepisse: nescio autem an Aeschines praeter ipsum Eubulum et fortasse alios Lycurgum maxime respexerit: fuit autem ille hoc nomine egregie de republica meritus, ut testatur Pseudoplutarchus vit. Lycurgi: *Πολλὰ δ᾽ ἡμίεργα παραλαβὼν ἐξετέλεσε καὶ νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην:* his similia infra leguntur, ibidem in populiscito III. *Πρὸς δὲ τούτοις ἡμίεργα παραλαβὼν τούς τε νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην καὶ τὸ θέατρον τὸ Διονυσιακὸν ἐξειργάσατο.* Opera haec intermissa sunt praetore Lysimachide h. e. Olymp. CX. 2. bello nimis saeviente, ut memoriae tradidit Philochorus apud Dionys. Halic. ep. ad. Ammaeum c. 11: T. II. p. 124: *Λυσιμαχίδης Ἀχαρνεύς· ἐπὶ τούτου τὰ μὲν ἔργα τὰ περὶ τοὺς νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην ἀνεβάλοντο διὰ τὸν πόλεμον πρὸς Φίλιππον· τὰ δὲ χρήματ᾽ ἐψηφίσαντο πάντ᾽ εἶναι στρατιωτικά, Δημοσθένους γράψαντος.* Operum inchoatorum curam suscepit Lycurgus fortasse Olymp. CX. 3. pugna ad Chaeroneam commissa. Certos autem quosdam homines Aeschinem intelligere apparet vel ex eo, quod dicit *σκευοθήκην ᾠκοδόμουν.* magis vero ex iis, quae subiungit: *καὶ οὐ κατηγορῶν αὐτῶν οὐδ᾽ ἐπιτιμῶν λέγω, ἀλλ᾽ ἐκεῖνο ὑμῖν ἐνδείξασθαι βούλομαι κτλ.* quae optime congruunt in Lycurgum, quem laedere aut reprehendere verebatur Aeschines. Neque obstat quod dicit Aeschines: *οἱ ἐπὶ τὸ θεωρικὸν κεχειροτονημένοι*, nam Lycur-

gus non per integros duodecim annos curavit rationes administrationis publicae suo nomine, sed ut mihi quidem videtur quatuor tantum annos ab Olymp. CIX. 3. usque ad Olymp. CX. 3: deinde alii administraverunt hoc munus, ita tamen ut plurimum Lycurgi valeret auctoritas: vid. vit. Lycurgi apud Plutarchum: *Τὸ μὲν πρῶτον αἱρεθεὶς αὐτός, ἔπειτα τῶν φίλων ἐπιγραψάμενός τινα αὐτὸς ἐποιεῖτο τὴν διοίκησιν διὰ τὸ φθάσαι νόμον εἰσενεγκεῖν, μὴ πλείω πέντε ἐτῶν διέπειν τὸν χειροτονηθέντα ἐπὶ τὰ δημόσια χρήματα.* Sed per reliquos octo annos multis aliis muneribus publicis functus est, quod ibidem memoriae est proditum; haec enim continuo subsequuntur: *Ἀεί τ' ἐφεστὼς τοῖς ἔργοις διετέλεσε καὶ θέρους καὶ χειμῶνος, καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ πολέμου παρασκευὴν χειροτονηθεὶς πολλὰ τῆς πόλεως ἐπηνώρθωσε κτλ.* tum adduntur illa: *πολλὰ δὲ ἡμίεργα παραλαβὼν ἐξετέλεσε κτλ.* Credo igitur Lycurgum inde ab Olymp. CX. 3. ea munera administravisse, quae Aeschines commemorat: initio anni pecuniae sunt ad bellum collatae hinc in vita Lycurgi apud Plut. commemoratur Callias quidam, qui hoc munere eo anno functus est: *Ἔσχε δὲ τρεῖς παῖδας ἐκ Καλλιστοῦς τῆς Ἅβρωνος μὲν θυγατρός, Καλλίου δὲ τοῦ Ἅβρωνος Βατῆθεν ἀδελφῆς, τοῦ ταμιεύσαντος στρατιωτικῶν ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος.* (Cf. Steph. Byz. v. *Βατή.*) Sed eodem anno etiam magistratus restitutus, qui *θεωρικὸν* dispertiret: pugna enim illa ad Chaeroneam commissa est initio eius anni die septimo Metageitnionis, vid. Plutarch. Camill. c. 19: magistratus autem, qui *τὸ θεωρικὸν* largiretur, aliquot dies ante magna Dionysia eligebatur, quae celebrabantur die duodecimo Elaphebolionis. Sed non Lycurgus solum, verum etiam Demosthenes eodem tempore et *τὸ θεωρικὸν* dispertiendum et muros exstruendos curavit, vid. Aeschinis accusationis libellum apud Demosth. de corona 54., qui quidem delatus est sexto die Elaphebolionis, ita ut non diu magistratu functus esse videatur, cum illa lis intenderetur Demostheni: *Ἐπὶ Χαιρωνίδου ἄρχοντος, ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου, Αἰσχίνης Ἀτρομήτου Κοθωκίδης ἀπήνεγκε πρὸς τὸν ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος κτλ.* et deinde Demosthenes rationi reddendae obnoxius esse dicitur *ἔστι δὲ Δημοσθένης τειχοποιὸς καὶ ἐπὶ τῷ θεωρικῷ τεταγμένος.* Collegae igitur videntur Demosthenes et Lycurgus fuisse, alter ex Pandionide, alter ex Oeneide tribu delectus, eidemque alia praeter illud munus administraverunt. Lycurgum autem curam *τοῦ θεωρικοῦ* gessisse etiam ex his mihi videor colligere, quae leguntur in vita Lycurgi de damnatione Diphili: *Ἔκρινε δὲ καὶ Δίφιλον ἐκ τῶν ἀργυρίων μετάλλων τοὺς μεσοκρινεῖς, οἳ βάσταζον τὰ ὑπερκείμενα βάρη, ὑφελόντα καὶ ἐξ αὐτῶν πεπλουτηκότα παρὰ τοὺς νόμους. καὶ θανάτου ὄντος ἐπιτιμίου, ἁλῶναι ἐποίησε καὶ πεντήκοντα δραχμὰς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν διένειμε, τῶν πάντων συναχθέντων ταλάντων ἑκατὸν ἑξήκοντα.* Sed non ita multo post Hegemonis lege videtur cautum esse, ne qui *τὸ θεωρικὸν* dispertiendum suscepisset, alium praeterea magi-

stratum obtineret. Sed has impeditissimas quaestiones accuratius persequi prohibet instituti operis consilium. Sic etiam Periclis aetate, cum rei publicae forma et instituta funditus immutarentur, licuisse videtur, ut viri populares plura munera publica uno eodemque anno administrarent: hoc autem munus Periclis praesertim aetate, non fuit levis momenti et Metiocho, homini architecto convenientissimum: Pericles enim cum urbem delubris aliisque aedificiis publicis eximie ornaret, etiam viarum muniendarum rationem habuit, id quod docet Plutarchus in vita Periclis c. 12. ubi loquitur de multitudine hominum, quorum opera Pericles in monumentis moliendis usus sit: *Οἱ δὲ κατὰ γῆν ἁμαξοπηγοὶ, καὶ ζευγοτρόφοι καὶ ἡνίοχοι καὶ καλωστρόφοι, καὶ λινουργοὶ καὶ σκυτοτόμοι καὶ ὁδοποιοὶ καὶ μεταλλεῖς.* quamquam *ὁδοποιοί* qui hoc loco commemorantur, non magistratus, sed opifices esse videntur. Ante Periclis autem tempora non videtur hic magistratus institutus esse, siquidem Heraclides Ponticus p. 232. in Lips. ed. Aeliani Var. Hist. senatum in Areopago et Themistoclem et Aristidem dicit curavisse, ne quis viam publicam obstrueret aut alio quomodo impediret, dicit enim: *Θεμιστοκλῆς καὶ Ἀριστείδης καὶ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ πολλὰ ἐδύναντο καὶ τῶν ὁδῶν ἐπεμελοῦντο. ὅπως μή τινες ἀνοικοδομῶσιν αὐτὰς ἢ δρυφάκτοις ὑπερτείνωσιν.* Probabile igitur est Periclem denique illos curatores viarum instituisse: possit sane aliquis suspicari hoc negotium fuisse ***curatoribus urbis*** impositum, qui in aliis quidem civitatibus vias quoque curabant: sed ex Aristotele Polit. VI. 5. mihi colligere videor hoc munus *τῶν ἀστυνόμων* Athenis arctioribus finibus circumseptum fuisse, ita ut alii alia negotia publica administraverint, dicit autem: *Ἑτέρα δὲ ἐπιμέλεια ταύτης ἐχομένη καὶ σύνεγγυς ἡ τῶν περὶ τὸ ἄστυ δημοσίων καὶ ἰδίων ὅπως εὐκοσμία ᾖ καὶ τῶν πιπτόντων οἰκοδομημάτων καὶ ὁδῶν σωτηρία καὶ διόρθωσις καὶ τῶν ὁρίων τῶν πρὸς ἀλλήλους, ὅπως ἀνεγκλήτως ἔχωσιν καὶ ὅσα τούτοις ἄλλα τῆς ἐπιμελείας ὁμοιότροπα. καλοῦσι δ' ἀστυνομίαν οἱ πλεῖστοι τὴν τοιαύτην ἀρχήν· ἔχει δὲ μόρια πλείω τὸν ἀριθμόν, ὧν ἑτέρους ἐφ' ἑτέρῳ καθιστᾶσιν ἐν ταῖς πολυανθρωποτέραις πόλεσιν, οἷον τειχοποιοὺς καὶ κρηνῶν ἐπιμελητὰς καὶ λιμένων φύλακας:* nam quin Aristoteli cum haec praeciperet, Atheniensis potissimum civitatis imago ante oculos versata sit, vix dubitari potest. Nam Athenis fuerunt ***curatores moenium***, quorum mentionem facit Aeschines in Ctesiphontem p. 400: *Ἔστι δὲ ὁ Δημοσθένης τειχοποιός, ἐπιστάτης τοῦ μεγίστου τῶν ἔργων.* adde ibid. p. 404. 418. 420. et seq. Demosthenes ipse de corona p. 237. ed. Bekkeri: *Ἐπειδὴ Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς γενόμενος ἐπιμελητὴς τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς καὶ προσαναλώσας εἰς τὰ ἔργα τρία τάλαντα ἐπέδωκε ταῦτα τῷ δήμῳ.* Fuerunt vero Athenis etiam ***praefecti fontibus***, ut colligimus ex Plutarcho in vita Themistoclis c. 31: *Εἶδε δὲ καὶ ἐν Μητρὸς ἱερῷ τὴν καλουμένην ὑδροφόρον κόρην χαλκῆν, μέγεθος δίπηχυν, ἣν αὐτός, ὅτε*

τῶν Ἀθήνησιν ὑδάτων ἐπιστάτης ἦν, εὑρὼν τοὺς ὑφῃρημένους τὸ ὕδωρ καὶ παροχετεύσαντας, ἀνέθηκεν ἐκ τῆς ζημίας ποιησάμενος. Nescio an huc pertineat quod legitur apud Hesychium: *Κρηνάγγη· ἀρχὴ ἐπὶ τῆς ἐπιμελείας ὕδατος.* sed ex comico aliquo videtur petitum esse, quem *κρηνάγχην* dixisse puto, ut notaret curam clepsydrae iudicialis. Sed huc referendi videntur Phrynichi versus in Monotropo apud Scholiast. Aristoph. Avv. v. 999. ubi Meton et aquas duxisse et curam huius rei gessisse dicitur: puto autem illos versus ita corrigendos esse:

A. Τίς δ' ἐστὶν ὁ μετὰ ταῦτα φροντίζων; B. Μέτων
Ὁ Λευκονοεύς. A. Ἐγῷδ', ὁ τὰς κρήνας ἄγων.

Denique etiam *custodes portuum* Athenis videntur fuisse, quorum munus in conservandis molibus et aggeribus maxime fuerit positum: ad quem magistratum nequaquam videtur hoc referendum esse, quod legitur in Inscript. apud Boeckh. Corp. Inscr. T. I. n. 124: *Κεχειροτονημένου δὲ καὶ ἐπιμελητοῦ ἐπὶ τὸν λιμένα Θεοδώρου τοῦ Θεοφίλου Ἁλαιέως.* cuius *ἀρχεῖον* infra commemoratur: eiusdem fit mentio in alio titulo ibid. n. 123. ubi de poena servorum publicorum est sermo: *Καὶ τὸν μὲν ἐν τῇ σκιάδι καθεσταμένον κολαζόντων οἵ τε ἀεὶ πρυτάνεις — τὸν δ' ἐν Πειραιεῖ ὁ καθεσταμένος ἐπιμελητής:* haec enim videntur potius ad curatores emporii referenda esse.

Sed Metiochus tertium praeterea munus administravisse dicitur a Cratino in altero versu:

Μητίοχος δ' ἄρτους ἐποπτᾷ, Μητίοχος δὲ τἄλφιτα.

quae quin ad unum idemque officium sint referenda non dubito: fuerit autem Metiochus munere *σιτοφύλακος* functus: de quo magistratu Photius p. 514, 21: *Σιτοφύλακες· ἀρχή τις ἦν Ἀθήνησιν, ἥτις ἐπεμελεῖτο ὅπως ὁ σῖτος δικαίως πραθήσεται καὶ τὰ ἄλφιτα καὶ οἱ ἄρτοι· ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πάλαι μὲν πεντεκαίδεκα ἐν ἄστει, πέντε δὲ ἐν Πειραιεῖ· ὕστερον δὲ λ' μὲν ἐν ἄστει, ε' δὲ ἐν Πειραιεῖ.* Harpocration p. 167, 1. Bekk.: *Σιτοφύλακες· Δείναρχος ἐν τῇ κατὰ Καλλισθένους εἰσαγγελίᾳ· ἀρχή τις ἦν Ἀθήνησιν, ἥτις ἐπεμελεῖτο ὅπως ὁ σῖτος δικαίως πραθήσεται καὶ τὰ ἄλφιτα καὶ οἱ ἄρτοι. ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα μὲν ἐν ἄστει, πέντε δ' ἐν Πειραιεῖ, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ.* Similia Grammaticus Bekkeri p. 300, 19: *Σιτοφύλακες· ἄρχοντες Ἀθήνησιν κληρωτοί· οὗτοι δ' ἐπεμελοῦντο ὅπως ὁ σῖτος δικαίως πραθήσεται καὶ τὰ ἄλφιτα καὶ οἱ ἄρτοι κατὰ τὰς ὡρισμένας τιμὰς καὶ τὸν σταθμόν.* Quum autem ceterarum rerum venalium omnium curam agoranomi gererent, res frumentaria huic magistratui erat demandata, quoniam singularem diligentiam et severitatem requirebat: accurate de hoc magistratu disserit Lysias *κατὰ τῶν σιτοπωλῶν* p. 722: *Οὕτω δὲ πάλαι περὶ τῆς τούτων κακουργίας καὶ κακονοίας ἡ πόλις ἔγνωκεν, ὥστ' ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις ὠνίοις ἅπασιν τοὺς ἀγορανόμους φύλακας κατεστήσατε, ἐπὶ δὲ ταύτῃ μόνῃ τῇ*

τέχνῃ χωρὶς σιτοφύλακας ἀποκληροῦτε. His non repugnat quod pistrix apud Aristophanem in Vespis v. 1406 dicit:

Καὶ καταγελᾷς μου; προσκαλοῦμαί σ' ὅστις εἶ,
Πρὸς τοὺς ἀγορανόμους βλάβης τῶν φορτίων,
Κλητῆρ' ἔχουσα Χαιρεφῶντα τουτονί.

Nam cum panes a Philocleone essent deiecti, illa res ad agoranomorum tribunal pertinebat, qui curabant ut iustitia atque aequitas in foro observaretur neque quisquam, qui res venales haberet, contumelia lacesseretur. Et leges quoque latae erant, secundum quas agoranomi iudicarent: Harpocratio p. 107: *Κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀθηνογένους πρώτῳ. Ὁ μὲν τοίνυν νόμος κελεύει ἀψευδεῖν ἐν ἀγορᾷ· ἔοικεν ὁ νόμος περὶ τῶν ὠνίων κεῖσθαι. Θεόφραστος γοῦν ἐν τῶν περὶ νόμων φησί· Δυοῖν τούτων ἐπιμελεῖσθαι τοὺς ἀγορανόμους, τῆς τε ἐν τῇ ἀγορᾷ εὐκοσμίας καὶ τοῦ ἀψευδεῖν, μὴ μόνον τοὺς πιπράσκοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὠνουμένους.* Rei autem frumentariae praefectis hoc fuit maxime munus impositum, ut caverent, ne quis frumenti inopiam malo dolo usus efficeret, ne quis nimis magno pretio panes aut annonam venderet, alia id genus. Sed adversari videtur huic sententiae Xenophontis locus in lepidissimo libello, qui Symposium inscribitur, II. 20. *Καὶ γὰρ οὖν οὕτω τὰ σκέλη τοῖς ὤμοις φαίνῃ ἰσοφόρα ἔχειν, ὥστε δοκεῖς ἐμοί, κἂν εἰ τοῖς ἀγορανόμοις ἀφιστῴης ὥσπερ ἄρτους, τὰ κάτω πρὸς τὰ ἄνω, ἀζήμιος ἂν γενέσθαι.* unde hoc videtur confici posse, agoranomos pondus etiam panum, ut ceterarum rerum venalium exploravisse: quamquam puto non ipsos illos aediles hoc fecisse, cum vix decem viri omnibus his officiis sufficere potuerint, sed ministrorum opera eos in his levioribus rebus usos esse: et similiter etiam annonae isti praefecti videntur ministris usi esse, quorsum spectat quod est apud Harpocrat. p. 153: *Προμετρητής· ὁ τοὺς πιπρασκομένους πυροὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων ἕκαστον μετρῶν καὶ ὁ τούτου τοῦ ἔργου μισθὸν λαμβάνων προμετρητὴς ἐκαλεῖτο. Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ τοῦ ταρίχους καὶ Δείναρχος κατ' Ἀγασικλέους· Σκυθοῦ τοίνυν τοῦ προμέτρητοῦ υἱὸς ἐν δημόταις γέγονε καὶ οὗτος ἐν τῇ ἀγορᾷ προμετρῶν διατετέλεκε καὶ ὑμεῖς ἐκλαμβανόμενοι παρ' αὐτοῦ τοὺς πυροὺς διατελεῖτε.* Hoc quidem ex Xenophontis loco satis certo conficias, vel ipsos agoranomos vel ministros eorum auctoritate panes num iustum haberent pondus exploravisse. Cratinus num forte Metiochum agoranomum esse voluerit, non definiam, quandoquidem Xenophontis tempore alia forsitan fuit ratio: mihi quidem hoc munus in annonae curatores melius cadere videtur. De numero autem horum magistratuum valde dissentiunt, nam Harpocratio quidem quinque in Piraeeo, quindecim in urbe fuisse dicit: at recte puto Valesium emendavisse: *ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα, δέκα μὲν ἐν ἄστει, πέντε δ' ἐν Πειραιεῖ.* ad eandemque normam corrigendus etiam Photius: idem dicit postea in urbe fuisse triginta, qui numerus iusto maior esse videtur, praesertim cum dicat quinque tan-

tum in Piraeeo fuisse: quod si vera tradit Photius, posterior certe numerus vitium contraxerit necesse est; fortasse legendum: *ὕστερον δὲ λ' μὲν ἐν ἄστει, ιέ δ' ἐν Πειραιεῖ.* Plane autem dissentire videtur de numero curatorum rei frumentariae Lysias in illa quam dixi oratione; nam p. 717. haec leguntur: *Ἐπειδὴ γὰρ οὗτοι τὴν αἰτίαν εἰς ἐκείνους ἀνέφερον, παρακαλέσαντες τοὺς ἄρχοντας ἠρωτῶμεν· καὶ οἱ μὲν δύο οὐδὲν ἔφασαν εἰδέναι τοῦ πράγματος, Ἄνυτος δ' ἔλεγεν, ὡς τοῦ προτέρου χειμῶνος κτλ.* unde conficitur tres illo tempore fuisse: at cum florentissima republica quindecim fuisse videantur, parum est verisimile illo tempore, quo civitas omnibus tempestatibus atque procellis iactabatur, numerum horum magistratuum fuisse imminutum: sed puto errorem levem quendam subesse: scribendum potius est; *καὶ οἱ μὲν τέσσαρες — Ἄνυτος δέ,* ut intelligantur quinque illi, qui in Piraeeo rem frumentariam curabant.

Inter opera a Metiocho Athenis exstructa fuit etiam iudicium, quod ab eo nomen Metichei traxit. Hesychius: *Μητίχου τέμενος· εἴη ἂν τὸ Μητιχεῖον, δικαστήριον μέγα.* Grammaticus Bekkeri T. I. p. 309. 17: *Τέμενος Μητιόχου· δικαστήριον ὀνομασθὲν ἀπὸ Μητιόχου ἀρχιτέκτονος ἢ ῥήτορος τῶν οὐ τὰ βέλτιστα συμβουλευσάντων.* videtur autem hoc ipsum *Μητιόχου τέμενος* ex comico aliquo poeta petitum esse. Adde Pollucem VIII. 121: *Τὸ Μητίχου κάλλιον, οὗ μνημονεύει Ἀνδροτίων,* et infra: *Τὸ δὲ Μητίχου δικαστήριον μέγα, οὕτω κληθὲν ἀπὸ ἀρχιτέκτονος Μητίχου.* Quod Pollux dicit vocatum esse *Μητίχου κάλλιον,* non intelligo: scribo *τὸ Μητίχου καλιόν,* ita autem fuerit appellatum vel a vulgo vel a comico aliquo poeta, qui per ludibrium volebat indicare, quam condensati sederent iudices. Nam ut *ἡ καλιὰ* et *ὁ καλιὸς* dicitur, ita etiam *τὸ καλιὸν* videtur dictum esse, nisi forte Pollux loco temere intellecto neutrum genus substituit. Conferas ipsum Pollucem X. 160: *Καὶ καλιὰ δὲ καὶ καλιός, ὁ τοιοῦτος οἰκίσκος, ὡς Κρατῖνος Θρᾴτταις·*

Ἐς τὸν καλιὸν ἣν τύχῃ καθέργνυται.

Ἤδη δὲ καὶ τὸν πρὸς οἰκήσεις ἐπιτήδειον οὕτω λέγουσιν, ὡς ἐν Ἐλπίδι Ἐπιχάρμου εἴρηται· τὸν τοῦ γείτονος καλιόν, ἐν δὲ Εὐπόλιδος Αὐτολύκῳ·

Οἰκοῦσι δ' ἐνθάδ' ἐν τρισὶν καλιδίοις
Οἴκημ' ἔχων ἕκαστος.

Quam arctum in locum iudices fuerint compulsi propter insanum illud studium rerum forensium indicat Aristophanes in Vespis v. 1107:

Ξυλλεγέντες γὰρ καθ' ἑσμούς, ὥσπερεὶ τἀνθρήνια,
Οἱ μὲν ἡμῶν οὗπερ ἄρχων, οἱ δὲ πρὸς τοῖς τειχίοις,
Οἱ δ' ἐν ᾠδείῳ δικάζουσ', οἱ δὲ παρὰ τοὺς ἕνδεκα
Ξυμβεβυσμένοι πυκνὸν νεύοντες εἰς τὴν γῆν, μόλις
Ὥσπερ οἱ σκώληκες ἐν τοῖς κυττάροις κινούμενοι.

ubi duo hemistichia transposui, legebatur enim: *Οἱ μὲν ἡμῶν*

σύπερ ἄρχων οἱ δὲ παρὰ τοὺς ἕνδεκα, Οἱ δ' ἐν ᾠδ. δικ. οἱ δὲ πρὸς τοῖς τειχίοις. At Aristophanes videtur dixisse *οἱ δὲ παρὰ τοὺς ἕνδεκα ξυμβεβυσμένοι*, ut nomen illius iudicii respiceret: Parabystum enim vocabatur: cur ita sit appellatum indicat Pausanias I. 28, 8: *Τὸ μὲν οὖν καλούμενον Παράβυστον καὶ Τρίγωνον, τὸ μὲν ἐν ἀφανεῖ τῆς πόλεως ὂν καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνιόντων εἰς αὐτό, τοῦ δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος ἔχει τὰ ὀνόματα.* Undecim viros autem huic iudicio praefuisse docet Harpocratio p. 146. ed. Bekkeri: *Παράβυστον οὕτως ἐκαλεῖτό τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ ιά. Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα περὶ ὅρων· μνημονεύουσι δ' αὐτοῦ ἄλλοι τε τῶν κωμικῶν καὶ Τιμοκλῆς ἐν Ὀρεσταυτοκλείδῃ.*

Ipsa hac fabula quid potissimum poeta spectaverit, satis ambiguum est: ex Diogenis quidem loco in Prooem. 12. quem supra adscripsi, fortasse coniiciat aliquis de poesis vi et natura Cratinum disseruisse: neque negaverim hoc: simul vero etiam de reipublicae forma et conditione quid sentiret, dixisse videtur: huc revocandum est insigne fragmentum, quod servavit Plutarchus in vita Cimonis c. 10. *) *Αὐτῷ δὲ νεανίσκοι παρείποντο συνήθεις ἀμπεχόμενοι καλῶς, ὧν ἕκαστος, εἴ τις συντύχοι τῷ Κίμωνι τῶν ἀστῶν πρεσβύτερος ἠμφιεσμένος ἐνδεῶς, διημείβετο πρὸς αὐτὸν τὰ ἱμάτια· καὶ τὸ γενόμενον ἐφαίνετο σεμνόν. Οἱ δ' αὐτοὶ καὶ νόμισμα κομίζοντες ἄφθονον, παριστάμενοι τοῖς κομψοῖς τῶν πενήτων ἐν ἀγορᾷ σιωπῇ τῶν κερματίων ἐνεβάλλον εἰς τὰς χεῖρας, ὧν δὴ καὶ Κρατῖνος ὁ κωμικὸς ἐν Ἀρχιλόχοις ἔοικε μεμνῆσθαι διὰ τούτων·*

Καγὼ γὰρ ηὔχουν Μητρόβιος ὁ γραμματεὺς
Σὺν ἀνδρὶ θείῳ καὶ φιλοξενωτάτῳ
Καὶ πάντ' ἀρίστῳ τῶν Πανελλήνων πρὸ τοῦ
Κίμωνι, λιπαρὸν γῆρας εὐωχούμενος
Αἰῶνα πάντα συνδιατρίψειν· ὁ δὲ λιπὼν
Βέβηκε πρότερος.

Hinc coniicias Metrobium istum scribam fuisse pauperem eundemque eximia Cimonis benevolentia et liberalitate usum. Metrobius autem videtur senex pater esse Conni, item pauperrimi fidicinis, qui Socratem fidibus docuit. Hunc enim Metrobii filium appellat Plato in Euthydemo p. 272. c.: *Ὥσπερ Κόννῳ τῷ Μητροβίου τῷ Κιθαριστῇ* et in Menexeno p. 236. *A. Καὶ Κόννον γε τὸν Μητροβίου. οὗτοι γάρ μοι δύο εἰσὶ διδάσκαλοι· ὁ μὲν μουσικῆς, ἡ δὲ ῥητορικῆς.* et auctor Epistol. Socrat. p. 31: *Ἀκουμενὸν τὸν μαθόντα τὰ ἰατρικὰ καὶ τὰ μουσικὰ Δάμωνά τε καὶ Κόννον τὸν Μητροβίου.* Idem suspicatus est Winkelmannus, vir amicissimus in praef. ad. Euthyd. p. XL. Scribae autem publici cum Athenis

*) De insigni liberalitate Cimonis quae refert Plutarchus nota sunt omnibus, auctore autem usus est Theopompo, qui Philippicorum libro X. similia de Cimone memoriae prodidit, vid. Athen. XII. p. 533. A.

plures essent (nam de publico aliquo munere hic locutum esse poetam necesse est) quis fuerit Metrobius ambigi potest: probabile tamen est fuisse scribam, qui *ὁ τῆς πόλεως* appellabatur, quem ipse populus eligere solebat: memorat hunc praeter alios Thucydides VII. 10: *Ὁ δὲ γραμματεὺς τῆς πόλεως παρελθὼν ἀνέγνω τοῖς Ἀθηναίοις (ἐπιστολὴν) δηλοῦσαν τοιαδί.* Cimonem autem a Cratino tam egregio praeconio ornatum esse non mirabitur, qui accuratius illius viri ingenium perspexerit, quem saluberrima rei publicae consilia agitavisse fortasse alio loco demonstrabitur: viros autem bonos et honestos laudare neque ab instituto antiquae comoediae neque a Cratini ingenio abhorret. Erat enim Cratinus, pariter atque ceteri principes antiquae comoediae, vir egregie moratus, idemque antiqui moris tenax: laudabat igitur patrios mores et maiorum instituta, laudabat viros morum probitate insignes: censebat autem eam demum rempublicam salvam integramque constare posse, in qua cives pudore magis et verecundia, quam metu poenaque, quae esset constituta legibus, natura magis quam consilio ius bonumque sequerentur, fugerent turpitudinem. Ita vero etiam Cimon fuit animatus, cuius fides, iustitia, liberalitas saepe numero fuit spectata. At cum Pericles populo largius libertatem ministraret et auctoritate magis atque gratia insolentiam compesceret, quam more et verecundia, coeperunt cives liberiorem spiritum ducere magisque se extollere, ita ut suum quisque ingenium sequeretur. Iam cum Cratinus quasi divinitus videret ex hac libertate mox tanquam ex stirpe aliqua nimiam licentiam existere et nasci, statim his initiis graviter adversatus est, videturque Cimonem tanquam exemplum honesti et boni civis proposuisse, quo facilius intelligeretur, quantum discrimen intercederet inter hunc et praepotentes populi ministros: et hoc ipsum videtur institutum consilium huius comoediae fuisse.

Iam possumus etiam ex hoc loco coniecturam capere de tempore, quo acta sit fabula: nam cum Metrobius conqueratur de morte Cimonis, Cimonque mortuus sit Olymp. LXXXII. 3. consentaneum est recenti huius calamitatis memoria scriptam esse comoediam: fuit igitur non ita multo post Olymp. LXXXII. 3. acta: neque in reliquiis fabulae quidquam reperitur: quod repugnet huic opinioni: nisi forte ea, quae refert Scholiasta Luciani Iov. Tragoed. v. 48.*) *Ὁ μὲν Καλλίας οὗτος, ὡς Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις, Ἱππονίκου υἱὸς ἦν, τὸν δῆμον Μελιτεύς, ὡς Ἀριστοφάνης Ὥραις, πλούσιος καὶ πασχητιῶν καὶ ὑπὸ πορνιδίων διαφορούμενος καὶ κόλακας τρέφων. Εἰς δὲ στιγματίαν αὐτὸν Κρατῖνος κωμῳδεῖ, ὡς ἕνα τῶν κατάχρεων. Οἱ γὰρ δανειζόμενοι τὰς κτήσεις ὑπετίθεσαν καὶ ἐπέγραφον αὐτὰς εἰς τὸ γιγνώσκεσθαι, ὅτι ὑποθῆκαί εἰσιν· ὅθεν καὶ Μένανδρος ἄστικτον χωρίον εἰώθει λέ-*

*) Lucianus haec dicit: *Ἐν οσοις δὲ αγαθοῖς Καλλίας καὶ Μειδίας καὶ Σαρδανάπαλος, ὑπερτρυφῶντες καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοὺς καταπτύοντες.*

γειν τὸ ἀνεπιδάνειστον. Κωμῳδεῖ αὐτὸν Κρατῖνος καὶ ὡς Φώκου γυναῖκα μοιχεύσαντα καὶ τρία τάλαντα δόντα εἰς τὸ μὴ κριθῆναι. Quod si recte supra conieci hanc fabulam non multo post Olymp. LXXXII. 3. datam esse, quam rationem sane efflagitare videntur illi versus ubi Cimonem appellat πάντ' ἄριστον τῶν πρὸ τοῦ, haec de Callia Hipponici filio, qui Socratis fuit aequalis, prorsus non congruunt: at ante omnia illud est non negligendum, quod non necesse est omnia ad unam eandemque Cratini fabulam referre. Memoraverit sane in Archilochis Cratinus Calliam aliquem, Hipponici filium, dixerit in alia fabula Calliam aere alieno obrutum esse, eidem obiecerit in alia comoedia, quod Phoci uxorem violaverit et divitiis iudicia corruperit. Nihil enim aliud licet satis certo ad Archilochos referre, quam quod primum legitur, Calliam esse Hipponici filium: fuit autem Callias ille, qui λακκόπλουτος vocabatur, qui missus est legatus ad Persarum regem pacemque commodissimis conditionibus conciliavit, sed in ius vocatus, quoniam donis a rege corruptus esse arguebatur: factum autem hoc est fere eo ipso tempore, quo Cimon mortuus est. Diodorus Sic. XII. 4: Ὑπακουσάντων δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ πεμψάντων πρέσβεις αὐτοκράτορας, ὧν ἡγεῖτο Καλλίας ὁ Ἱππονίκου, ἐγένοντο συνθῆκαι περὶ τῆς εἰρήνης τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τοῖς συμμάχοις πρὸς τοὺς Πέρσας, ὧν ἐστι τὰ κεφάλαια ταῦτα — συντελεσθεισῶν δὲ τῶν σπονδῶν Ἀθηναῖοι τὰς δυνάμεις ἀπήγαγον ἐκ τῆς Κύπρου, λαμπρὰν μὲν νίκην νενικηκότες, ἐπιφανεστάτας δὲ συνθήκας πεποιημένοι. συνέβη δὲ τὸν Κίμωνα περὶ τὴν Κύπρον διατρίβοντα νόσῳ τελευτῆσαι. Quamquam haec admodum ambigua et dubia sunt. Idem post Lacedaemona legatus missus foedus conciliavit, vid. Diodor. XII. 7: Σπονδὰς δ' ἐποίησαν τριακονταέτεις, Καλλίου καὶ Χάρητος συνθεμένων καὶ τὴν εἰρήνην βεβαιωσάντων. legationis particeps fuit etiam Andocides, oratoris avus, vid. Andocidem qui dicitur, de pace 7. Aeschinem de falsa Legat. 179. Sed quae de hoc Callia narrantur, difficilia sunt multumque sibi repugnant: de his igitur alio loco dicetur: illud tamen apparet Calliam eo tempore, quo haec fabula data est, virum clarum et rebus gestis insignem fuisse, ita ut Cratinus eum in Archilochis notavisse videatur: ex Archilochis autem scholiasta Luciani nihil profert nisi hoc, Hipponici filium fuisse: cetera autem ut ad eandem fabulam referamus nihil necesse est. Sed quaeritur quem Calliam tanquam στιγματίαν vexaverit Cratinus; quae vox si ita explicanda est, uti visum interpreti Luciani, neque sic ut vulgo, de homine qui ignobili genere fuit oriundus explicanda est, id opprobrium videtur sane ad Calliam iuniorem referendum esse, quem potuit Cratinus tamquam hominem prodigum et aere alieno obrutum vexare: videtur autem Callias ille iam ante patris mortem magnam vim aeris alieni conflavisse: pater autem Hipponicus cecidit in proelio ad Delium LXXXIX. 1: Callias autem paternorum bonorum compos factus brevi omnes opes dilaceravit et gran-

de aes alienum contraxit. Sed tamen Cratinus eo tempore vix videtur fabulas scripsisse, quibus Calliam potuerit notare: quare aut id fecit ante Olymp. LXXXIX. 1. aut quod veri etiam similius videtur, ne haec quidem ad Calliam istum iuniorem referenda sunt, sed ad Cimonis aequalem: nam quamvis fuerit ditissimus, tamen cum aliquando, ut refert Demosthenes coactus fuerit quinquaginta talenta aestimatae litis populo solvere, facile potuit fieri, ut in angustias adductus aere alieno aliquamdiu obrueretur et praedia aedesque oppigneraret: confer Demosthen. de Fals. Legat. 273: *Ἐκεῖνοι τοίνυν, ὡς ἅπαντες εὖ οἶδ' ὅτι τὸν λόγον ἀκηκόατε, Καλλίαν τὸν Ἱππονίκου ταύτην τὴν ὑπὸ πάντων θρυλουμένην εἰρήνην πρεσβεύσαντα, — ὅτι δῶρα λαβεῖν ἔδοξε πρεσβεύσας, μικροῦ μὲν ἀπέκτειναν, ἐν δὲ ταῖς εὐθύναις πεντήκοντα ἐπράξαντο τάλαντα.* Nam ut dubia sint, quae de pace Calliae dicit, ipsum tamen Calliam aliquando quinquaginta talentis multatum esse, minime improbabile est. Potuit igitur ille a Cratino *στιγματίας* nuncupari. Sic ad maiorem Calliam referendum etiam censeo, quod tertio loco dicit interpres Luciani, eum Phoci uxoris consuetudine usum esse et ne in ius vocaretur, tria solvisse talenta. Quamquam enim Calliae iunioris foedae libidines maxime notae sunt, veri tamen similius videtur haec ut cetera quae ex Cratino proferuntur, ad maiorem pertinere. Nam hoc quoque loco usu venit, ut temere diversi homines cognomines in unum conflarentur, id quod post luculento exemplo Thucydidis Melesiae filii et Thucydidis rerum scriptoris cognoscemus; factum vero idem est in Antiphontibus, Critiis, aliis permultis.

Sed ut ad Cratini versiculos redeam, quo magis ornaret Cimonem Cratinus, illum appellavit *divinum virum:* qua appellatione nihil honorificentius esse docet Plato in Menone p. 99. C.: *Οὐκοῦν, ὦ Μένων, ἄξιον τούτους θείους καλεῖν τοὺς ἄνδρας, οἵτινες νοῦν μὴ ἔχοντες πολλὰ καὶ μεγάλα κατορθοῦσιν, ὧν πράττουσιν καὶ λέγουσιν; ΜΕΝ. Πάνυγε. ΣΩ. Ὀρθῶς ἂν οὖν καλοῖμεν θείους τε, οὓς νῦν δὴ ἐλέγομεν, χρησμῳδοὺς καὶ μάντεις καὶ τοὺς ποιητικοὺς οὐχ ἥκιστα τούτων φαῖμεν ἂν θείους τε εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν, ἐπίπνους ὄντας καὶ κατεχομένοις ἐκ τοῦ θεοῦ, ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσιν. ΜΕ. Πάνυγε. ΣΩ. Καὶ αἵ γε γυναῖκες δήπου, ὦ Μένων, τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θείους καλοῦσι καὶ οἱ Λάκωνες, ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, Σεῖος ἀνήρ, φασίν, οὗτος.* His simillima suppeditat auctor dialogi Aeschinei I. 13. Adde Aristotel. Eth. Nicom. VII. 1: *Ἐπεὶ δὲ σπάνιον καὶ τὸ θεῖον ἄνδρα εἶναι, καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασιν προσαγορεύειν, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα του, Σεῖος ἀνήρ, φασίν, οὕτω καὶ ὁ θηριώδης ἐν τοῖς ἀνθρώποις σπάνιος·* — Tertio versu quod legebatur *τῶν Πανελλήνων πρώτῳ* metrum pervertit; neque tamen probanda est Reiskii coniectura *πρόμῳ*, sed scribendum *πρὸ τοῦ*, quod Her-

mannus quoque (vid. Runkel Pherecr. et Eupol. Fr. p. 187) proposuit, aut fortasse scribendum:

*Καὶ πάντ' ἀρίστῳ τῶν Πανελλήνων ἑνί.**)

Ita Timocreo dixit apud Plutarch. vit. Themistoclis c. 21:

Ἀλλ' εἰ τύγε Παυσανίαν ἢ καὶ τύγε Ξάνθιππον αἰνέεις
Ἢ τύγε Λευτυχίδαν, ἐγὼ δ' Ἀριστείδαν ἐπαινέω
Ἄνδρ' ἱερᾶν ἀπ' Ἀθανᾶν
Ἐλθεῖν ἕνα λῷστον, ἐπεὶ Θεμιστοκλῆ' ἤχθαρε Λατώ.

Sophocles in Aiace v. 1339:

Οὐκ ἀντατιμάσαιμ' ἄν, ὥστε μὴ λέγειν
Ἕν' ἄνδρ' ἰδεῖν ἄριστον.

Similiter etiam Latini, ut est in titulo monumenti L. Scipionis: HONC OINO PLOIRUME COSENTIONT P *** DUONORO OPTUMO FUISE UIRO, quocum compares elogium illud in Atilium Calatinum, quod legitur apud Ciceronem in Catone Maiore c. 17. et de Fin. II. 35: ***Plurimae consentiunt gentes populi primarium fuisse virum*** ubi lego: in quem illud elogium: ***Hunc unum*** plurimae etc. pro vulg. elogium unicum.

Quod autem Cratinus Cimonem optimum *Πανελλήνων* dicit: in hoc ipso Archilochum secutus videtur: neque enim videtur haec appellatio usu et vitae communis consuetudine trita fuisse: primus communi hoc nomine Graecos comprehendisse videtur Hesiodus in Op. et Diebus v. 525.

Ἀλλ' ἐπὶ κυανέων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε
Στρωφᾶται, βράδιον δὲ Πανελλήνεσσι φαείνει.

Et idem alio loco, de quo Strabo L. VIII. p. 370. disserit: *Περὶ δὲ τῆς Ἑλλάδος καὶ Ἑλλήνων καὶ Πανελλήνων ἀντιλέγεται· Θουκυδίδης μὲν γὰρ τὸν ποιητὴν μηδαμοῦ βαρβάρους εἰπεῖν φησὶ διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω τὸ ἀντίπαλον εἰς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι. Καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ μόνους τοὺς ἐν Θεσσαλίᾳ καλεῖσθαι φησὶν Ἕλληνας, Ἡσίοδον μέντοι καὶ Ἀρχίλοχον ἤδη εἰδέναι καὶ Ἕλληνας λεγομένους τοὺς σύμπαντας καὶ Πανέλληνας· τὸν μὲν περὶ Προιτίδων***) *λέγοντας, ὡς Πανέλληνες ἐμνήστευον αὐτάς· τὸν δέ·*

---

*) Sic etiam in Aristotelis verbis ex libro de poetis, quae leguntur ap. Athenaeum XI. p. 505. B. pro *πρώτους* scribendum est: *Οὐκοῦν οὐδὲ ἐμμέτρους τοὺς καλουμένους Σώφρονος μίμους μὴ φῶμεν εἶναι λόγους καὶ μιμήσεις ἢ τοὺς Ἀλεξαμενοῦ τοῦ Τηΐου τοὺς πρότερον γραφέντας τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων.*

**) Dixerat hoc Hesiodus in catalogo mulierum: ad eundem locum pertinent tres versus, quos servavit Eustathius ad Od. XIII. p. 1746: *Ἡρωδιανὸς φέρει καὶ χρῆσιν ἐκ τοῦ παρὰ Ἡσιόδῳ καταλόγου περὶ Προιτίδων·*

Καὶ γάρ σφιν κεφαλῆσι κατὰ κνύος αἰνὸν ἔχευεν·
Ἄλφος γὰρ χρόα πάντα κατίσχαιν, ἐκ δέ νυ χαῖται
Ἔρρεον ἐκ κεφαλέων· ψίλωτο δὲ κάλα κάρηνα.

Sic enim videntur hi versus corrigendi esse: eodem pertinet versus servatus a Suida s. v. Μαχλοσύνη· *Εἵνεκα μαχλοσύνης στυγερῆς τέρεν ὤλεσαν ἄνθος.*

Ὡς Πανελλήνων ὀϊζὺς εἰς Θάσον συνέδραμεν.

Et sic etiam Pindar. Isthm. II. 38:

Ἱπποτροφίας τε νομίζων ἐν Πανελλάνων νόμῳ

et III. 47:

Πανελλάνεσσι δ' ἐριζόμενοι δαπάνᾳ χαῖρον ἵππων.

Admodum raro, quod sciam, pedestris orationis scriptores usurpaverunt; ita Phaedrus philosophus Epicureus p. 22. ed. Petersen: *Ἐπιδεικνύσθωσαν τοῖς πολλοῖς ἕνα μόνον λέγοντες ἅπαντα, οὐ πολλούς, οὐδὲ πάντας, ὅσους ἡ κοινὴ φήμη παραδέδωκεν, ἡμῶν οὐ μόνον ὅσους φασιν οἱ Πανέλληνες, ἀλλὰ καὶ πλείονας εἶναι λεγόντων.*

Vix igitur negari poterit, Cratinum ad Archilochi exemplum se conformavisse: cavendum tamen est, ne huc referatur, quod legitur in Scholiasta Luciani ad Alexandrum c. 4. in cod. Vindobon., quod edidit Schubart in Zimmermanni Diario 1834 p. 1134: *Ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας· οὗτοι ἐν Βοιωτίᾳ διέτριβον, Οἰχαλιεῖς ὄντες γένος· σύλλος καὶ τρίβαλλος ὀνομαζόμενοι, ἐπίορκοι καὶ ἀργοί, ὡς Κρατῖνος, Ἀρχίλοχος καὶ Διότιμος*

σύλλοι τε τριβαλλοί τε δύο βαρυδαίμονες ἄνδρες.

Memorabile sane est hic quoque Cratinum cum Archilocho copulari, sed vereor ne id hoc loco non satis recte sit factum: mirum enim est Archilochum poetam antiquissimum medium inter Cratinum comicum et Diotimum epicum ut videtur poetam satis recentem ab interprete Luciani commemorari: Diotimus enim sine dubio is est, cuius Heracleam Athenaeus XIII. p. 601. D. commemorat: *Διότιμος δ' ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ Εὐρυσθέα φησὶν Ἡρακλέους γενέσθαι παιδικά, διόπερ καὶ τοὺς ἄθλους ὑπομεῖναι.* Atque confirmatur hoc eo, quod Suidas T. I. p. 908. commode ex Diotimo servavit versus tres, qui cum hoc versiculo sunt componendi: dicit enim: *Εὐρύβατος, πονηρός· — οἱ δὲ τὸν Κέρκωπα τὸν ἕτερον· Διότιμος Ἡρακλέους ἄθλοις·*

Κέρκωπές θ' οἵ (sic legas pro *τοι*) *πολλὰ κατὰ τριόδους πατέοντες*

Βοιωτῶν σίνοντο· γένος δ' ἔσαν Οἰχαλιῆες,

Ὠλός τ' Εὐρύβατός τε, δύω βαρυδαίμονες ἄνδρες.

Quamquam autem ex his tribus locis neque quando neque ubi vixerit Diotimus colligi ullo pacto potest, tamen ad seriorem aetatem referendus esse videtur. Equidem credo eum numero Alexandrinorum poetarum inserendum esse, id quod iure mihi videor colligere ex Macrobii verbis V. 20: ***Arati etiam fertur liber elegion, in quo de Diotimo quodam poeta sic ait:***

Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πέτρῃσι κάθηται

Γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων.

quae plane cadere videntur in hunc Diotimum. Fuerit igitur aequalis Arati, qui cum poesin attigisset, more istius saeculi videtur fabularum de Hercule ubique dispersarum ingentem vim et varietatem in unum collegisse et magnae doctrinae copia illustravisse.

Sed idem cum artis musicae studiis grammaticam coniunxit et Gargaris litteratoris munere functus pueros primis litterarum elementis imbuit. Iam si recte statui hunc Diotimum istis aevi Alexandrini poetis annumerandum esse, parum recte Archilochi nomen interpositum est Cratinum inter atque Diotimum. Scribas igitur: *Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις*. Sublata hac difficultate instat etiam gravior. Nam Suida quidem auctore dixit Diotimus:

Ὠλός τ' Εὐρύβατός τε, δύω βαρυδαίμονες ἄνδρες.

Neque potest hoc in dubitationem vocari, quin ***Olus et Eurybatus*** ab hoc poeta in numerum Cercopum fuerint relati. Sed Luciani interpres appellavit Syllum et Triballum, quae nomina Diotimi versui nullo modo possunt adaptari: in ipsis autem verbis, uti leguntur apud Scholiastam, numerus pluralis parum congruit cum iis, quae subsequuntur: *δύο βαρυδαίμονες ἄνδρες*. Equidem credo librarii oculum aberravisse et diversa testimonia in unum temere conglutinasse: sunt autem alia quoque in hoc scholio admodum perturbata. Mihi igitur veri simillimum videtur Diotimum inter Cercopas retulisse Olum et Eurybatum; Cratinum autem, cum vellet homines fraudulentos, versutos, fallaces exagitare, tanquam Cercopas appellavisse Sillos et Triballos: dixeratque fortasse *Σίλλος τε καὶ Τριβαλλὸς* vel quod propius etiam ab scholiastae verbis recedit *Σίλλοι τε καὶ Τριβαλλοί*: nam quamquam duo plerumque feruntur Cercopes, licuit Cratino plures fingere: atque etiam Diodorus IV. 31. plures fuisse perhibet: *Τοὺς μὲν γὰρ ὀνομαζομένους Κέρκωπας, λῃστεύοντας καὶ πολλὰ κακὰ διεργαζομένους, οὓς μὲν ἀπέκτεινεν, οὓς δὲ ζωγρήσας δεδεμένους παρέδωκε τῇ Ὀμφάλῃ.* Silli autem nomen qui praeter Cratinum tribuerit Cercopibus novi neminem, sed est ingenio illorum accommodatissimum: convenit optime alterum nomen, ut *Σιλλὸς* est ***derisor***, ita *Τρίβαλλος* quoque quasi sycophanta et improbus calumniator audit. Triballi, gens Thraciae longe fortissima et ferocissima fuit, sed eadem, ut ceteri Thraciae populi, fera et parum liberaliter exculta. Hos propter importunos et inconditos mores saepe comici notaverunt, ut Alexis in Somno apud Athen. XV. p. 671. D:

Οὐδ' ἐν Τριβαλλοῖς ταῦτά γ' ἐστὶν ἔννομα·
Οὗ φασὶ τὸν θύοντα τοῖς κεκλημένοις
Δεῖξαντ' ἰδεῖν τὸ δεῖπνον, εἰς τὴν αὔριον
Πωλεῖν ἀδείπνοις ἅπερ ἔθηκ' αὐτοῖς ἰδεῖν.

Et Aristophanes in eximia illa Avium comoedia, ubi Atheniensium levitatem et audaciam in admittendis novis religionibus, barbaris illis quidem et foedis, exagitat, Triballum aliquem deum inducit: nam cum impietatem Atheniensium clara aliqua imagine vellet repraesentare, ita instituit, ut in nebulosa civitate diis sacrificia omnia praecluderentur, ita ut denique dii inopia summa commoti legatos mitterent ad Pisthetaerum: legaverunt autem illi Neptunum, Triballum, Herculem, qui quamvis repugnante Neptuno, tandem pacem conciliant hac conditione, ut

Βασιλεία traducatur ad Aves. Eximie poeta significavit, Athenienses cum ab antiqua consuetudine et a patrio cultu deorum desciverint, novaque et peregrina quaedam numina induxerint, iam ne his quidem religionibus mentes posse sollicitas erigere et confirmare, sed foedam superstitionem verti in summam licentiam et libidinem, ubi ad suum quisque iudicium revocet fidem et pietatem, ita ut iam summam religionis confusionem pietatisque corruptelam invadere necesse sit: verum haec fortasse accuratius explanabuntur, si ad illam comoediam explicandam reverti licuerit. Sed cum in illo loco Aristophanes cultum alienigenarum deorum Triballi imagine expresserit, hi quoque quibus fuerint moribus cognoscimus, quo pertinet illud v. 1523:

ΠΕΙ. Ὄνομα δὲ τούτοις τοῖς θεοῖς τοῖς βαρβάροις
Τί ἐστίν; ΠΡ. Ὅ τι ἐστίν; Τριβαλλοί. ΠΕΙ. Μανθάνεις
Ἐντεῦθεν ἄρα τοὐπιτριβείης ἐγένετο.

et v. 1577. ubi Neptunus, pius et honestus ut unus ex antiquorum deorum concilio, irreverecundum Triballum ita increpat:

Οὗτος τί δρᾷς; ἐπ' ἀριστέρ' οὕτως ἀμπέχει;
Οὐ μεταβαλεῖς θοἰμάτιον ὧδ' ἐπὶ δεξιάν;
Τί ὦ κακόδαιμον; Λαισποδίας εἶ τὴν φύσιν.

Alia suppeditant grammatici, Hesychius: *Τρίβαλλοι· συκοφάνται· οἱ δὲ τοὺς θωπευτικοὺς ἐν τοῖς βαλανείοις διατρίβοντας καὶ ἐπὶ τὰ δεῖπνα ἑαυτοὺς καλοῦντας.* Etymol. Magn. p. 765, 55: *Τρίβαλλοι· οἱ ἐν τοῖς βαλανείοις ἀναγώγως διατριβόμενοι· οἱ δέ, τοὺς εἰκαίως τοὺς βίους κατατρίβοντας.* Similia Photius p. 600, 9: *Τριβαλλοί· οἱ ἐν τοῖς βαλανείοις ἀναγώγως διατριβόμενοι· Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος οἰκίας* (scr. *αἰκίας*) *καὶ τριβάλλους ἐπωνυμίαν ἔχειν· οἱ δὲ τοὺς εἰκαίους καὶ τοὺς βίους κατατρίβοντας:* quae corrupta sunt, recte auctor Etymol. M. *τοὺς εἰκαίως τοὺς βίους διατρίβοντας.* Abiectam horum hominem et profligatam vitam accurate describit Demosthenes in Cononem T. V. p. 479. ed. Bekk.: *Ἀκούω γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, Βάκχιόν τέ τινα, ὃς παρ' ὑμῖν ἀπέθανε, καὶ Ἀριστοκράτην τὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς διεφθαρμένον καὶ τοιούτους ἑτέρους καὶ Κόνωνα τουτονὶ ἑταίρους εἶναι μειράκια ὄντας καὶ Τριβαλλοὺς ἐπωνυμίαν ἔχειν· τούτους τά τε Ἑκαταῖα κατεσθίειν καὶ τοὺς ὄρχεις τοὺς ἐκ τῶν χοίρων, οἷς καθαίρουσιν ὅταν εἰσιέναι μέλλωσιν, συλλέγοντας ἑκάστοτε συνδειπνεῖν ἀλλήλοις καὶ ῥᾷον ὀμνύναι καὶ ἐπιορκεῖν ἢ ὁτιοῦν.* Horum protervitatem tangit etiam supra p. 473. ubi dicit Cononem specioso nomine foeditatem obscurare velle: *ἐρεῖν, ὡς εἰσὶν ἐν τῇ πόλει πολλοὶ καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν υἱεῖς, οἳ παίζοντες οἷα ἄνθρωποι νέοι, σφίσιν αὐτοῖς ἐπωνυμίας πεποίηνται καὶ καλοῦσι τοὺς μὲν ἰθυφάλλους τοὺς δὲ αὐτοληκύθους, ἐρῶσι δ' ἐκ τούτων ἑταιρῶν τινές, καὶ δὴ καὶ τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ εἶναι τούτων ἕνα καὶ πολλάκις περὶ ἑταίρας καὶ εἰληφέναι καὶ δεδωκέναι πληγάς, καὶ ταῦτ' εἶναι νέων ἀνθρώπων.* et ibid.: *Ἰθυφάλλοις δὲ καὶ αὐτοληκύθοις συγχωροῦμεν εἶναι τοῖς υἱέσι τοῖς τούτου καὶ ἔγωγ' εὔ-*

χομαι τοῖς θεοῖς εἰς Κόνωνα καὶ τοὺς υἱεῖς τοὺς τούτου καὶ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἅπαντα τρέπεσθαι· οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τελοῦντες ἀλλήλους τῷ ἰθυφάλλῳ καὶ τοιαῦτα ποιοῦντες ὃ πολλὴν αἰσχύνην ἔχει καὶ λέγειν, μὴ ὅτι γε δὴ ποιεῖν ἀνθρώπους μετρίους. et ibid. p. 474.: *Ἂν δ' εἴπῃ Κόνων· Ἰθύφαλλοί τινές ἐσμεν ἡμεῖς συνειλεγμένοι καὶ ἐρῶντες οὓς ἂν ἡμῖν δόξῃ παίομεν καὶ ἄγχομεν.*

Ex Cratini Archilochis unum praeterea tractabo fragmentum, quod est apud Athenaeum IX. p. 410. D.: *Ὠμολίνου δὲ μέμνηται Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις· Ὠμολίνου κόμη βρύουσ', ἀτιμίας πλέως.* Versum hiare facile intelliges, videtur autem interposito participio *οὖσα* redintegrandus esse:

Ὠμολίνοις κόμη βρύουσ', οὖσ' ἀτιμίας πλέως.

vel scribendum est admisso hiatu, ut versus sit asynartetus:

Ὠμολίνοις κόμη βρύει, οὖσ' ἀτιμίας πλέως.

Metrum certe Cratineum recte mihi videor restituisse: tres versus huius metri exempli loco proponit Hephaestio, quos Cratini ipsius esse, (neque enim Hephaestio dicit, cuius sint poetae) probabiliter statuas: sunt etiam sine dubio ex una atque eadem parabasi petiti: fortasse ex his ipsis Archilochis, sed in eo erraverunt homines docti, quod putaverunt, eos continuos esse: nam plane non cohaerent; dicit autem Hephaestio p. 96.: *Τούτου δὲ μεῖζόν ἐστι συλλαβῇ τῇ τελευταίᾳ τὸ καλούμενον Κρατίνειον. Ἔστι γὰρ ἐκ χοριαμβικοῦ ἐπιμίκτου, τοῦ τὴν δευτέραν ἰαμβικὴν ἔχοντος καὶ τροχαϊκοῦ ἑφθημιμεροῦς·*

Εὔιε κισσοχαῖτ' ἄναξ, χαῖρ' ἔφασκ' Ἐκφαντίδης.
Πάντα φορητά, πάντα τολμητὰ τῷδε τῷ χορῷ.
Πλὴν Ξενίου νόμοισι καὶ Σχοινίωνος, ὦ Χάρων.

Hoc autem metrum a Cratino, ut videtur, satis frequentatum, ubi nunc reperitur in reliquiis comoediarum, fere obscuratum est, ut in Dionysalexandro apud Pollucem VII. 28.:

Καὶ νακότιλτος ὡσπερεὶ κῳδάριον ἐφαινόμην.

Sic enim lego addita particula *καί*: non recte ad iambos revocare voluerunt. Et in Seriphiis apud Antiatticistam Bekkeri T. I. p. 84.:

Ἀλλ' ἀπίωσιν ἐν χορῷ εἰς βόθυνον ἰέναι.

vulgo in duas particulas male dispescunt; hiatus vero iustam habet excusationem. Pariterque in alio Fragmento apud Zonaram T. I. p. 919.:

Ἀλλὰ τάδ' ἐστ' ἀνεκτέον· καὶ γὰρ ἡνίκ' εὐθένει.

Huius quoque versus articulos male divellunt: praeterea scripsi *ἀνεκτέον*, pro *ἀνακτέον*, quod vulgo legitur.

Sed ut oratio unde digressa est, redeat, respicit eundem hunc Cratini versum Pollux X. 64: *Καὶ ὠμόλινον οὐ Κρατίνου μόνον εἰπόντος τὸ ὠμόλινον, ἀλλὰ καὶ Αἰσχύλου ἐν Προμηθεῖ Πυρκαεῖ·*

Λινᾶ δέ, πίσσα κὠμολίνου μακροὶ τόνοι.

Sed neque Athenaeus neque Pollux satis recte hoc loco usi sunt: alter enim probare vult, ὠμόλινον esse linteum, quo manus inter coenam abstergeantur, alter linteum interpretari videtur, quo lavantes utantur. At vero Cratini locus longe aliter est explanandus: videtur enim poeta de muliere loqui, quae comam sordibus satis et illuvie inquinatam linteo obvolverat. Neque abhorret haec interpretatio a rei natura: pariter χειρόμακτρον quoque dicitur de involucro capitis in versibus Sapphus apud Athenaeum ibidem:

Χειρόμακτρα δὲ κακκομῶν
Πορφυρᾶ.

Sic enim legendum est, et Athenaeus quidem diserte dicit capitis esse ornamentum, comparatque verba Hecataei: *Γυναῖκες δ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσι χειρόμακτρα* et alium locum Herodoti subiungit, ambiguum neque satis similem. Iam si recte hunc versum emendavi, *πλέως* dictum est pro *πλέα*: talis autem forma nequaquam abhorret ab usu poetae, qui non pauca aut novavit aut vetustate obruta revocavit: haec autem forma vel per se satis habet commendationis, cum Attici ad eandem normam pleraque adiectiva, quae in *ως* cadunt, composuerint, uti *ὁ ἡ ἵλεως, τὸ ἵλεων* semper dicebatur, et eodem pacto in adiectivis compositis, ut *ὁ ἡ ἀνάπλεως, τὸ ἀνάπλεων*: antiquitus autem videtur id etiam in simplex adiectivum cadere, et reperitur huius formae etiamnunc vestigium non negligendum apud Aristoph. Ran. v. 1400.:

Τόδε γὰρ ἕτερον αὖ τέρας
Νέοχμον ἀτοπίας πλέων.

quamquam ibi cod. Rav. et Ven. pariter atque Suidas vulgarem formam *πλέον* exhibent: quos non sequor. Et videtur idem in corruptissimo loco Aristophanis Lysistrat. v. 1050. restituendum esse, ibi enim instituta sententia requirit, ut corrigatur:

Ἀλλ' ἐπαγγελλέτω
Πᾶς ἀνὴρ καὶ γυνή,
Εἴ τις ἀργυρίδιον δεῖ-
Ται λαβεῖν, μνᾶς ἢ δύ' ἢ τρεῖς·
Ὡς πλέω 'στὶν
Ἄχομεν βαλάντια.

Contra etiam in composito adiectivo passim a legitima forma recedunt, uti Plato dixit in Phaedone p. 83. D. de *ψυχῇ· Ἀναγκάζεται οἶμαι ὁμότροπός τε καὶ ὁμότροφος γίγνεσθαι — ἀλλ' αἰεὶ ἀναπλέα τοῦ σώματος ἐξιέναι*: cui non dissimile quod legitur ibid. infra p. 95. A.: *τὰ μὲν Ἁρμονίας ἡμῖν τῆς Θηβαϊκῆς ἵλεά πως, ὡς ἔοικε, μετρίως γέγονε.*

Ad Archilochos denique referendum puto illud, quod legitur apud Scholiastam Aristophanis in Pace v. 143.: *Ναξιουργὴς κάνθαρος· στοχάσασθαι ἔστιν οὐδὲν πλέον ἢ ὅτι πλοῖα ἦν οὕτω λεγόμενα, κάνθαροι, ἐν Νάξῳ. γιγνόμενα τῇ νήσῳ, ὡς νῦν σίλφας τινὰ λέγουσιν ἀκατίων εἴδη. Ἀλλὰ καὶ σωμικὸν* (*συμικὸν* 475.) *τρόπος τρόπων φησιν ὁ Κρατῖνος·* haec enim verba obscurissi-

ma ita videntur emendanda, ut τρόπος plane deleatur (ex codicis enim discrepantia videtur profectum esse) atque restituatur *Σαμιακὸν τρόπον*: compares Photium p. 489, 10: *Σαμιακὸν τρόπον· Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις· εἰς ναμιαν ἐπισκώπτων μιννύω ναυσὶ γὰρ ἐμφερεῖς εἶχέ τὰς πρώρας τὰ τῶν Σαμίων πλοῖα, ὡς Χοιρίλοχος ὁ Σάμιος.* sed haec quoque satis sunt corrupta: videtur scribendum esse: *Σαμιακὸν τρόπον· Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις, εἰς συανίαν ἐπισκώπτων Μένωνα* vel *Μένιππον.* nomen alicuius hominis in isto monstro: *μιννίωνα* latere videtur: deinde autem legendum est *ὑσὶ γὰρ ἐμφερεῖς εἶχε τὰς πρώρας τὰ τῶν Σαμίων πλοῖα.* Videtur enim hoc verbo spurcam profligatamque vitam nescio cuius notare voluisse, neque vero navium formam respexisse: conferas etiam Hesychium: *Σαμιακὸς τρόπος· δύο δηλοῖ ἡ λέξις, ἓν μὲν τὸ ἐπὶ διαβολῇ τῶν Σαμίων, θρυλλουμένων ὡς κατεαγότων· ἕτερον δέ, ὅτι αἱ λεγόμεναι Σάμιαι ναῦς κατέστρωντο δι' ὅλου. Δίδυμος δέ, τὰς Σαμίας ναῦς ἰδιαιτέραν παρὰ τὰς ἄλλας ναῦς τὴν κατασκευὴν ἔχειν· εὐρύτεραι μὲν γάρ εἰσι τὰς γαστέρας· τοὺς δὲ ἐμβόλους σεσίμωνται, ὡς δοκεῖν ῥύγχεσιν ὑῶν ὁμοίως κατεσκευάσθαι, οἷον ἰχθυοπρώρους εἶναι· διὸ καὶ ἐπὶ ταύτης λέγεται·*

Ναῦς δέ τις ὠκυπόρος Σαμία, ὑὸς εἶδος ἔχουσα.

Sed praestat prior Hesychii interpretatio.

Neque in hac sola fabula, verum etiam in aliis Cratinus studiosissimum Archilochiorum carminum se exhibuit: aperta est imitatio in versu illo decantato ex Pytine:

Ὦ λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε
Ῥήματα.

de quibus Scholiasta Aristoph. Pac. 586 dicit: *Ἔστι δὲ πρὸς τὰ Ἀρχιλόχου.*

(Ὦ) λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε.

Potest huc revocari illud, quod iam Clemens Alexandrinus comparavit cum Archilochi versu Strom. VI. p. 738. *Πάλιν δ' αὖ Ὁμήρου εἰπόντος·*

Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι,

Ἀρχίλοχός τε καὶ Κρατῖνος γράφουσιν, ὁ μέν·

Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσιν κερτομέειν ἐπ' ἀνδράσιν,

Κρατῖνος δὲ ἐν τοῖς Λάκωσιν.

Φθονερὸν ἀνθρώποις τόδ' αὖ
Κταμένοις ἐπ' αἴζηοῖσι καυχᾶσθαι μέγα.

Huc illud quoque est referendum quod in Legibus dixit: *Λυκαμβὶς ἀρχή. Κρατῖνος ἐν Νόμοις, τὸν Πολέμαρχον δηλῶν, πρὸς ὃν ἀπεγράφοντο τὰς ἀπροστασίου δίκας. Λυκαμβίδα δὲ εἶπε τὴν ἀρχὴν* *** Sic Hesychius: apparet autem in extrema glossa quaedam excidisse, quae facile addideris ex Photio, qui p. 234, 4. haec exhibet: *Λυκαμβὶς ἀρχή· τοῦ πολεμάρχου· ψυχρῶς· ἐπεὶ ἐπολέμησεν Ἀρχίλοχος τῷ Λυκάμβει· ἐπὶ δὲ τούτου ἀποστασίου καὶ ἐπικλήρου αἱ δίκαι ὑπήγοντο.* Polemarchi munus cum esset

multis, ut videtur, grave et invisum, id comicus *Λυκαμβίδα ἀρχὴν* dixit, quoniam Archilochus acerrimas cum Lycambe exercuit inimicitias: quod odium satis decantatum deinde in proverbium abiit. Hinc Ovidius in Ibide v. 53:

Post modo si perges, in te mihi liber iambus
Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

Horatius in Epist. I. 19, 23.:

Numeros animosque secutus
Archilochi, non res et agentia verba Lycambeu.

et in Epodis VI. 13.:

Cave, cave: namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua
Qualis Lycambae fretus infido gener.

CAPUT II.

Ex Cratini *Βουκόλοις* pauca tantum fragmenta servata sunt, et vel ipsum nomen fabulae satis obscurum est, nam quo consilio chorum pastorum (a choro enim ut multas alias comoedias, ita hanc quoque appellationem traxisse, veri simile est,) in scenam induxerit non perspicio, neque libet vanam periclitari coniecturam. Neque omnino quae fuerit instituta sententia comoediae explanari potest: ad poesin pertinuisse fortasse ex duobus fragmentis, de quibus statim dicetur, aliquis coniiciat, sed dubito an hoc fuerit institutum poetae. Exordium comoediae quale fuerit, ex loco obscurissimo Hesychii perspici potest; dicit enim: *Πυρπερέγχει· Κρατῖνος ἀπὸ διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβεν, πὲ τοῦ ἄρχοντος ἔστιν οὐ ἠτήρει.* Ita cod Ven. Locus difficillimus ita videtur sanandus esse: *Πῦρ πυρὶ ἔγχει· Κρατῖνος ἀπὸ διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβεν παρὰ τοῦ ἄρχοντος, παρ᾽ οὗ ἠτήκει.* Cratinus ab archonte non quidem eo ipso anno, quo hanc fabulam docuit, sed potius non ita multo ante chorum petierat: repulsam vero tulit: ira igitur gravi commotus, cum proximis Dionysiis ab archonte chorum impetravisset, utitur hac opportunitate, ut omne irae virus in istum hominem evomat. Cratinus autem ut est alacri ingenio acrique animo, a communi consuetudine recedit (placida enim et remissa plerumque, uti consentaneum est, erant fabularum exordia) et facit chorum magno impetu in orchestram se proripere et concitato carmine in magistratum illum invehi. Chori enim non solum in tragoedia verum etiam in comoedia, ubi primum per orchestram

procedebant, carmen compositum et placidum stantes canebant, id quod ipse Aristophanes luculenter indicat in Vespis v. 270, ubi parodum statim excipit stasimum:

— Ἀλλά μοι δοκεῖ στάντας αὐτόν, ὤνδρες
Ἄιδοντας αὐτὸν ἐκκαλεῖν.

Sed Cratinus chorum non leniter incedere et deinde stasimum aliquod canere fecit. Chorum autem a gravi aliquo verbo increpandi facere initium consentaneum est: restitui igitur proverbium vulgi ore tritum, rei autem propositae accommodatissimum: *Πῦρ πυρὶ ἔγχει, ignem igni infunde*, hoc est iniuriam iniuria compenses, contumeliam contumelia propellas. Photius p. 476, 15: *Πῦρ ἐπὶ πυρί· παροιμία, ἧς μέμνηται καὶ Πλάτων· κακὸν ἐπὶ κακῷ.* Clemens Alexandrinus *Quis sit dives* p. 5. *Τὸ δὴ τοῦ λόγου πῦρ ἐπὶ πῦρ μετοχετεύοντες τύφῳ τῦφον ἐπαντλοῦντες.* Aristophanes in Polyido Fr. 1:

Ἰδοὺ δίδωμι τήνδ' ἐγὼ γυναῖκά σοι
Φαίδραν· ἐπὶ πῦρ δὲ πυρ ἔοιχ' ἥξειν ἄγων.

Concitatum autem et turbulentum fuisse cantum vel ex eo intelligas, quod Hesychius dithyrambum vocat: quae carmina iam in principio erant commota et quasi profluentia: ita praeceps ira ruit Pratinas in egregio illo carmine apud Athenaeum XIV. p. 617. C. ubi in abusum tibiae invehitur:

Τίς ὁ θόρυβος ὅδε; τί τάδε τὰ χορεύματα;
Τίς ὕβρις ἔμολεν ἐπὶ Διονυσιάδα πολυπάταγα θυμέλαν;
Ἐμὸς ἐμὸς ὁ Βρόμιος· ἐμὲ δεῖ κελαδεῖν,
Ἐμὲ δεῖ παταγεῖν ἀν' ὄρεα σύμενον μετὰ Ναϊάδων.
Οἷά τε κύκνον
Ἄιδοντα ποικιλόπτερον μέλος.

Ita enim corrigo. Sed ut ad Cratini Pastores revertatur oratio, ea quae homines docti proposuerunt hoc loco, parum mihi probantur. Et Casaubomus quidem ad Athen. XIV. p. 908: *πῦρ πῦρ ἔγχει* coniecit. Alii alia. Ceterum equidem credo archontem fuisse, id quod dilucide Hesychius indicat, non choragum qui poetis chorum concederet: Plane confirmat Aristoteles Poet. c. 5, 3: *Καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψέ ποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν.* Cum enim publicus sumtus fieret quam maximus in fabulis agendis chorisque instruendis, partemque tantum choragus susciperet, consentaneum est publica auctoritate delectos esse poetas, qui fabulas docerent: praecipue cum summus honor redundaret ad poetam, si impetrasset, nec minor ignominia, si spe decidisset. Hinc factum est, ut *χορὸν διδόναι* in proverbium abiret et de eo diceretur, qui magnum aliquod petenti concederet, ut est apud Platonem de Legg. VII. p. 817. D.: *Ἂν μὲν τὰ αὐτά γε ἢ καὶ βελτίω τὰ παρ' ὑμῶν φαίνηται λεγόμενα δώσομεν ὑμῖν χορόν.* et contrarium de Republ. II. p. 383. C.: *Ὅταν τις τοιαῦτα λέγῃ περὶ θεῶν, χαλεπανοῦμέν τε καὶ χορὸν οὐ δώσομεν.* Saepius hanc elegantiam sermonis sunt aemulati seriores, ut Eusebius XIII. 3.: *Τοῖς δὲ ἄλλοις λέγου-*

σιν, χαλεπανοῦμέν τε καὶ χορὸν οὐ δώσομεν. Consentaneum igitur est magistratus veniam fabulae docendae dedisse, praecipue cum ad archontis potestatem omnis cura harum rerum fuerit delata, ita etiam iudices in certaminibus musicis sortitione instituta delegit, vid. Plutarch. vit. Cimon. c. 8.: *Πρώτην γὰρ διδασκαλίαν τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καθέντος Ἀφεψίων ὁ ἄρχων, φιλονεικίας οὔσης καὶ παρατάξεως τῶν θεατῶν, κριτὰς μὲν οὐκ ἐκλήρωσε τοῦ ἀγῶνος.*

Atque in eundem archontem graviter invehitur Cratinus alio loco eiusdem fabulae, quem servavit Athenaeus XIV. p. 638. D.: *Ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους ποιήσας Πτωχοὺς Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιαγράφου τῆς ἱλαρῆς μούσης, λέγων οὕτως·*

Ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος, οὐδὲ Κλεομένης)*
Ἐν ἐννέ' ἂν χορδαῖς κατεγλυκάνατο:

καὶ ὁ τοὺς Εἵλωτας δὲ πεποιηκώς φησι·

Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τ' ἀρχαῖον ἀείδειν·
Ὁ δὲ Γνήσιππός ἐστιν ἀκούειν·
Κεῖνος νυκτερίν' εὗρε μοιχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι
*Γυναῖκας ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον.**)*

Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς·

Τίς ἄρ' ἐρωτά μ' οἶδεν, ὦ Γνήσιππ'; ἐγὼ πολλῇ χολῇ.
Οἴομαι γὰρ μηδὲν οὕτως μωρὸν εἶναι καὶ κενόν.

Σκώπτει δὲ αὐτὸν εἰς τὰ ποιήματα καὶ ἐν Βουκόλοις·

Ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορόν,
Τῷ Κλεομάχῳ δ', ὃν οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ
Ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια.

Ἐν δὲ ταῖς Ὥραις·

Ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας
Ὁ Κλεόμαχος διδάσκαλος, παρατιλτριῶν
Ἔχων χορὸν Λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη
Πονηρά.

Τηλεκλείδης δ' ἐν τοῖς Στερροῖς καὶ περὶ μοιχείας ἀναστρέφεσθαί φησιν αὐτόν. Haec omnia erant adscribenda, quo melius perspici possit, de quo agatur. Gnesippum enim, lascivum quendam poe-

---

*) Delevi articulum ante nomen Cleomenis: eundem commemorat Epicrates in Antilaide ap. Athen. XIV. p. 605. D.:

Τἀρωτίκ' ἐκμεμάθηκα ταῦτα παντελῶς,
Σαπφοῦς, Μελήτου, Κλεομένους, Λαμυνθίου.

Non diversus videtur a Cleomene Rhegino dithyramborum poeta, quem commemorat Athen. IX. p. 402. A.: *Πάλαι γὰρ τυγχάνω ἀνεγνωκὼς τοὺς Κλεομένους τοῦ Ῥηγίνου διθυράμβους, ὧν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Μελεάγρῳ τοῦτο ἱστόρηται.*

**) Haec quoque satis corrupta longe aliter constituenda erant, quam vulgo factum; sed de his alias plura.

tam Athenaeus coniungit cum Telenico et Arga, de quibus ante disseruit, eiusque memoriam comicorum testimoniis illustrat, unde cognoscimus hominem satis famosum fuisse. Et in versibus Chionidis et Eupolidis, pariterque in fragmento ex Cratini Effeminatis Gnesippus commemoratur, verum in Pastoribus non de Gnesippo, sed de Cleomacho nescio quo est sermo. Illud igitur Casaubonum ad eam perduxit sententiam, ut ante verba *σκώπτει δὲ αὐτὸν καὶ ἐν Βουκόλοις* nonnulla excidisse statueret: quam opinionem secutus est Dindorfius: iam vero ne sic quidem omnis difficultas est remota: nam etsi statuimus Athenaeum misso Gnesippo ad Cleomachi cuiusdam memoriam se contulisse, tamen non congruunt ea quae sequuntur, nam in versibus ex Cratini Horis *ὁ Κλεομάχου* legitur: hoc impedimentum ut removeret Schweighaeuserus *ὁ Κλεόμαχος* scripsit, Dindorfio probante. At non credo haec satis recte et vere ita constituta esse. Nam primum quidem Cleomachum poetam fuisse nullo idoneo testimonio potest comprobari; deinde indicia lacunae nulla deprehenduntur in illo loco, quin oratio ita est comparata, ut optime cohaereat. Existimo igitur omnia haec ad unum Gnesippum esse referenda, eumque fuisse Cleomachi filium: recte igitur in fragmento ex Horis legitur *ὁ Κλεομάχου*, et hoc loco corrigendum est vix littera mutata: *τῷ Κλεομάχου*. Omnia autem quae hic reprehenduntur, optime in unum istum Gnesippum cadunt, quem Chionides dixit carmina molliuscula componere:

Ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος οὐδὲ Κλεομένης
Ἐν ἐννέ' ἂν χορδαῖς κατεγλυκάνατο.

Et auctor Helotarum similiter lasciva et parum casta eius poemata esse dicit: cum quo crimine coniunctum est illud, quod in Gnesippum, non in Cleomachum, ut existimant homines docti, coniecit Teleclides, exprobrans illi vitam libidinosam et abiectam: pariter autem quae Cratinus dixit, omnia uni conveniunt, nam in Effeminatis quidem aperte amores parum honestos Gnesippi attigit (recte Dalecampius *ἐρῶντα* coniecit,) et in Bucolis atque Horis carmina lasciva et indecora esse non obscure significat, prorsus ut vita hominis carminibus congruisse videatur. Nam Cratinus in Bucolis, cum gravissima indignatione commotus queritur de iniustitia praetoris, qui non solum sibi chorum denegaverit, sed etiam Sophoclem fabulae docendae facultate spoliaverit, quam Cleomacho tribuerit, qui ne in Adonidis quidem solemnitatibus admittendus sit, satis aperte significat carmina eius fuisse parum decentia: nam Adonidis sacra abiecta erant nec satis honesta, itaque etiam cantilenae, quae a choris in honorem dei recitabantur, lascivia et licentia erant insignes: sed de Adonidis festo infra dicetur. Cratinus autem cum Sophocli, summo poetae, quem eximie dilexit, Cleomachum antepositum esse dicit, significare videtur, Cleomachum non solum lyrica carmina composuisse, sed tragoedias quoque exhibuisse: et aperte illud dicit in Horis:

Ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας διδάσκαλος
Ὁ Κλεομάχου μετὰ τῶν κακῶν, παρατιλτριῶν
Ἔχων χορὸν Λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη
Πονηρά.

Exagitat enim Gnesippum, Cleomachi filium, quod in tragoedia aliqua lasciva quaedam carmina ad modum Lydium composuerit. Recte autem libri omnes *ὁ Κλεομάχου* praebent, itaque etiam in hoc versu ex Bucolis scripsi *τῷ Κλεομάχου* cum *τῷ Κλεομάχῳ* legeretur. Ceterum illud *ἐμοὶ διδάσκειν* nequaquam a sermonis legibus et consuetudine abhorret, significat enim idem quod *ἐμοὶ χοροδιδάσκαλον εἶναι*, loquitur autem chorus apud Cratinum.

Ad Bucolos fortasse referendus est etiam ille versus, qui legitur apud Photium p. 460, 3: *Προσίσχε τὸν νοῦν τῇδε. Κρατῖνος·*

Καὶ μὴ προσίσχε βαρβάροισι βουκόλοις.

Adde Suidam T. III. p. 199. Et haud scio an alius quoque versus ex hac potissimum fabula petitus sit, qui legitur apud Dionem Chrysost. LVI. T. II. p. 290: *Ἢ οὐκ ἀνέγνωκας τοῦτο τὸ ἔπος Κρατίνου·*

Ποιμὴν καθέστηκ' αἰπόλος καὶ βουκόλος;

Legebatur *καθέστη*, Reiskius *κατέστη*.

Accedo ad *Deliades*, quae fabula item a choro virginum Deliacarum nomen videtur traxisse. Et primum quidem de tempore quo acta sit fabula coniecturam facere lubet: existimo enim incidisse in illud tempus, quod Atheniensibus fuit luctuôsissimum, cum pestifer morbus ex Aethiopia profectus, paullatim Persarum imperium pervagatus, Atticam denique occupavit. Quae clades quantopere omnium Atheniensium animos fregerit et enervaverit, vix satis dici aut fingi potest. Solus Pericles, cuius animus sapientiae praeceptis egregie munitus et confirmatus erat, in hac quoque calamitate pristinam dignitatem atque decus servavit: auctor est gravissimus Periclis et aequalis et familiaris Protagoras, qui quanta ille fuerit fortitudine, quanta mortis despicientia commode docet: vid. Plutarch. Consolat. ad. Apollon. c. 33.: *Περικλέα δὲ τὸν Ὀλύμπιον προσαγορευθέντα διὰ τὴν περὶ τὸν λόγον καὶ τὴν σύνεσιν ὑπερβεβλημένην δύναμιν, πυθόμενον ἀμφοτέρους αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς μετηλλαχέναι τὸν βίον, Πάραλόν τε καὶ Ξάνθιππον, ὥς φησι Πρωταγόρας, εἰπὼν οὕτως. Τῶν γὰρ υἱέων νεηνιέων ὄντων καὶ καλῶν, ἐν ὀκτὼ δὲ τῇς πάσῃσιν ἡμέρῃσιν ἀποθανόντων, νηπενθέως ἀνέτλη· εὐδίης γὰρ εἴχετο. ἐξ ἧς πολλὸν ὤνητο κατὰ πᾶσαν ἡμέρην εἰς εὐκοσμίην καὶ ἀνωδυνίην καὶ τὴν ἐν τοῖς πολλοῖσι δόξαν· πᾶς γάρ τίς μιν ὁρῶν τὰ ἑαυτοῦ πένθεα ἐρρωμένως φέροντα, μεγαλόφρονά τε καὶ ἀνδρεῖον ἐδόκει εἶναι καὶ ἑαυτοῦ κρέσσω, κάρτα εἰδὼς τὴν ἑαυτοῦ ἐν τοιοῖσδε πράγμασι ἀμηχανίην.* Documento sunt haec verba Protagorae, qui eo ipso tempore videtur Athenis commoratus esse, quantam vim in

animos Atheniensium exercuerit Pericles, quantopere potuerit eos flectere quo vellet, et avocare unde nollet. Atque hanc animi constantiam in rebus adversis etiam Aelianus Var. Hist. IX. 6. eximie collaudat; postremo tamen luctu et moerore fractum esse Plutarchus in vita Periclis c. 36. refert.

Multitudo vero, rerum adversarum mole depressi, cum iam deorum verecundia et religio ex animis excessissent, aliquando ad divini numinis fidem confugerunt: mox, aucta etiam calamitate, in summam desperationem reiecti sunt: ita superstitio et divini numinis contemtio, gravissima et maxime inter se diversa mala tunc omnium animos vexabant: legas quod Thucydid. dicit II. 47: *Ὅσα τε πρὸς ἱεροῖς ἱκέτευσαν ἢ μαντείαις καὶ τοῖς τοιούτοις ἐχρήσαντο, πάντα ἀνωφελῆ ἦν, τελευτῶντές τε αὐτῶν ἀπέστησαν, ὑπὸ τοῦ κακοῦ νικώμενοι.* Ita factum est, ut omnes et divinae et humanae leges conticescerent, ut omnis pietas et honestas funditus tolleretur; testis est Thucydides ibid. c. 52. et maxime c. 53. ubi praeter alia haec leguntur: *Θεῶν δὲ φόβος ἢ ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπεῖργε, τὸ μὲν κρίνοντες ἐν ὁμοίῳ καὶ σέβειν καὶ μή, ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾶν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους, τῶν δὲ ἁμαρτημάτων οὐδεὶς ἐλπίζων μέχρι τοῦ δίκην γενέσθαι βιοὺς ἂν τὴν τιμωρίαν ἀντιδοῦναι, πολὺ δὲ μείζω τὴν ἤδη κατεψηφισμένην σφῶν ἐπικρεμασθῆναι, ἣν πρὶν ἐμπεσεῖν, εἰκὸς εἶναι τοῦ βίου τι ἀπολαῦσαι.* Sed tamen etiam antiqua vatum oracula in mentem revocaverunt, uti decantatum illud:

Ἥξει Δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ.

Dixit de his aliisque talibus Thucydides II. 54. Et renovare quoque atque instaurare religionem et patrios mores studuerunt; ita Apollinis maxime religio recepta est: vid. Pausanias I. 3: *Πρὸ δὲ τοῦ νεὼ τὸν μὲν Λεωχάρης, ὃν δὲ καλοῦσιν Ἀλεξίκακον, Κάλαμις ἐποίησεν· τὸ δὲ ὄνομα τῷ θεῷ γενέσθαι λέγουσιν, ὅτι τὴν λοιμώδη σφίσι νόσον ὁμοῦ τῷ Πελοποννησίων πολέμῳ πιέζουσαν κατὰ μάντευμα ἔπαυσεν ἐκ Δελφῶν.* Non tamen cessavit morbus, sed saepius recrudescebat: Thucydides III. 87: *Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος ἡ νόσος τὸ δεύτερον ἐπέπεσε τοῖς Ἀθηναίοις ἐκλιποῦσα μὲν οὐδένα χρόνον τὸ παντάπασιν, ἐγένετο δέ τις ὅμως διακωχή· παρέμεινε δὲ τὸ μὲν ὕστερον οὐκ ἔλασσον ἐνιαυτοῦ, τὸ δὲ πρότερον καὶ δύο ἔτη, ὥστε Ἀθηναίων γε μὴ εἶναι ὅ τι μᾶλλον ἐκάκωσε τὴν δύναμιν.* Adde Diodor. Sicul. XII. 58: *Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Εὐθυδήμου — Ἀθηναῖοι χρόνον τινὰ τῆς νόσου τῆς λοιμικῆς ἀνειμένοι πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς συμφορὰς ἐνέπεσον. Οὕτω γὰρ ὑπὸ τῆς νόσου διετέθησαν, ὥστε τῶν στρατιωτῶν μὲν ἀποβαλεῖν ὑπὲρ τοὺς τετρακισχιλίους κτλ.* Renovata hac calamitate Athenienses graviter afflicti, ut tandem aliquando respirarent a malis, Deorum iram expiandam esse censuerunt: instaurata igitur sunt oraculo imperante sacra patria et pompa in insulam Delum, quod eo ipso anno factum esse memoriae prodidit Diodorus XII. 58: *Οἱ δ' Ἀθηναῖοι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς νό-*

σου τὰς αἰτίας τῆς συμφορᾶς ἐπὶ τὸ θεῖον ἀπέπεμπον. Διὸ καὶ κατά τινα χρησμὸν ἐκάθηραν τὴν νῆσον Δῆλον, Ἀπόλλωνος μὲν οὖσαν ἱεράν, δοκοῦσαν δὲ μεμιάνθαι διὰ τοὺς τετελευτηκότας ἐν αὐτῇ τεθάφθαι. Ἀνασκάψαντες οὖν ἁπάσας τὰς ἐν τῇ Δήλῳ θήκας μετήνεγκαν εἰς τὴν Ῥήνειαν καλουμένην νῆσον, πλησίον ὑπάρχουσαν τῆς Δήλου· ἔταξαν δὲ καὶ νόμον μήτε τίκτειν ἐν τῇ Δήλῳ μήτε θάπτειν. Ἐποίησαν δὲ καὶ πανήγυριν τὴν τῶν Δηλίων, γεγενημένην μὲν πρότερον, διαλιποῦσαν δὲ πολὺν χρόνον. Factum id esse Euthydemo praetore significat etiam Auctor vitae Thucydidis p. XXVII: *Μετὰ δὲ τὴν ἱστορίαν φασὶ συντετάχθαι τῷ συγγραφεῖ τὸ προοίμιον, ἐν ᾧ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ μέμνηται γεγονότων, ὥσπερ τῆς Δήλου καθάρσεως* (vid. I. 8.) *ἣν περὶ τὸ ἕβδομον ἔτος ἐπὶ Εὐθύνου* (scribendum *Εὐθυδήμου*) *γεγενῆσθαί φασιν.* Factum igitur est Olymp. LXXXVIII. 3.: Hieme autem lustratam esse insulam dicit Thucydides III. 104: *Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος καὶ Δῆλον ἐκάθηραν Ἀθηναῖοι κατὰ χρησμὸν δή τινα:* ibique accurate exponit, Athenienses iam antea Pisistrato dominante insulam ex parte lustravisse. Delo autem purgata restituti etiam sunt dies festi, qui quarto quoque anno in honorem Apollinis celebrati erant: *Καὶ τὴν πεντητηρίδα,* inquit Thucydides, *τότε πρῶτον μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ Δήλια.* Musica autem certamina, quae antiquitus erant instituta, post temporis diuturnitate intermissa, instaurata sunt: testis est Thucydides ibid.: *Ὕστερον δὲ τοὺς μὲν χοροὺς οἱ νησιῶται καὶ οἱ Ἀθηναῖοι μεθ' ἱερῶν ἔπεμπον· τὰ δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰ πλεῖστα κατελύθη ὑπὸ ξυμφορῶν, ὡς εἰκός, πρὶν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι τότε τὸν ἀγῶνα ἐποίησαν καὶ ἱπποδρομίας, ὃ πρότερον οὐκ ἦν.* Delia autem sacra videntur veris tempore Thargelionis die sexto et septimo celebrata esse, vid. Boeckhius in eximio opere de Oecon. Ath. T. II. p. 218: sacra autem deorum potissimum diebus natalibus, ut consentaneum est, celebrabantur. Sexto autem septimoque die huius mensis nati dicebantur Apollo et Diana, vid. Diog. Laert. II. 44. de Socratis die natali: *Θαργηλιῶνος ἕκτῃ, ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν Ἀθηναῖοι καὶ τὴν Ἄρτεμιν γενέσθαι Δήλιοί φασιν.* et III. 2. de Platonis die natali: *Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ, καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασίν.* Hinc etiam repetendum, quod sextus cuiusque mensis dies sacer erat Dianae, septimus Apollini vid. Schol. Aristoph. Plut. 1127: *Ἔξω γὰρ τῶν ἑορτῶν ἱεραί τινες τοῦ μηνὸς ἡμέραι νομίζονται Ἀθήνησι θεοῖς τισίν, οἷον νουμηνία καὶ ἑβδόμη Ἀπόλλωνι, τετρὰς Ἑρμῇ καὶ ὀγδόη Θησεῖ.* Et ibid.: *Ἑκάστου γὰρ μηνὸς ἡ νουμηνία καὶ ἡ ἑβδόμη ἀφιέρωτο τῷ Ἀπόλλωνι, ἡ δὲ τετάρτη τῷ Ἑρμῇ, ἡ δὲ ἕκτη τῇ Ἀρτέμιδι.* Et longe gravior auctor Hesiodus Operibus v. 768:

Ἑβδόμη, ἱερὸν ἦμαρ,
Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.

Confer Dionysium Art. Rhetor. III. p. 243. Reisk.: *Εἰ δὲ ἑβδόμῃ ἢ ἕκτῃ, ὅτι ἱεραὶ τοῖν θεοῖν, καὶ ὅτι κοινωνία πρὸς τὸ κρεῖττον κατὰ το*

τῆς γενέσεως. Et eodem plane tempore, quo in Delo insula sacra Apollinis celebrabantur, etiam Athenis Thargelia obibant iisdem, ut videtur, ritibus et solemnitatibus usi: nam et in Delum insulam chori mittebantur sedulo edocti et egregie delecti, vid. Xenoph. Memorabil. III. 3, 12: *Ἡ τόδε οὐκ ἐντεθύμησαι, ὡς ὅταν γε χορὸς εἷς ἐκ τῆς πόλεως γίγνηται, ὥσπερ ὁ εἰς Δῆλον πεμπόμενος, οὐδεὶς ἄλλοθεν οὐδαμόθεν τούτῳ ἐφάμιλλος γίγνεται, οὐδὲ εὐανδρία ἐν ἄλλῃ πόλει ὁμοία τῇ ἐνθάδε συνάγεται.* Plutarch. vit. Niciae c. 3: *Τῶν γὰρ χορῶν, οὓς αἱ πόλεις ἔπεμπον ᾀσομένους τῷ θεῷ, προσπλεόντων μέν, ὡς ἔτυχεν, εὐθὺς δ' ὄχλου πρὸς τὴν ναῦν ἀπαντῶντος, ᾄδειν κελευομένων κατ' οὐδένα κόσμον — αὐτὸς μὲν εἰς Ῥηνείαν ἀπέβη τὸν χορὸν ἔχων καὶ τὰ ἱερεῖα.* et quae sequuntur, ubi accurate pompam describit. Adde Inscript. Corp. I. n. 158: *Εἰς κομιδὴν τῶν θεωρῶν καὶ τῶν χορῶν Ἀντιμάχῳ Φίλωνος Ἑρμείῳ τριηράρχῳ* TX. Et vero Athenis quoque certamina musica Thargeliis instituebantur, vid. Antipho de caede choreutea 11: *Ἐπειδὴ χορηγὸς κατεστάθην εἰς Θαργήλια καὶ ἔλαχον Πανταχλέα διδάσκαλον καὶ Κεκροπίδα φυλὴν πρὸς τῇ ἐμαυτοῦ, ἐχορήγουν ὡς ἄριστα:* qui in sequentibus accurate explanat, quo modo chorum puerorum erudiendum curaverit. Adde Lysiam Orat. XXI. 1: *Ἐγὼ γὰρ ἐδοκιμάσθην μὲν ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος, καταστὰς δὲ χορηγὸς τραγῳδοῖς ἀνήλωσα τριάκοντα μνᾶς καὶ τρίτῳ μηνὶ Θαργηλίοις νικήσας ἀνδρικῷ χορῷ δισχιλίας δραχμάς.* Inscriptio apud Boeckh. Corp. T. I. p. 343: *Ἔδοξεν τῇ Πανδιονίδι φυλῇ, Καλλικράτης εἶπεν, ἐπαινέσαι Νικίαν Ἐπιγένους Κυδαθηναιᾶ ἀνδραγαθίας ἕνεκα τῆς εἰς τὴν φυλήν, ὅτι εὖ καὶ προθύμως ἐχορήγησεν παισὶ καὶ ἐνίκα Διονύσια καὶ Θαργήλια ἀνδράσιν καὶ στεφανῶσαι αὐτόν· ἀναγράψαι δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος νενίκηκεν ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος παισὶν ἢ ἀνδράσιν Διονύσια ἢ Θαργήλια, ἢ Προμήθια ἢ Ἡφαίστια.* Et praeterea huc pertinet quod de Euripide poeta memoriae prodidit Theophrastus apud Athen. X. p. 424. E: *Πυνθάνομαι δ' ἔγωγε καὶ Εὐριπίδην τὸν ποιητὴν οἰνοχοεῖν Ἀθήνησι τοῖς ὀρχησταῖς καλουμένοις· ὠρχοῦντο δ' οὗτοι περὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος νεὼν τοῦ Δηλίου, τῶν πρώτων ὄντες Ἀθηναίων καὶ κατεδύοντο ἱμάτια τῶν Θηραϊκῶν· ὁ δὲ Ἀπόλλων οὗτός ἐστιν, ᾧ τὰ Θαργήλια ἄγουσι καὶ διασώζεται Φλυῆσιν ἐν τῷ δαφνηφορείῳ γραφὴ περὶ τούτων.*

Sacrae pompae, cum primum Olymp. LXXXVIII. 3. Delum mitteretur, quis praefuerit nescio; Olymp. LXXXIX. 3. cum secundum instaurata esset, fortasse Callias Hipponici filius sacri legati munere functus est: certe in Corpor. Inscr. T. I. n. 159. commemorantur donaria Calliae: *Στλεγγίδες ἐπίτηκτοι ἐν ξύλῳ, ἃς Καλλίας Ἱππονίκου Ἀθηναῖος ἀνέθηκεν:* sequuntur continuo haec: *Στλεγγίδες ἐπίτηκτοι ἐν ξύλῳ, ἃς Νικίας Νικηράτου Ἀθηναῖος ἀνέθηκεν ΓΙΙΙ καὶ στέφανος χρυσοῦς.* Niciam autem Olymp. XC, 3. hoc honore functum esse recte videtur Boeckhius Oecon.

T. II. p. 230. statuere. De sumtibus magnificentissimis, quos fecit tunc Nicias, vid. Plutarchus vit. Niciae c. 3.

Cratinum igitur credo hac opportunitate usum esse eo fere tempore, quo primum sacra legatio in Delum insulam missa est: quamquam quid potissimum spectaverit poeta ex paucis reliquiis non potest perspici, maxime tamen probabile est, comoediam res divinas comprehendisse. Deliades autem quod inscripsit, chorum ex ipsis illis mulieribus constitisse consentaneum est. Deliades autem appellatae sunt sacerdotes virgines Apollinis: sic Homerus in Hymno in Apollinem v. 157:

Κοῦραι Δηλιάδες, Ἑκατηβελέταο θεράπναι,
Αἵτ', ἐπεὶ ἂρ πρῶτον μὲν Ἀπόλλων' ὑμνήσωσιν,
Αὖτις δ' αὖ Λητώ τε καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν
Μνησάμεναι, ἀνδρῶν τε παλαιῶν ἠδὲ γυναικῶν
Ὕμνον ἀείδουσιν, θέλγουσί τε φῦλ' ἀνθρώπων.
Πάντων δ' ἀνθρώπων φωνὰς καὶ κρεμβαλιαστὺν
Μιμεῖσθ' ἴσασιν· φαίη δέ κεν αὐτὸς ἕκαστος
Φθέγγεσθ'· οὕτω σφὶν καλὴ συνάρηρεν ἀοιδή.

Euripides in Hercule Furente v. 687:

Παιᾶνα μὲν Δηλιάδες
Ὑμνοῦσ' ἀμφὶ πύλας τὸν
Λατοῦς εὔπαιδα γόνον
Εἱλίσσουσαι καλλίχορον.

quae nescio an sic sint emendanda:

Παιᾶνα μὲν Δηλιάδες
Ὑμνοῦσ' ἀμφ' ἀπέλαστον
Λατοῦς εὔπαιδα γόνον.

Quae quidem scripta videntur recenti memoria sacrorum instauratorum, ut Apollo *ἀπέλαστος* vocetur propter diram illam pestem, cuius auctor esse ab Atheniensibus perhibebatur. Praepositio autem ita propemodum est usurpata ut saepe in hymnis sacrisque carminibus, ut est apud Aristophanem in Nubibus:

Ἀμφί μοι αὖτε Φοῖβ' ἄναξ
Δήλιε, Κυνθίαν ἔχων
Ὑψικέρατα πέτραν.

et alibi: quamquam hic casum legitimum adiunctum habet. Ceterum Euripidis tragoedia videtur non multo post morbum illum pestiferum, qui Athenas vastavit, scripta esse. Denique idem poeta dixit in Hecuba v. 455:

Ἢ νάσων ἁλιήρει
Κώπᾳ πεμπομέναν τάλαιναν
Οἰκτρὰν βιόταν ἄγουσαν οἴκοις,
Ἔνθα πρωτογόνος τε φοῖνιξ,
Δάφνα θ' ἱεροὺς ἀνέσχε
Πτόρθους Λατοῖ φίλᾳ
Ὠδῖνος ἄγαλμα δίας;

Σὺν Δηλιάσιν τε κούραις
Ἀρτέμιδός τε θεᾶς
Χρυσέαν ἄμπυκα τόξα τ' εὐλογήσω;

Hecuba autem quo fere tempore docta sit, alio loco probabili argumento ostendetur. Callimachus in Hymno in Delum v. 296. Deliadas omnes virgines illius insulae appellavit:

Ἦτοι Δηλιάδες μέν, ὅτ' εὐήχης ὑμέναιος
Ἤθεα κουράων μορμύσσεται, ἥλικα χοίτην
Παρθενικαὶ κτλ.

Iam vero Cratinus num hoc nomine appellaverit ipsas illas virgines sacerdotes, dubito: mihi quidem videtur ita nuncupavisse virginum chorum, qui ab Atheniensibus in insulam Delum mittebatur, et huc refero illud quod est apud Grammaticum Bekkeri T. I. p. 129, 9: *Λείπει δὲ καὶ ἐν ὑποτακτικοῖς·*

Εἴ τις δ' ὑμῶν κάλλει προκριθῇ.

καὶ

Πρὶν παροῦσα διδάσκῃ.

Κρατῖνος Δηλιάσιν. Certe haec ad Athenienses puellas referenda sunt: non tamen repugno, si quis Deliades virgines Deliacas explicet ex consuetudine.

Et ad sacram illam pompam pleraque fragmenta, quae servata sunt, pertinent, ita ut quid potissimum spectaverit poeta, difficulter possit indagari: arbitror autem maxime conquestum esse Cratinum de neglecta religione, quam a maioribus acceperint, et de levitate, qua in restituendis ceremoniis ritibusque usi fuerint: satis enim perspexit poeta externam quidem formam et quasi speciem quandam religionis revocari, ipsam vero pietatem probitatemque iam dudum ex hominum animis excessisse. Apollinis autem numen a maioribus erat sanctissime cultum, maxime a nobilibus istis gentibus, quae ex Ionia profectae in Attica sedes et domicilia collocaverant: hinc *Ἀπόλλων πατρῷος* tam diu suo usus est honore, quam diu optimateset auctoritate et opibus principem in re publica obtinuerunt locum: sed postquam nobilitatis dignitas est imminuta, et summa rerum penes multitudinis arbitrium erat, ibi etiam Apollinis religio iacere coepit. Iam vero cum bellum Peloponnesiacum et pestilentia saevissima in Attica grassarentur, tum optimatium ut videtur potissimum opera maiorum ritus et ceremoniae sunt renovatae. Deliaca autem illa sacra iam antiquitus ab Atheniensibus esse celebrata subindicant vel veteres illae de Theseo et de Abaride fabulae, documento vero est etiam sacerdotum familia, *Δηλιασταί*, quam respicit Philochorus apud Schol. Sophocl. Oed. Colon. v. 1047: *Ὅταν δὲ σημεῖα γένηται παραδεδομένα ἐν τοῖς ἱεροῖς, τότε ἀποστέλλουσι τὴν θεωρίαν οἱ ἐκ τοῦ γένους, Πυθίαι τε καὶ Δηλιάδες, ὁπότερα ἂν καθήκῃ αὐτοῖς, θύει δ' ὁ μάντις, ὅταν μὲν τὰ εἰς Δελφοὺς πόμπιμα γένηται καὶ θεωρία πέμπηται, ἐν Οἰνόῃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ Πυθίῳ· εἰ δὲ εἰς Δῆλον ἀποστέλλοιτο ἡ θεωρία, κατὰ τὰ προειρημένα θύει ὁ μάντις εἰς τὸ ἐν*

Μαραθῶνι Δήλιον· καὶ ἔστιν ἱεροσκοπία τῆς μὲν εἰς Δελφοὺς θεωρίας ἐν τῷ ἐν Οἰνόῃ Πυθίῳ, τῆς δὲ εἰς Δῆλον ἐν τῷ ἐν Μαραθῶνι Δηλίῳ. ex quo loco satis superque perspicimus, familiam fuisse quae Pythia sacra, et aliam, quae Delia curaret: corrupta tamen sunt verba *Πυθίαι δὲ καὶ Δηλιάδες:* quae si ad ipsas familias sunt referenda, quo pacto emendem non habeo, quamquam nomen illas familias, a solemnitatibus, quibus praeerant, traxisse consentaneum est: probabilius autem puto has ipsas solemnitates nominatim a Philochoro significari, scribo igitur: *Πυθιάδα καὶ Δηλιάδα:* et videntur etiam ex hac familia delecti esse, qui sacris in Delo insula celebrandis interessent: sacri autem illi legati *Δηλιασταὶ* vocati sunt, vid. Harpocration p. 48: *Δηλιασταί· οἱ εἰς Δῆλον ἐξελθόντες θεωροί· Λυκοῦργος κατὰ Μενεσαίχμου.* Similiter Hesychius: *Δηλιασταί· οἱ εἰς Δῆλον πεμπόμενοι θεωροί.* Et legem quandam de Deliastis inter *κύρβεις*, in quibus leges de rebus sacris erant perscriptae, commemorat Athenaeus VI. p. 234. E: *Ἐν δὲ τοῖς κύρβεσι τοῖς περὶ τῶν Δηλιαστῶν οὕτως γέγραπται· Καὶ τὼ κήρυκε ἐκ τοῦ γένους τῶν κηρύκων τοῦ τῆς μυστηριωτίδος· τούτους δὲ παρασιτεῖν ἐν τῷ Δηλίῳ ἐνιαυτόν.*

Ita autem poeta videtur instituisse, ut ipse quoque sacram aliquam legationem ac pompam institueret, cui homines profligatissimi interessent, huc revoco illud, quod est apud Scholiast. Aristoph. Av. v. 1294: ubi Symmachus haec dicit: *Φαίνονται τὸν Λυκοῦργον Αἰγύπτιον εἶναι νομίζοντες ἢ τὸ γένος ἢ τοὺς τρόπους· Φερεκράτης Ἀγρίοις — Μήποτε οὖν καὶ εἰς τὸ αὐτὸ καὶ Κρατῖνος Δηλιάσι· Τούτοις δὲ ὄπισθεν ἴτω φέρων Λυκοῦργος ἔχων καλάσιριν. Ὁ δὲ καλάσιρος χιτὼν πλατύσημος· φησὶ δὲ Κηφεσόδημος ὅτι Αἰγυπτίων ἡ λέξις, διαβάλλει δὲ αὐτὸν ἢ ὡς ξένον ἢ ὡς πονηρόν.* Bekkerus *φέρων δίφρον*: versus ita constituendus:

Τούτοισι δ' ὄπισθεν ἴτω δίφρον φέρων Λυκοῦργος ἔχων καλάσιριν.

Fuerunt autem huius Lycurgi fortasse revera quaedam partes in sacris illis renovandis: suspicor enim hunc Lycurgum avum esse Lycurgi oratoris nobilissimi, de quo dixit Plutarch. vit. X. oratt. in exordio: *Λυκοῦργος πατρὸς μὲν ἦν Λυκόφρονος τοῦ Λυκούργου, ὃν οἱ τριάκοντα τύραννοι ἀπέκτειναν, αἰτίου αὐτοῦ τῆς ἀναιρέσεως γενομένου Ἀριστοδήμου Βατῆθεν, ὃς καὶ ἑλληνοταμίας γενόμενος ἔφυγεν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ, τὸν δῆμον δὲ Βουτάδης, γένους τοῦ τῶν Ἐτεοβουταδῶν.* Huic autem familiae nobilissimae fuit sacrorum praecipua cura mandata, Minervae maxime et Neptuni. Iam quod Lycurgo Aegyptiam originem probro dederunt, inde explicandum puto, quod Eteobutadae genus repetebant a Buta, nepote Erichthonii. Antiquissimorum autem regum, Cecropis, Erechthei, aliorum origines ex Aegypto ipsi Athenienses deduxisse videntur, quamquam pro magnanimitate peregrinam stirpem repudiare et nulla alia re magis gloriari solebant, quam quod essent aborigines: at vero comicis poetis licuit famam illam quamvis obscuram

sequi et in hominum contumeliam convertere. Aegyptios autem in terra Attica sedes cepisse memoriae prodidit etiam Theopompus, vid. Euseb. Praepar. Evang. X. 10: Ὅτι τε Ἀθηναίους τῶν αὐτῶν Αἰγυπτίοις ἀπολαύειν εἰκὸς ἦν, ἀποίκους ἐκείνων ὑπονοουμένους, ὥς φασιν ἄλλοι τε καὶ ἐν τῷ Τρικαράνῳ Θεόπομπος. Aegyptiam autem originem ut Cratinus Lycurgo exprobraret, calasirin ei tribuit, vestem Aegyptiacam: δίφρον cur dederit gestandum non satis perspicio, nisi forte eundem tanquam effeminatum voluit castigare: puellae enim in sacris Minervae hoc officio fungebantur, vide praeter alios Aristoph. Avv. v. 1551. ibique Schol. — Ad eandem sollemnitatem etiam referendum puto illud, quod legitur apud Scholiastam Aristoph. Vesp. v. 542: Θαλλοφόρους γὰρ ἔφη βουλόμενος τοὺς γέροντας δηλῶσαι, ἐπειδὴ ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ γέροντες θαλλοὺς ἔχοντες ἐπόμπευον. ὡς οὖν εἰς οὐδὲν ὄντων χρησίμων αὐτῶν ἔξω τοῦ θαλλοφορεῖν, οὕτως αὐτοὺς ἐπέσκωψεν. Ὁ μέντοι Δικαίαρχος ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ οὐκ οἶδα ἐξ ὅτου ποτὲ καὶ τὰς γραῦς ἐν τοῖς Παναθηναίοις εἶπε θαλλοφορεῖν. Ξενοφῶντος μὲν ἐν Συμποσίῳ, Φιλοχόρου δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ, ὅς γε καὶ τὸν κατάδοντα (l. κατάγοντα) τὸ ἔθος Ἐριχθόνιον συνίστησι. Μνημονεύει τοῦ ἔθους Κρατῖνος μὲν ἐν Δηλιάσι, Φερεκράτης δὲ ἐν Ἐπιλήσμονι. Xenophontis locus est Sympos. c. 4, 17: Θαλλοφόρους γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ τοὺς καλοὺς γέροντας ἐκλέγονται, ὡς συμπαρομαρτοῦντος πάσῃ τῇ ἡλικίᾳ τοῦ κάλλους. Verum Cratinus non de Panathenaeorum festo haec dixisse videtur, sed de Deliis sacris: nam ibi quoque cuiusque aetatis et utriusque sexus pulcherrimi eligebantur, qui pompae interessent, id quod docet Xenophon Memor. III. 3. 12.

Puto enim etiam in Delii sacris fuisse, qui olivae ramos sacros illos quidem Apollinis gestarent. Confirmat hoc Schol. Aristoph. Equitum. v. 726: Κράτης δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν, ἀφορίας ποτὲ κατασχούσης τὴν πόλιν, θαλλόν φασι καταστέψαντας ἐρίοις ἱκετηρίαν ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι. qui mos etiam tunc videtur revocatus esse. Hinc ibidem legitur: Τινὲς δὲ τὸν Θησέα φασὶ μεθ' ὃν καιρὸν εἰς Κρήτην ἔπλει, προσχόντα Δήλῳ διὰ χειμῶνα εὔξασθαι τῷ Ἀπόλλωνι καταστέψεσθαι κλάδοις ἐλαίας, ὅταν σωθῇ τὸν Μινώταυρον ἀποκτείνας, καὶ θυσιάσειν· καὶ τὴν ἱκετηρίαν ταύτην καταστέψαντα ἑψῆσαι χύτραν ἀθάρης καὶ ἔτνους καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι. Ibidem alius Scholiasta dicit Pyanepsiis et Thargeliis (hoc est iisdem diebus festis, quibus sacra legatio Deli Apollinis natalitia celebrabat) pueros Athenienses gestavisse ramos olivae: Πυανεψίοις καὶ Θαργηλίοις Ἡλίῳ καὶ Ὥραις ἑορτάζουσιν Ἀθηναῖοι, φέρουσι δὲ οἱ παῖδες τούς τε θαλλοὺς ἐρίοις περιειλημένους, ὅθεν εἰρεσιῶναι λέγονται καὶ τούτους πρὸ τῶν θυρῶν κρεμῶσιν. Cantilenam, qua pueri illi usi sunt, servavit idem Grammaticus et Plutarchus in vita Thesei c. 22. et Etymol. M. p. 302, 30:

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι,
Καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὡς ἂν μεθύουσα καθεύδῃς.

Iam vero ut hac re maxime Apollinis religio apud Athenienses est instaurata, ita etiam memoria fabularum, quae de Apolline ferebantur, fuit renovata. Huc maxime pertinet fabula illa de Abaride, qui cum similis calamitas Graeciam invasisset et Apollinis iussu Atheniensibus mali levandi officium esset mandatum, ex Hyperboreis profectus esse dicebatur, ut pestilentiae illic finem faceret. Harpocratio p. 1: Ἄβαρις· κύριον· λοιμοῦ δέ φασιν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γεγονότος ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων μαντευομένοις Ἕλλησι καὶ βαρβάροις τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον ὑπὲρ πάντων εὐχὰς ποιήσασθαι· πρεσβευομένων δὲ πολλῶν ἐθνῶν πρὸς αὐτοὺς καὶ Ἄβαριν ἐξ Ὑπερβορέων πρεσβευτὴν ἀφικέσθαι λέγουσιν· ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ παραγέγονε διαφωνεῖται. Ἱππόστρατος μὲν γὰρ κατὰ τὴν τρίτην αὐτὸν Ὀλυμπιάδα λέγει παραγενέσθαι, ὁ δὲ Πίνδαρος κατὰ Κροῖσον τὸν Λυδῶν βασιλέα, ἄλλοι δὲ κατὰ τὴν εἰκοστὴν καὶ πρώτην Ὀλυμπιάδα. Adde Scholiast. Aristoph. Equit. v. 726: Οἱ μὲν γάρ φασιν ὅτι λιμοῦ, οἱ δὲ ὅτι καὶ λοιμοῦ τὴν πᾶσαν κατασχόντος οἰκουμένην, χρωμένων τίνα ἂν τρόπον παύσαιτο τὸ δεινόν, τὴν λύσιν ταύτην ὁ Πύθιος ἐμαντεύσατο, εἰ προηρόσιον ὑπὲρ ἁπάντων Ἀθηναίων θύσειαν· θυσάντων οὖν τῶν Ἀθηναίων τὸ δεινὸν ἐπαύσατο καὶ οὕτως ὥσπερ χαριστήριον οἱ πανταχόθεν τοῖς Ἀθηναίοις ἐξέπεμπον τῶν καρπῶν ἁπάντων τὰς ἀπαρχάς· ὅτε δὴ καὶ Ἄβαρίν φασι τὸν Ὑπερβόρειον ἐλθόντα θεωρὸν εἰς τὴν Ἑλλάδα Ἀπόλλωνι θητεῦσαι καὶ οὕτως συγγράψαι τοὺς χρησμοὺς τοὺς νῦν προσαγορευομένους Ἀβάριδος. Fabula illa, quae de Abaridis peregrinationibus miro modo sed ab aliis aliter tradita est, non obscure indicat, quo pacto Apollinis religio sit propagata et quo vinculo diversorum populorum sacra inter se fuerint coniuncta. Et Delii quidem quid de Hyperboreis et Apollinis cultu apud illos narraverint, memoriae prodidit Herodotus IV. 32. sqq. et ibid. c. 36. Abaridis quoque mentionem iniecit, Atheniensium vero nullam habuit rationem: sed Abaridis memoriam arctissime cum Apollinis cultu apud Athenienses coniunctam esse testatur locuples auctor Lycurgus in oratione in Menesaechmum, ex qua insigne fragmentum servavit Eudocia apud Villois. Anecd. T. I. p. 20. (adde Nonnum Narrat. Myth. in Creuzeri Melet. V. I. p. 75.): Ἄβαρις ἐξ Ὑπερβορέων ἦν ἄνθρωπός τις· οἱ δ' Ὑπερβόρεοι ἀρκτικώτεροι τῶν Σκυθῶν· οὗτος οὖν ὁ Ἄβαρις λέγεται ἔνθους γενόμενος περιϊέναι τὴν Ἑλλάδα κύκλῳ μετὰ τοῦ βέλους καὶ χρησμούς τινας καὶ μαντείας λέγειν ὡς ἔνθους. Λυκοῦργος δὲ ὁ ῥήτωρ μέμνηται τοῦ Ἀβάριδος ἐν τῷ κατὰ Μενέχμου (Μενεσαίχμου) λόγῳ, λέγων· Λιμοῦ γενομένου ἐν τοῖς Ὑπερβορέοις, ἦλθεν ὁ Ἄβαρις ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ ἐμισθώτευσεν τῷ Ἀπόλλωνι· καὶ ἐδιδάχθη παρ' αὐτοῦ τὸ χρησμολογεῖν· καὶ οὕτω κρατῶν τὸ βέλος ὡς σύμβολον

τοῦ Ἀπόλλωνος (τοξότης γὰρ οὗτος ὁ θεός) περιῄει χρησμολογῶν πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. (Haec ipsius Lycurgi verba videntur esse, ea vero, quae sequuntur, sunt Eudociae.) Πατέρα δ' ἔσχε Σεύθην καὶ λέγεται, ὅτι συνεγράψατο χρησμοὺς τοὺς λεγομένους Σκυθικοὺς καὶ γάμον Ἕβρου τοῦ ποταμοῦ καὶ καθαρμοὺς καὶ Θεογονίαν. Sed non solum Abaridis memoriam recoluerat Lycurgus, verum etiam penuriam frugum, quae cum antiquis temporibus totum fere terrarum orbem obtineret, partes expiandae calamitatis traditae erant Atheniensibus, quod memoriae tradidit Scholiasta Aristophanis ibid. supra: Lycurgum plane eandem famam secutum esse apparet ex Suida T. III. p. 183: Προηρόσιαι· αἱ πρὸ τοῦ ἀρότου γενόμεναι θυσίαι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι καρπῶν, ὥστε τελεσφορεῖσθαι. Ἐγένετο δὲ ὑπὸ Ἀθηναίων ὑπὲρ πάντων Ἑλλήνων ἐ Ὀλυμπιάδι. Λυκοῦργός φησιν ἐν τῷ κατὰ Μενεσαίχμου· Καὶ γὰρ νῦν πολλὰς καὶ μεγάλας ὑμῖν τιμὰς ὀφείλω καὶ ζητῶ παρὰ πᾶσιν Ἕλλησιν μαντευομένοις τὸν Δία προηροσίαν ποιήσασθαι. Haec quamquam satis obscura et ut videtur corrupta, tamen ad Apollinis istam religionem referenda censeo. Sed nolo diversa illa et saepe sibi adversantia, quae de Abaride feruntur, componere: multo certiora possemus consequi, si veterum libri de Abaride essent conservati: et scripserat de Abaride Heraclides Ponticus, si tamen haec revera ab Heraclide isto profecta sunt, vid. Grammaticum in Bekk. Anecd. T. I. p. 145, 23. 178, 27. quamquam minime abhorret ab hominis ingenio, quem Cicero verissime dicit puerilibus fabulis libros refersisse. Et mira quaedam de Hyperboreis idem in libro de anima tradidit, vid. Plutarch. vit. Camilli c. 22: Ἡρακλείδης γὰρ ὁ Ποντικός, οὐ πολὺ τῶν χρόνων ἐκείνων ἀπολειπόμενος, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς συγγράμματι φησὶν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας λόγον κατασχεῖν, ὡς στρατὸς ἐξ Ὑπερβορέων ἐλθὼν ἔξωθεν, ᾑρήκει πόλιν Ἑλληνίδα Ῥώμην ἐκεῖ που κατῳκημένην περὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν. Οὐκοῦν θαυμάσαιμι μυθώδη καὶ πλασματίαν ὄντα τὸν Ἡρακλείδην ἀληθεῖ λόγῳ τὰ περὶ τῆς ἁλώσεως ἐπικομπάσαι τοὺς Ὑπερβορέους καὶ τὴν μεγάλην θάλατταν. De Hyperboreis egerat etiam Hecataeus, qui non minus fabulosa et commenticia tradere solet, vid. Diodor. Sicul. II. 47: Τῶν γὰρ τὰς παλαιὰς μυθολογίας ἀναγεγραφότων Ἑκαταῖος καί τινες ἕτεροί φασιν ἐν τοῖς ἀντιπέραν τῆς Κελτικῆς τόποις κατὰ τὸν Ὠκεανὸν εἶναι νῆσον οὐκ ἐλάττω τῆς Σικελίας κτλ. Neque enim antiquus ille Hecataeus intelligendus est, sed Abderita, quem de Hyperboreis scripsisse auctor est Scholiasta Apollonii Rhodii II. v. 677: Ἑκαταῖος δὲ μέχρι τοῦ αὐτοῦ χρόνου εἶναι φησὶ τὸ τῶν Ὑπερβορείων ἔθνος· ἔστι δὲ αὐτῷ βιβλία ἐπιγραφόμενα περὶ τῶν Ὑπερβορείων.

Et sic Cratinus quoque respexit in hac fabula et renovavit ea, quae de Hyperboreis vulgi ore ferebantur: huc pertinet quod legitur apud Hesychium: Αἴθρια· Κρατῖνος Ἠλιάσιν· . . . .

Ὑπερμορίους αἴθριαι τιμῶντας στέφη·
Τὰ γὰρ Ὑπερβορέων ἱερὰ κατά τινος πατρεῖον ἁγιστείαν οὐχ ὑποστέγην, ἀλλ' ὑπ' αἴθριον διαφυλάττεται. Sic codex Ven. apud Schow. p. 33. male multa tentavit Musurus. Scribo: *αἴθρια. Κρατῖνος Δηλιάσιν·*
Ὑπερβορέους τιμῶντας αἴθρια στέφη.
Τὰ γὰρ Ὑπερβορέων ἱερὰ κατά τινα πάτριον ἁγιστείαν οὐχ ὑπὸ στέγην, ἀλλ' ὑπαίθρια διαφυλάττεται. Hunc versum dicit Grammaticus Bekkeri T. I. p. 355, 29: *Αἴθρια στέφη· τὰ αἰθέρια· ἢ μεγάλα· οἱ δὲ τὰ ἀπὸ τῶν δένδρων ἢ τὰ ἐξ Ὑπερβορέων κομιζόμενα, ὡς ἀεὶ ἐν ὑπαίθρῳ τιθέμενα. Αἴθρια* autem *στέφη* Cratinus dixit sacrificiorum primitias, quas Hyperborei Deo Delio mittere soliti erant: Hesychius, fortasse haec ipsa Cratini verba respiciens: *Στέφη· στέμματα, ἀπαρχαί, ἀρχαί:* de quibus sacris Herodotus IV. 33: *Πολλῷ δὴ πλεῖστα,* inquit, *περὶ αὐτέων Δήλιοι λέγουσι, φάμενοι ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν, ἐξ Ὑπερβορέων φερόμενα, ἀπικνέεσθαι ἐς Σκύθας.* et rursus: *οὕτω δὴ φέροντες ἐς τοὺς οὔρους τὰ ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν πυρῶν καλάμῃ τοὺς πλησιοχώρους ἐπισκήπτειν.* Et primitias illas sacrorum tritici stipula involutas etiam Callimachus in hymno in Delum v. 283. commemorat:

Οἱ μέντοι καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτοι
Ἀσταχύων φορέουσι· —
Πρῶταί τοι τάδ' ἔνεικαν ἀπὸ ξανθῶν Ἀριμασπῶν
Οὖπίς τε Λοξώ τε καὶ εὐαίων Ἑκαέργη·

Qualia autem fuerint illa sacra penitus ignorari auctor est Pausanias I. 31, 2: *Ἐν δὲ Πρασιεῦσιν Ἀπόλλωνός ἐστι ναός, ἐνταῦθα τὰς Ὑπερβορέων ἀπαρχὰς ἰέναι λέγεται, παραδιδόναι δὲ αὐτὰς Ὑπερβορέους μὲν Ἀριμασποῖς, Ἀριμασποὺς δ' Ἰσσηδόσι, παρὰ δὲ τούτων Σκύθας ἐς Σινώπην κομίζειν, ἐντεῦθεν δὲ φέρεσθαι διὰ Ἑλλήνων ἐς Πρασιάς, Ἀθηναίους δὲ εἶναι τοὺς ἐς Δῆλον ἄγοντας· τὰς δὲ ἀπαρχὰς κεκρύφθαι μὲν ἐν καλάμῃ πυρῶν, γιγνώσκεσθαι δὲ ὑπ' οὐδένων.* Iam videtur lex fuisse, ut primitiae illae sacrorum semper sub dio ferrentur et deinceps traderentur, neve tectis reciperentur aut involucro ullo tegerentur, hinc *αἴθρια στέφη* a Cratino dicta: convenit autem hic mos maxime Apollineae religioni.

Et ad hanc fabulam puto referendum esse anapaestum illum, quem ad Seriphios revocare voluit Meinekius: legitur autem apud Harpocr. p. 112: *Κισθήνη· Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ· ὄρος τῆς Θρᾴκης· Κρατῖνος·*

Κἀνθένδ' ἐπὶ τέρματα γῆς ἥξεις καὶ Κισθήνης ὄρος ὄψει.

Haec enim puto a choro dicta esse, qui nescio cui iter ad Hyperboreos monstrabat, quos in extremis orbis terrarum terminis constitutos esse existimabant. Similiter Aeschylus Gorgones huic monti finitimas dicit in Prometheo v. 792:

Πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἔστ' ἂν ἐξίκῃ

Πρὸς Γοργόνεια πεδία Κισθήνης, ἵνα
Αἱ Φορκίδες ναίουσι, δήναιαι κόραι.

Ex Cratini Deliadibus Photius versum paulo illum quidem obscuriorem servavit p. 26, 18: *Ἐτήσιοι· πρόσκαιροι·*

Ἐτήσιοι γὰρ πρόσιτ' ἀεὶ πρὸς τὴν τέχνην·

Κρατῖνος Δηλιάσιν. Et male quidem grammaticus dicit: *ἐτήσιοι· πρόσκαιροι*: immo est, *quotannis acceditis ad artem*; sed quamnam artem dicat poeta ignoro: dubitanter admodum refero ad artem canendi: haec igitur verba dicta fuerint ad chorum virginum: a choris autem istis, quos quotannis Delum mittebant, originem ducit etiam proverbium, quod est apud Zenobium, alios, *Ἄιδεις, ὥσπερ εἰς Δῆλον πλέων,* de iis qui magna cum socordia et voluptate vitam transigebant. Huc pertinet etiam aliud fragmentum, quod servatum est itidem a Photio p. 481, 13: *Ῥάζειν καὶ ῥύζειν· τὸ ὑλακτεῖν. Ἕρμιππος Θεοῖς·*

Ῥυζῶν ἅπαντας ἀπέδομαι τοὺς δακτύλους.

Ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τοὺς πικραινομένους καὶ σκαιολογοῦντας μετηνέχθη· Κρατῖνος Δηλιάσιν·

Ἵνα σιωπῇ τῆς τέχνης ῥάζωσι τὸν λοιπὸν χρόνον.

καὶ ἑξῆς·

Ἔρραζε πρὸς τὴν γῆν· ὁ δ' ἐσκάριζε κἀπέπαρδε.

Nam hic quoque versus videtur de choris accipiendus esse, quorum ars sacris quidem sollemnibus floruit, per reliquum anni tempus frigescebat. Nonnulla quaedam adiungam de altero versu, quem Dobreus ex Porsoni emendatione edidit, in codice enim legitur: *ὁ δὲ σκαρίζει κατέπαρδε.* Sed non intelligo, quid sit *ἔρραζε πρὸς τὴν γῆν.* Mihi scribendum videtur:

Ἔρραζε· πρὸς τὴν γῆν δ' ὅδ' ἠσκάριζε κἆτ' ἔπαρδεν.

Σκαρίζειν enim vel *ἀσκαρίζειν* est salire, propere moveri, se celeriter volvere, uti est in versu Aristophanis apud Suidam v. *ἀσκαρίζειν·*

Ἀπασκαρίζειν ὥσπερεὶ πέρκην χαμαί.

Scripsi autem *ἠσκάριζεν*: hoc enim Atticis proprium est; Moeris *Ἀσκαρίζειν· Ἀττικῶς· σκαρίζειν Ἑλληνικῶς.* Adde Phrynichum in Bekkeri Anecd. T. I. p. 24, 17: *Ἀσκαρίζειν· σκαίρω τὸ συνεχῶς κινοῦμαι· ἐξ οὗ παράγωγον σκαρίζω· ὡς στένω, στενάζω· καὶ ὡς σκαλίζω, ἀσκαλίζω κατὰ πρόσθεσιν τοῦ ᾱ, οὕτω σκαρίζω, ἀσκαρίζω.* Photius p. 76, 16: *Ἠσκάριζειν· ἀντὶ τοῦ ἤσπαιρεν,* fortasse hunc ipsum versum intelligens. Neque praetereundum est, quod apud eundem legitur p. 20, 25: *Ἐσπάριζεν· οὐκ ἐσκάριζεν.* quod ex Atticistae cuiusdem praecepto repetendum esse puto. At Aristophanes dixit:

Ἀπασκαρίζειν, ὥσπερεὶ πέρκην χαμαί.

et Menander:

Ἀπασκαριῶ σ' ἐγὼ γέλωτι τήμερον.

vid. Suid. T. I. p. 248.

CAPUT III.

Difficillima est ratio eius fabulae, quam *Fugitivas* inscripsit Cratinus, quoniam pauca quae servata sunt fragmenta, et exilia et obscura sunt. Illud tamen facile animadvertimus poetam graviter vexasse Lamponem vatem non ignobilem: voracitatem eius castigat in versibus, quos Athenaeus VIII. p. 344. E. servavit: *Καὶ Λάμπωνα δὲ τὸν μάντιν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις κωμῳδοῦσι Καλλίας Πεδήταις καὶ Λύσιππος Βάκχαις· Κρατῖνος δ' ἐν Δραπέτισιν εἰπὼν περὶ αὐτοῦ·*

Λάμπωνα, τὸν οὐ βροτῶν ψῆφος δύναται φλεγυρὰ δεῖπνον φίλων ἀπείργειν.

ἐπιφέρει·

Νῦν δ' αὖθις ἐρυγγάνει· βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν· τρίγλῃ δὲ κἂν μάχοιτο.

Ita enim isti versus constituendi sunt, non prorsus illi quidem dissimiles iis, quibus Aristophanes in Vespis v. 1520. usus est:

Πηδᾶτε παρὰ ψάμαθον καὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτου καρίδων ἀδελφοί.

et 1525:

Ἐκλακτισάτω τις ὅπως ἰδόντες ἄνω σκέλος ὤζωσιν οἱ θεαταί.

Sed eundem Lamponem etiam aliis in locis huius fabulae vehementer laeserat Cratinus; Hesychius enim: *Ἀγερσικύβηλις*, inquit, *Κρατῖνος ἐν Δραπέτισιν ἐπὶ Λάμπωνος. τὸν αὐτὸν ἀγύρτην καὶ κυβηλιστὴν εἶπεν, οἱονεὶ θύτην καὶ μάντιν· κύβηλιν γὰρ ἔλεγον τὸν πέλεκυν· ὅθεν καὶ Λύσιππος ἐν Βάκχαις τὸν αὐτὸν ἀγύρτην κωμῳδεῖ* (scr. *ὡς* sive *εἰς ἀγύρτην*). Adde Etymol. M. p. 8, 10: *Ἀγερσικύβηλις· κύβηλις λέγεται ὁ πέλεκυς ὁ μαντικός· οἱ δὲ τὸν ἐφ' ἑαυτὸν ἀγείροντα τὸν πέλεκυν ἢ θύτην παρὰ τὴν ἄγερσιν τὸν ἄγερμον ἢ ἀθροισμόν, Κρατῖνος ἐν Δραπέταις.* Praeterea Suidas T. II. p. 388: *Κυβηλίσαι· πελεκίσαι· κύβηλις γὰρ ὁ πέλεκυς. καὶ ἀγερσικύβηλις, ὁ θύτης· Κρατῖνος Δραπετίσιν. ἐπὶ Λάμπωνος εἶπε τὸν ἀγύρτην καὶ κύβηλιν.* extrema verba addita sunt ad explicandam vocem *ἀγερσικύβηλις*, eodem modo quo Hesychius dixit: *τὸν αὐτὸν ἀγύρτην καὶ κυβηλιστὴν εἶπε*, quae quidam male sic interpretatus est, ac si his ipsis vocibus Cratinus esset usus. Ceterum ipsos Grammaticos de explicando hoc verbo admodum dubios fuisse cognoscimus ex Grammatico Bekkeri T. I. p. 336, 15: *Ἀγερσικύβηλιν· Κρατῖνος Λάμπωνα τὸν μάντιν, ὡς ἀγύρτην καὶ θύτην· κύβηλις γὰρ ὁ πέλεκυς· οἱ δὲ ἐγερσικύβηλιν ἐν τῷ δράματι γράφουσι. τὸν ἐφ' ἑαυτὸν ἐγείροντα τὸν πέλεκυν.* Unde etiam Hesychii glossa redintegranda: *οἱ δὲ* (*ἐγερσικύβηλιν γράφουσι,*) *τὸν ἐφ' ἑαυτὸν ἐγείροντα κτλ.* Sed mihi quidem Cratinus *ἀγερσικύβηλιν* videtur scripsisse, ut notaret Lamponem tanquam sacri-

ficulum stipem colligentem, tanquam avarum hominem et alieni appetentem: nam ii qui stipem corrogabant Diis deabusve paullatim in tantum inciderunt contemtum, ut pro mendicis haberentur, vid. Ruhnken. ad Timaeum p. 11. Iam vero quanta avaritia fuerint vates illo tempore, Aristophanes satis superque indicat in Pace inde a v. 1043. usque ad v. 1126. Huc adde quae in Avibus v. 958. sqq. leguntur. *Κύβηλις* autem vocabatur Lampon, quoniam publicis sacrificiis praeerat. *Κύβηλις* enim est culter, quo ad caedendas carnes utebantur, vid. Anaxippus in Citharoedo apud Athenaeum L. IV. p. 169. C: ubi coquus ita imperat:

Ζωμήρυσιν φέροις, ὀβελίσκους δώδεκα,
Κρεάγραν, θυείαν, τυροκνῆστιν παιδικήν,
Στελεόν, σκαφίδας τρεῖς, δορίδα, κοπίδας τέτταρας.
Οὐ μὴ πρότερον νεύσεις, θεοῖσιν ἐχθρὲ σύ,
Τὸ λεβήτιον καὶ λίστριον, πάλιν ὑστερεῖς;
Καὶ τὴν κύβηλιν τὴν ἀγωνιστηρίαν.

Sic enim corrigo. Adde Pollucem VI. 90: *Ἴσως δὲ καὶ τυρόκνηστιν, ἣν κύβηλιν καλοῦσιν*, ubi male vulgo *κύβηλον*, sed Cod. Falk.: *κύβηλιν*. et X. 105: *Ἐκ δὲ τούτων καὶ τυροκνῆστις, ἣν κύβηλιν καλοῦσιν, — ἡ δὲ κύβηλις ἐν Φιλήμονος Ἁρπαζομένῳ·*

Ὁρῶ μαγείρου καὶ κύβηλιν καὶ σκάφην.

Ita autem appellatum esse Lamponem potest etiam aliis testimoniis confirmari: nam huc revocanda est etiam alia glossa Hesychii, quae legitur infra v. *Κύβηλις· τινὲς τὴν τυροκνῆστιν φασιν· ἔπαιζεν δὲ ὁ Κρατῖνος παρὰ τό·*

Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν.

qui versus legitur Iliadis L. Ξ. 291. Non tamen credo hic ipsum illud vocabulum *ἀγερσικύβηλιν* dici: nam quo iure hoc componi possit cum Homerico illo versu vix perspicias. Dixerat Cratinus fortasse:

Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύβηλιν.

Solebat enim, quod alii quoque comici poetae non semel fecerunt, epicorum paululum immutatos versus usurpare, epicam gravitatem temperans comico lepore. Hoc genere parodiae praecipue usus erat in Eunidis, ut auctor est Athenaeus XV. p. 698. D. Et universa illa fabula *Ὀδυσσεῖς* nihil fuit aliud, si externam formam respicis, nisi parodia noni libri Odysseae. Et deprehenditur illud parodiae studium etiam nunc in compluribus fragmentis. Minime negligenda sunt, quae apud Eusebium in Praeparat. Evang. X. 3. Porphyrius dicit, qui cum probet quod Antimachus quae aliunde transtulerit, in melius mutare solitus sit, negat tamen laudandum esse, quod ex Homero illud exordium: *Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη* petiverit: haec autem ille dicit: *Ὁ Ἀντίμαχος κλέπτων τὰ Ὁμήρου παραθιορθεῖ. Ὁμήρου γὰρ εἰπόντος*

Ἰδέω θ' ὃς κάρτιστος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν.

Ἀντίμαχος λέγει·

Ἴδεω θ᾽ ὃς κάρτιστος ἐπιχθονίων ἦν ἀνδρῶν.
καὶ Λυκόφρων ἐπαινεῖ τὴν μετάθεσιν, ὡς δι᾽ αὐτῆς ἐστηριγμένου τοῦ στίχου· τὸ γάρ.
Τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Διομήδης
σιγῶ, Ὁμήρου κωμῳδηθέντος ὑπὸ Κρατίνου διὰ τὸ πλεονάσαι ἐν τῷ τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενος· ὅπερ οὕτω πεπατημένον οὐκ ὤκνησεν Ἀντίμαχος μεταθεῖναι. Notasse videtur Cratinus illud *ἀπαμειβόμενος προσέφη* maxime eo nomine, quod haec epicorum poetarum abundantia et narrandi ubertas alacriori sui aevi ingenio displicebat. Tales imitationes etiam alii versus Cratini produnt, ut quod ex hac ipsa fabula Pollux servavit IX. 99:

Πανδιονίδα πόλεως βασιλεῦ
Τῆς ἐριβώλακος.

et illud ex Pylaea apud Suidam T. I. p. 146:

Αὐτοὺς ἐπαίδευσεν, ἔθρεψέν τε
Δημοσίοις χρήμασιν εἰς ἥβην,
Ἵνα ποτέ οἱ λοιγὸν ἀμύναιντο.

Adde huic simillimum exemplum ex Chironibus (apud Plutarch. in vita Pericl. c. 3.) ubi rursus Deorum sermo ad Homeri morem usurpatur:

Στάσις δὲ γὰρ καὶ πρεσβυγενὴς Χρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιστον τίκτετον τύραννον
Ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλοῦσιν.

et praeterea compares versum apud Athenaeum XII. p. 566. F.:

Ταυτὶ δὴ τολμᾷς σὺ λέγειν, ῥοδοδάκτυλος οὖσα.

Quamquam magnopere errant, qui talia eo consilio a comico adhibita esse existimant, ut Homerus, vel tragicus aliquis poeta notaretur; verum quando res leves et ludicras tractant comici, saepe sermone grandi et supra soccum assurgente utuntur, qui ad epicorum et tragicorum similitudinem proxime accedit et saepe ex illorum operibus est repetitus: ita autem, cum argumenti levitas discrepet a sermonis gravitate, existit illud, quod comici maxime spectant, ridiculum. Sic igitur Cratinus dixerit:

Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύβηλιν.

Est autem hic quoque versus ad Fugitivas referendus tangiturque ipse ille Lampo: maxime autem notatur hominis avaritia. Quamquam enim fortasse quispiam dubitare possit, scripseritne Cratinus *Χαλκίδα* an aliud quod verbum, tamen probabile puto Homericum vocabulum a comico poeta servatum esse, ut pecuniae aviditatem notaret. Chalcis enim, Euboeae urbs non ignobilis, fuit hoc ipso nomine famosa: Plutarchus proverb. quibus Alex. usi sunt 84: *Χαλκίζειν* (scribendum videtur *Χαλκιδίζειν*) *ἐπὶ γλισχρευομένων· οἱ γὰρ ἐν Εὐβοίᾳ Χαλκιδεῖς ἐπὶ φιλαργυρίᾳ ἐκωμῳδοῦντο.* Eodem referenda videtur etiam appellatio illa meretricum, quam memorat, quamvis secus interpretetur, Eustath. ad Il. ψ. p. 1329, 31: *Καὶ μὴν Ἀνακρέων τὴν τοιαύτην οὐ πάνυ σφοδρῶς, ἀλλὰ περιεσκεμμένως πανδοσίαν ὠνείδισε καὶ λεώφορον καὶ πολύυμνον·*

ἄλλος δέ τις Χαλκιδίτην δι' εὐτέλειαν φασὶ τοῦ διδομένου νομίσματος. ubi scribendum *Χαλκιδῖτιν.* Iam Lamponem hac Cratini fabula satis nobilitatum esse colligere mihi videor ex iis, quae Plutarchus dicit Quaest. Symposiac. VII. 8, 3: *Ἔτι δ' ὥσπερ ἐν τοῖς ἡγεμονικοῖς δείπνοις ἑκάστῳ παρέστηκε τῶν κατακειμένων οἰνοχόος, οὕτω δεήσει γραμματικὸν ἑκάστῳ τὸ καθ' ἕκαστον ἐξηγεῖσθαι, τίς ὁ Λαισποδίας παρ' Εὐπόλιδι καὶ ὁ Κινησίας παρὰ Πλάτωνι καὶ Λάμπων παρὰ Κρατίνῳ καὶ τῶν κωμῳδουμένων ἕκαστος.* ita ut coniiciam per hanc integram fabulam Lamponis specie usum esse Cratinum, ut id quod propositum esset, significaret. Vatem fuisse et oraculorum interpretem docet Eupolis, vid. Grammaticum Bekkeri T. I. p. 96: *Ἐξηγητής· Εὔπολις Χρυσῷ γένει· Λάμπων οὐξηγητής· Μάντις γὰρ ἦν καὶ χρησμοὺς ἐξηγεῖτο.* haec grammatici sunt Eupolidea verba explicantis. Multum eo usus est Pericles, vid. Aristotel. Rhetor. III. 18: *Περὶ δὲ ἐρωτήσεως, εὔκαιρόν ἐστι ποιεῖσθαι, μάλιστα μέν, ὅταν τὸ ἕτερον εἰρηκὼς ᾖ, ὥστε ἑνὸς προσερωτηθέντος, συμβαίνει τὸ ἄτοπον· οἷον Περικλῆς Λάμπωνα ἐπήρετο περὶ τῆς τελετῆς τῶν τῆς Σωτείρας ἱερῶν· εἰπόντος δέ, ὅτι οὐχ οἷόν τε ἀτέλεστον ἀκούειν, ἤρετο, εἰ οἶδεν αὐτός· φάσκοντος δέ, καὶ πῶς ἀτέλεστος ὤν.* Lamponem summa auctoritate fuisse Athenis vel ex eo apparet, quod saepius Pericles eius consilio usus est, conf. Plutarch. vit. Periclis c. 6. Erant autem illi interpretes religionum ex nobilissimis familiis oriundi, vid. Plutrach. vit. Thesei c. 25: *Εὐπατρίδαις μὲν γιγνώσκειν τὰ θεῖα καὶ παρέχειν ἄρχοντας ἀποδοὺς καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς.* Iam unum ex his tribus interpretibus existimo ex Eumolpidarum familia delectum esse, qui ubi res ad Eleusinia sacra pertinebat consuleretur: certe commemoratur ὁ ἐξ Εὐμολπιδῶν ἐξηγητὴς a Pseudoplutarcho in vita Lycurgi: *Ταύτης δὲ καὶ Λυσάνδρου Μήδειος, ὁ καὶ ἐξηγητὴς ἐξ Εὐμολπιδῶν γενόμενος.* Et huic soli videtur licuisse Eleusinias religiones interpretari, quantum quidem coniicias ex Andocide Orat. de Myster §. 115: *Πάλιν ὁ Καλλίας στὰς ἔλεγεν, ὅτι νόμος πάτριος, εἴ τις ἱκετηρίαν θείη ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ, ἄκριτον ἀποθανεῖν· καὶ ὁ πατήρ ποτ' αὐτοῦ Ἱππόνικος ἐξηγήσαιτο ταῦτα Ἀθηναίοις, ἀκούσειε δ' ὅτι ἐγὼ θείη τὴν ἱκετηρίαν. Ἐντεῦθεν ἀναπηδᾷ Κέφαλος οὑτοσὶ καὶ λέγει· Ὦ Καλλία, πάντων ἀνθρώπων ἀνοσιώτατε, πρῶτον μὲν ἐξηγῇ κῆρυξ ὤν, οὐχ ὅσιόν σοι ἐξηγεῖσθαι.* Cephalus enim reprehendit Calliam, quod cum praeconis munere fungeretur, ausus esset interpretis sacrorum officium sibi vindicare. Eumolpidarum autem interpretem, qui leges a maioribus receptas non scriptas explicaret, commemorat etiam Lysias in Andocid. p. 207: *Καίτοι Περικλέα ποτέ φασι παραινέσαι ὑμῖν περὶ τῶν ἀσεβούντων, μὴ μόνον χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις νόμοις περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγράφοις, καθ' οὓς Εὐμολπίδαι ἐξηγοῦνται· οὓς οὐδείς πω κύριος ἐγένετο καθελεῖν οὐδ' ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν, οὐδὲ αὐτὸν τὸν θέντα ἴσασιν. ἡγεῖσθαι γὰρ ἂν αὐτοὺς οὕτως οὐ*

μόνον τοῖς ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς δοῦναι δίκην. Alias autem leges litteris mandatas fuisse colligi potest ex Athenaeo IX. p. 410 A: Παρέθετο ταῦτα καὶ Δωρόθεος, φάσκων ἐν τοῖς τῶν Εὐπατριδῶν (sic verissime Müllerus de Minerva Poliade p. 10) πατρίοις τάδε γεγράφθαι περὶ τῆς τῶν ἱκετῶν καθάρσεως. quamquam hoc quidem fortasse multo serius factum. De ritibus et legibus, quas explicabant sacri illi interpretes, scripserat Clidemus, quod cognoscimus ex illo ipso loco Athenaei: Ὡς καὶ Κλείδημος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐξηγητικῷ· προθεὶς γὰρ περὶ ἐναγισμῶν γράφει τάδε· Ὄρυξαι βόθυνον πρὸς ἑσπέραν τοῦ σήματος κτλ. Eiusmodi librum scripsit etiam Anticlides, vid. Athen. XI. p. 473 C: Ὡς Ἀντικλείδης φησὶν ἐν τῷ Ἐξηγητικῷ γράφων οὕτως· Διὸς κτησίου σημεῖα ἱδρύεσθαι χρὴ ὧδε· καδίσκον καινὸν δίωτον ἐπιθηματοῦντα, στέψαντα ὦτα ἐρίῳ λευκῷ, καὶ ἐκ τοῦ μετώπου τοῦ κροκίου καὶ ἐσθεῖναι ὅτι ἂν εὕρῃς καὶ εἰσχέαι ἀμβροσίαν· ἡ δὲ ἀμβροσία ὕδωρ ἀκραιφνές, ἔλαιον, παγκαρπία, ἅπερ ἔμβαλε. Adde Harpocrat. v. ὀξυθύμια v. παλαμναῖος et v. προκώνια. Lampo vero non fuit interpres ex Eumolpidarum gente, neque enim fuit mysteriis initiatus, vid. Aristotel. Rhetor. III. 18; sed in rebus maxime publicis de iure sacro respondebat. Ita cum portentum natum esset, monuit quid significaretur, vid. Plutarch. Pericle c. 6. Fraudulentiam, qua hac in re usus sit, arguit Aristophanes in Avibus v. 520:

Ὤμνυ τ' οὐδεὶς τότ' ἂν ἀνθρώπων θεόν, ἀλλ' ὄρνιθας ἅπαντες·
Λάμπων δ' ὄμνυσ' ἔτι καὶ νυνὶ τὸν χῆν', ὅταν ἐξαπατᾷ τι.

Similiter eum vexavit infra v. 981:

ΠΕΙ. Οὐδὲν ἄρ' ὅμοιός ἐσθ' ὁ χρησμὸς τουτῳΐ,
Ὃν ἐγὼ παρὰ τἀπόλλωνος ἐξεγραψάμην.
Αὐτὰρ ἐπὴν ἄκλητος ἐὼν ἄνθρωπος ἀλαζὼν
Λυπῇ θύοντας καὶ σπλαγχνεύειν ἐπιθυμῇ,
Δὴ τότε χρὴ τύπτειν αὐτὸν πλευρῶν τὸ μεταξύ.
ΧΡ. Οὐδὲν λέγειν οἶμαί σι. ΠΕΙ. Λαβὲ τὸ βιβλίον.
Καὶ φείδου μηδὲν μηδ' αἰετοῦ ἐν νεφέλῃσιν
Μήτ' ἢν Λάμπων ᾖ μήτ' ἢν ὁ μέγας Διοπείθης.

Ubi maxime avaritiam illorum hominum notavit poeta: videtur autem Lampo eo tempore, quo expeditio Sicula agitabatur, insignem operam uni alterive principi viro praestitisse: solebant enim tunc vatum maxime artibus uti, ut populum quo vellent, flecterent: vid. Plutarch. vit. Niciae c. 13: Καίτοι λέγεται πολλὰ καὶ παρὰ τῶν ἱερέων ἐναντιοῦσθαι πρὸς τὴν στρατείαν· ἀλλ' ἑτέρους ἔχων μάντεις ὁ Ἀλκιβιάδης ἐκ δή τινων λογίων προὔφερε παλαιῶν, μέγα κλέος τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ Σικελίας ἔσεσθαι: videtur autem illud oraculum non dissimile fuisse noto isti:

Αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι ἤματα πάντα,

quod ipsum tangit Aristophanes. Fuerunt enim illo tempore vatum studia acerrima: respicit huc etiam Euripides in Electra, quam fabulam statim post illam acerbissimam calamitatem doctam esse demonstrabo alio loco, ut v. 399:

Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι
Χρησμοί, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ.

v. 971:

OP. Ὦ Φοῖβε, πολλὴν ἀμαθίαν ἐθέσπισας·
HΛ. Ὅπου δ' Ἀπόλλων σκαιὸς ᾖ, τίνες σοφοί;

et infra:

OP. Ἆρ' αὔτ' ἀλάστωρ εἶπ' ἀπεικασθεὶς θεῷ;
HΛ. Ἱερὸν καθίζων τρίποδ'; ἐγὼ μὲν οὐ δοκῶ.
OP. Οὐδ' ἂν πιθοίμην εὖ μεμαντεῦσθαι τάδε.

et v. 1303:

Μοῖραν ἀνάγκης ἦγεν τὸ χρεών,
Φοίβου τ' ἄσοφοι γλώσσης ἐνοπαί·
HΛ. Τίς δ' ἔμ' Ἀπόλλων, ποῖοι χρησμοὶ
Φονίαν ἔδοσαν μητρὶ γενέσθαι.

Quae recenti memoria scripta accommodata erant et argumento instituto, et vero etiam praesentiae, statim ut tristem illum casum populo in mentem revocarent. Thucydides quoque VIII. 1. indicat, quanta fuerit auctoritas vatum in suscipienda illa expeditione: dicit enim cladis nuntio accepto Athenienses valde succensuisse vatibus: Ἐπειδὴ δὲ ἔγνωσαν, χαλεποὶ μὲν ἦσαν τοῖς ξυμπροθυμηθεῖσι τῶν ῥητόρων τὸν ἔκπλουν ὥσπερ οὐκ αὐτοὶ ψηφισάμενοι, ὠργίζοντο δὲ καὶ τοῖς χρησμολόγοις τε καὶ μάντεσι, καὶ ὁπόσοι τι τότε αὐτοὺς θειάσαντες ἐπήλπισαν ὡς λήψονται Σικελίαν. Saepius autem Lampo res publicas administravit: ita fuit inter eos, qui decimo belli Peloponnesiaci anno inducias fecerunt inter Lacedaemonios et Athenienses, vid. Thucydid. V. 19: Ὤμνυον δὲ οἵδε καὶ ἐσπένδοντο — Ἀθηναίων δὲ οἵδε, Λάμπων, Ἰσθμιόνικος, Νικίας, Λάχης κτλ. Et paulo post in legatorum Lacedaemona missorum numero fuit, qui pacem conciliaverunt. Thucydid. V. 24: Τὸν δὲ ὅρκον ὤμνυον — Ἀθηναίων δὲ Λάμπων, Ἰσθμιόνικος, Λάχης κτλ. Eiusdem Lamponis opera etiam Periclem usum esse puto, cum Thurios colonos deduceret: Pericles illa aetate reipublicae princeps huius quoque coloniae deducendae praecipuus fuit auctor, quod confirmat Plutarchus vit. Pericl. c. 11: Πρὸς δὲ τούτοις χιλίους μὲν ἔστειλεν εἰς Χερρόνησον κληρούχους, εἰς δὲ Νάξον πεντακοσίους, εἰς δὲ Ἄνδρον ἡμίσεις τούτων, εἰς δὲ Θρᾴκην χιλίους Βισάλταις συνοικήσοντας· ἄλλους δ' εἰς Ἰταλίαν, οἰκιζομένης Συβάρεως, ἣν Θουρίους προσηγόρευσαν. Et aperte idem memoriae tradit Periclem coloniae deducendae Lamponem praefecisse, praec. reip. gerendae c. 15: Ὡς Περικλῆς Μενίππῳ μὲν ἐχρῆτο πρὸς τὰς στρατηγίας, δι' Ἐφιάλτου δὲ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐταπείνωσε, διὰ δὲ Χαρίνου τὸ κατὰ Μεγαρέων ἐκύρωσε ψήφισμα, Λάμπωνα δὲ Θουρίων οἰκιστὴν ἐξέπεμψεν. Et consentaneum sane est, ubi nova urbs condenda aut colonia deducenda erat, semper vatem aliquem et interpretem sacrorum additum esse, qui illic rerum divinarum curam gereret, ut et rite res administraretur, et nova civitas cum patria religionum et sacrorum iure arctissime

copularetur. Hinc Lamponem ridet Aristophanes in Nubibus v. 331:

Οὐ γὰρ μὰ Δί' οἶσθ' ὅτιὴ πλείστους αὗται βόσκουσι σοφιστάς·
Θουριομάντεις, ἰατροτέχνας, σφραγιδονυχαργοκομήτας,
Κυκλίων τε χορῶν ᾀσματοκάμπτας, ἄνδρας μετεωροφένακας
Οὐδὲν δρῶντας βόσκουσ' ἀργοὺς ὅτι ταύτας μουσοποιοῦσιν.

ubi Schol. *Θουριομάντεις δὲ οὐ τοὺς ἀπὸ Θουρίου μάντεις, ἀλλὰ τοὺς εἰς Θούριον πεμφθέντας ἐπὶ τὸ κτίσαι αὐτήν. Ἐπέμφθησαν δὲ δέκα ἄνδρες, ὧν καὶ Λάμπων ἦν ὁ μάντις, ὃν ἐξηγητὴν ἐκάλουν. Ἦν δὲ καὶ τῶν πολιτευομένων πολλάκις· λόγους δὲ συνεχῶς εἰσάγειν ἐφαίνετο περὶ τῆς εἰς Θούριον ἀποικίας.* Decem viros cum dicit scholiasta coloniae deducendae praefuisse, (nisi forte ille numerus corruptus est, scribendumque *δ'*, h. e. *τέσσαρες*) cumque decem naves ornatae et repletae fuerint colonis, videtur in hac quoque re decem tribuum ratio esse habita. Et Lamponem fuisse inter duces colonorum dicit etiam Hesychius v. *Θουριομάντεις· τοὺς περὶ Λάμπωνα φασίν· εἰς γὰρ Σύβαριν τὴν ἀποικίαν λέγεται Λάμπων ἀγαγεῖν· τινὲς δὲ μάντιν ὄντα.* Alios, qui una cum Lampone coloniae deducendae praefuerint, memorat Photius p. 93, 19: *Θουριομάντεις· τοὺς περὶ Λάμπωνα· τὴν γὰρ εἰς Σύβαριν ἀποικίαν οἱ μὲν Λάμπωνι ἀνατιθέασιν· οἱ δὲ Ξενοκρίτῳ, οἱ δὲ τῷ Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ· οἱ δὲ καθαρίοι τῷ Λάκωνι· οἱ δὲ Πλησίππῳ Ἀθηναίῳ.* ubi scribendum est *οἱ δὲ Χαλκῷ Διονυσίῳ*: nam is quoque coloniae mittendae fuerat particeps; auctor est Plutarchus in vita Niciae c. 5: *Καὶ ὁ μάλιστα ταῦτα συντραγῳδῶν καὶ συμπεριτιθεὶς ὄγκον αὐτῷ καὶ δόξαν, Ἱέρων ἦν, ἀνὴρ τεθραμμένος ἐπὶ τῆς οἰκίας τοῦ Νικίου, περί τε γράμματα καὶ μουσικὴν ἐξησκημένος ὑπ' αὐτοῦ· προσποιούμενος δ' υἱὸς εἶναι Διονυσίου τοῦ Χαλκοῦ προσαγορευθέντος, οὗ καὶ ποιήματα σώζεται, καὶ τῆς εἰς Ἰταλίαν ἀποικίας ἡγεμὼν γενόμενος ἔκτισε Θουρίους.* haec enim postrema per negligentiorem quandam orationis conformationem ad Dionysium, non ad Hieronem referenda sunt. Praeterea in Photio corrigo: *οἱ δὲ Καθαρείῳ* vel etiam *Καθαρίῳ τῷ Λάκωνι· οἱ δὲ Τλησίππῳ τῷ Ἀθηναίῳ.* Nam Lacedaemonios quoque et alios Graecos in societatem huius coloniae vocatos esse testatur Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 373: *Ὕστερον δὲ τῆς πόλεως μετατεθείσης καὶ συνοικισθείσης ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ ἄλλων Ἑλλήνων Θούριοι προσηγορεύθησαν ἀπὸ κρήνης τινὸς ὁμωνύμου.* et infra: *Ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀποικίαν στείλαντες τὴν πόλιν συνῴκισαν καὶ Θούριον ὡς εἴρηται μετωνόμασαν. Καὶ ἔστιν ἡ εἰς τὸ Θούριον ἀποικία πολλὴ ἐν ταῖς ἱστορίαις καί τινας Θουριομάντεις ὁ κωμικὸς λέγει, ὡς εἰς αὐτὴν ὁδηγήσαντας.* quamquam Lacedaemonii, qui participes erant, non publica auctoritate, sed sua sponte id videntur fecisse, quod ex Diodoro confici licet. Sed ambigunt de anno, quo colonia illa deducta sit Sybarin: Diodorus quidem XII. 10. memoriae prodit factum

hoc esse Callimacho archonte, h. e. Olymp. LXXXIII. 3: *Ἐπ' ἄρχοντος δὲ Καλλιμάχου συνῳκίσθη καὶ μετὰ βραχὺ μετασταθεῖσα εἰς ἕτερον τόπον προσηγορίας ἑτέρας ἔτυχε, κτιστῶν γενομένων Λάμπωνος καὶ Ξενοκρίτου τοῦτον τὸν τρόπον.* Deinde exponit Sybaritas in summam inopiam coniectos ab Atheniensibus et Lacedaemoniis colonos petivisse: et Lacedaemonios quidem denegavisse, Athenienses autem decem naves ducibus Lampone et Xenocrito misisse, qui Sybarin pervenerint: praeterea vero etiam Peloponnesios in societatem vocatos esse, multosque praestantia et commoditate loci perductos illuc commigrasse: colonos autem non multo post sedem urbis ex Apollinis oraculo mutavisse et alio contulisse in locum, qui est inter Crathin et Sybarin fluvios, novaeque urbi Thurios nomen indidisse. Itaque sane Callimacho praetore videntur primi coloni Thurios Athenis pervenisse: factum autem illud puto ante illud tempus, quo Euboea defecit; Plutarchus enim eo maxime consilio dicit Periclem misisse, ut seditiosae multitudinis robur imminueret et frangeret, ne novarum rerum cupidi civitatis statum perturbarent; haec enim c. 11. subiungit: *Καὶ ταῦτ' ἔπραττεν ἀποκουφίζων μὲν ἀργοῦ καὶ διὰ σχολὴν πολυπράγμονος ὄχλου τὴν πόλιν, ἐπανορθούμενος δὲ τὰς ἀπορίας τοῦ δήμου, φόβον δὲ καὶ φρουρὰν τοῦ μὴ νεωτερίζειν τι παρακατοικίζων τοῖς συμμάχοις.* Eodem igitur anno videntur Lampo, Xenocritus, reliqui Thurios condidisse: Peloponnesii fortasse Cathario illo Lacedaemonio duce erant usi. Oraculum autem, cuius auctoritatem secuti sunt coloni, Diodorus dicit hoc esse: *Ὅτι δεῖ κτίσαι πόλιν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ὅπου μέλλουσιν οἰκεῖν μέτριον ὕδωρ πίνοντες, ἀμετρῆ δὲ μάζαν ἔδοντες.* quorsum spectat Photii glossa p. 263, 9: *Μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἀμετρία δὲ μάζαν ἔδοντες· οὗτος ὁ στίχος εἰς παροιμίαν περιέστη ἔκ τινος χρησμοῦ, ὃν ἀνεῖλεν ὁ θεὸς Συβαρίταις· ὑβρισταὶ γὰρ ὄντες καὶ ἀμετροπόται ἀπώλοντο ὑπὸ Κροτωνιατῶν· τοῖς οὖν διαφυγοῦσιν αὐτῶν οὕτως ἐχρήσθη.* Puto autem illum versiculum sic esse scribendum:

Μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἄμετροι δὲ μᾶζαν ἔδοντες.

Atque sic nunc video illum versum legi apud Arsenium Viol. p. 353. ed. Walz. Urbi autem cum esset locus opportunus delectus, Hippodamus nobilissimus architectus omnem rem moderatus esse videtur: tradit enim hunc quoque colonis adscriptum fuisse Hesychius v. *Ἱπποδάμου νέμησις· τὸν Πειραιᾶ Ἱππόδαμος Εὐρυφῶντος παῖς, ὁ καὶ Μετεωρολόγος, διεῖλεν Ἀθηναίοις· οὗτος δὲ ἦν καὶ ὁ μετοικήσας εἰς Θουρίους, Μιλήσιος ὤν.* Hinc *Θούριος* dicitur a Schol. Aristoph. Eqq. 306. Pulchre autem et artificiose urbis regiones descriptas esse testis est Diodorus XII. 10. Fortasse Pericle maxime auctore Hippodamus in societatem vocatus est. Iam urbe nova condita, ut Diodorus X. 11. memoriae prodit, non diu concordia et tranquillitas valuerunt: antiqui enim urbis incolae Sybaritae cum iusto plus sibi vindicarent, novosque colonos aequabilitate iuris, munerum et honorum privare vellent, gra-

vissima est insecuta reipublicae perturbatio et calamitas. Seditione autem exorta Sybaritae ex urbe eiecti sunt, quod factum esse Olymp. LXXXIII. 4. archonte Lysimachide testatur Diodorus XII. 22. Advenae autem illi cum urbem vacuam fecissent, ad novam civitatem firmandam alios adsciverunt ex Graecia colonos; dicit enim Diodorus XII. 11: *Πολλῆς δὲ οὔσης καὶ καλῆς χώρας οἰκήτορας ἐκ τῆς Ἑλλάδος μεταπεμψάμενοι συχνοὺς διενείμαντο τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἐπ' ἴσης ἔνεμον.* haec enim docet facta esse post eiectos antiquos incolas, tumque aequabilitatem iuris restitutam. Puto autem hoc accidisse illo ipso anno et eo qui post secutus est, Praxitele archonte, Olymp. LXXXIV. 1. quo quidem anno vires Thuriorum auctas et confirmatas esse vel inde coniicias, quod eo anno cum Tarentinis opulentissima civitate bellum gesserunt: id quod refert Diodorus XII. 23. Et puto tunc novos colonos etiam Athenis profectos esse, ut iam concilietur illa diversitas anni quo urbs condita sit ab Atheniensibus, alii enim tradunt id factum esse Praxitele archonte: ita Dionysius de Lysia in exordio: *Λυσίας ὁ Κεφάλου Συρακοσίων μὲν ἦν γονέων· ἐγεννήθη δὲ Ἀθήνησι μετοικοῦντι τῷ πατρί, καὶ συνεπαιδεύθη τοῖς ἐπιφανεστάτοις Ἀθηναίων· ἔτη δὲ πεντηκαίδεκα γεγονὼς εἰς Θουρίους ᾤχετο πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσί, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας, ἣν ἔστελλον Ἀθηναῖοί τε καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς δωδεκάτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου.* Consentit Plutarchus vit. Lysiae: *Ἐπεὶ δὲ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν, τὴν ὕστερον Θουρίους μετονομασθεῖσαν, ἔστελλεν ἡ πόλις, ᾤχετο σὺν τῷ πρεσβυτάτῳ ἀδελφῷ Πολεμάρχῳ (ἦσαν γὰρ αὐτῷ καὶ ἄλλοι δύο, Εὐθύδημος καὶ Βράχυλλος) τοῦ πατρὸς ἤδη τετελευτηκότος, ὡς κοινωνήσων τοῦ κλήρου, ἔτη γεγονὼς πεντεκαίδεκα, ἐπὶ Πραξιτέλους ἄρχοντος.*

Hos igitur novos advenas credo Praxitele archonte h. e. Olymp. LXXXIV. 1. Thurios venisse, in quorum numero etiam Lysias fuerit: praefuit fortasse his colonis Dionysius ille aeneus, quem Plutarchus et Photius in societatem huius coloniae deducendae vocant. Hoc anno autem Periclem denuo colonos in Italiam misisse, admodum est veri simile, quoniam pace cum Lacedaemoniis composita restitutaque tranquillitate verendum erat, ne cives novi quid molirentur. Thurios puto etiam Thucydidem Melesiae filium se contulisse, non tamen tunc cum esset testarum suffragio e civitate eiectus, quod cadit in Praxitelis annum, si quidem Plutarchus vit. Pericl. c. 16. dicit: *Μετὰ δὲ τὴν Θουκυδίδου κατάλυσιν καὶ τὸν ὀστρακισμὸν οὐκ ἐλάττω τῶν πεντεκαίδεκα ἐτῶν διήνεγκε καὶ μίαν οὖσαν ἐν ταῖς ἐνιαυσίαις στρατηγίαις ἀρχὴν καὶ δυναστείαν κτησάμενος ἐφύλαξεν ἑαυτὸν ἀνάλωτον ὑπὸ χρημάτων.* sed duobus annis ante Thurios Thucydidem se contulisse coniicio ex iis quae leguntur in vita altera Thucydidis rerum scriptoris, quae etsi sunt perversissima, non tamen temere sunt spernenda: auctor enim huius libelli incredibili errore confundit Thucydidem Melesiae filium, virum illum popularem cum Thucydide rerum scriptore: omnia enim illa, quae leguntur de causa

Pyrilampis suscepta a Thucydide, de odio in Periclem, de imperio militari, referenda sunt non ad Thucydidem Olori filium, sed ad hunc Alopecensem: verum haec accuratius persequi non est huius loci, dicturumque spero de hac re sane difficili amicissimum Dryandrum in vita Antiphontis. Itaque ad eundem hunc Thucydidem revocanda etiam sunt quae subsequuntur: *Πρῶτον μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Ξενοκρίτου, ὡς Σύβαριν ἀποδημήσας* [*ὡς*] (hoc quidem delendum censeo) *ἐπανῆλθεν εἰς Ἀθήνας, συγχύσεως δικαστηρίου φεύγων ἑάλω· ὕστερον δὲ ὀστρακίζεται ἔτη δέκα· φεύγων δὲ ἐν Αἰγίνῃ διέτριβε, κἀκεῖ λέγεται τὰς ἱστορίας αὐτὸν συντάξασθαι· τότε δὲ τὴν φιλαργυρίαν αὐτοῦ μάλιστα φανερὰν γενέσθαι· ἅπαντας γὰρ Αἰγινήτας κατοικίζων ἀναστάτους ἐποίησε.* Quae prorsus praepostere sunt perturbata, alia enim ad Melesiae filium pertinent, alia, ultima dico, ad rerum gestarum scriptorem. Credo enim Periclem ita instituisse, ut cum primum colonia Thurios esset deducenda, Thucydides quoque acerrimus optimatium propugnator in societatem illius coloniae vocaretur: videtur enim in ducum numero fuisse, quos populus tributim ut opinor delegerat: Periclem autem hac occasione maxime usum esse ut adversarios et rerum novarum studiosos removeret ex urbe, testatur Plutarchus vit. Pericl. c. 11. qui cum optimatium studia et huius Thucydidis inprimis ingenium descripsisset, addit Periclem coloniis deducendis maxime vim adversariorum et populi audaciam fregisse, ibique etiam Thuriorum mentionem iniicit: fuerit autem Thucydides primis illis colonis adscriptus, Olymp. LXXXIII. 3: qua quidem re eius potentiam et auctoritatem imminutam esse consentaneum est, quod videor mihi etiam colligere ex Plutarchi verbis vit. Pericl. c. 16: *μετὰ δὲ τὴν Θουκυδίδου κατάλυσιν καὶ τὸν ὀστρακισμόν*: distinguit enim, ut videtur, utrumque, ita ut *κατάλυσις* referenda sit ad secessionem. Reversus vero Thuriis Athenas Thucydides a Xenocrito illo, qui et ipse coloniae condendae praefuerat, in ius est vocatus atque condemnatus. Sed quale illud crimen fuerit, quod admisisse Thucydidem dicit grammaticus, fateor me ignorare: iam non ita multo post in exilium est eiectus testarum suffragio: apparet igitur quam accurate Plutarchus dicat. *μετὰ δὲ τὴν Θουκυδίδου κατάλυσιν καὶ τὸν ὀστρακισμόν.* Decem annorum exilio condemnatum esse dicit auctor vitae Thucydidis consentitque Schol. Aristoph. Vesp. v. 947: *Θουκυδίδην λέγει τὸν Μιλησίου* (*Μελησίου*) *Ἀλωπεκῆθεν· τοῦτον δὲ ἐξωστράκισαν Ἀθηναῖοι τὰ ἰ ἔτη κατὰ τὸν νόμον.* Sed quaeritur quo tempore illud sit factum; et primum quidem non levis difficultas inde oritur, quod Auctor vitae Sophocleae dicit Sophoclem una cum Thucydide imperatorem fuisse in bello Samio: *Οὐ γὰρ εἰκὸς τὸν ἐκ τοῦ τοιούτου γενόμενον στρατηγίας ἀξιωθῆναι σὺν Περικλεῖ καὶ Θουκυδίδῃ, τοῖς πρώτοις τῆς πόλεως.* Atque infra de Sophocle: *Καὶ Ἀθηναῖοι δὲ αὐτὸν πεντήκοντα ἑπτὰ ἐτῶν ὄντα στρατηγὸν εἵλοντο, πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν ἔτεσιν ἑπτά, ἐν τῷ πρὸς Ἀναίαν πολέμῳ.* Sed hoc quidem nego Sophoclem et Thucydidem uno eodemque anno fuisse duces; quam-

quam difficillima est quaestio, neque in praesentia liceat Boeckhii doctissimas quaestiones inspicere. Ego quidem persuasum habeo Sophoclem principio Samii belli interfuisse, archonte enim Timocle videtur imperator factus esse, cum novem reliquis, quorum nomina commodissime servata sunt a Scholiasta Aristidis T. III. p. 485. ed. Dindorf. Aristides enim cum in oratione de Quat. T. II. p. 103. de Samia expeditione haec dicit: *Οὐχ οὗτος ὁ μηδαμοῦ καθεύδειν ἐῶν, ἐπὶ μὲν Σάμῳ δέκατος αὐτὸς στρατηγῶν, ἀποκρύψας τοὺς ἄλλους ἅπαντας στρατηγοὺς καὶ δείξας ὄνομα ἄλλως ὄντας, καὶ τοὺς Σαμίους καταστήσας εἰς πολιορκίαν οὐχ ἡσυχάζων, ἀλλ' ἐκπλέων μέρει τινὶ τῶν νεῶν ἐπὶ Καρίας καὶ μετὰ ταῦτ' ἀπελθόντος αὐτοῦ θαρρήσαντας ἐπεξελθεῖν καὶ πλέον σχόντας τῶν ἐφορμούντων ἀναστρέψας αὖθις καθείργων ἕως παρεστήσατο.* doctus grammaticus haec adscripsit: *Τῶν δέκα στρατηγῶν τῶν ἐν Σάμῳ τὰ ὀνόματα κατὰ Ἀνδροτίωνα· Σωκράτης Ἀναγυράσιος, Σοφοκλῆς ἐκ Κολωνοῦ ὁ ποιητής, Ἀνδοκίδης Κυδαθηναιεύς, Κρέων Σκαμβωνίδης, Περικλῆς Χολαργεύς, Γλαύκων ἐκ Κεραμέων, Καλλίστρατος Ἀχαρνεύς, Ξενοφῶν Μελιτεύς.* *) At sunt octo tantum:

---

*) Fuerunt omnes hi duces ex nobilissimis familiis: principes enim genere et honestate etiam tunc eligere solebant, quod postea neglectum: graviter hoc ipsum conqueritur Eupolis in Pagis apud Stobaeum XLIII. 9:

Καὶ μὴν ἐγὼ πολλῶν παρόντων οὐκ ἔχω τί λέξω·
Οὕτω σφόδρ' ἀλγῶ τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ὑμῖν.
Ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν οἱ γέροντες,
Ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ
Ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν πλούτῳ γένει δὲ πρῶτοι,
Οἷς ὡσπερεὶ θεοῖσιν εὐχόμεσθα· καὶ γὰρ ἦσαν.
Ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν· νυνὶ δ' ὅποι τύχοιμεν
Στρατευόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς.

Eodemque modo in Urbibus ap. Athen. X. p. 425. A:

Οὓς δ' οὐκ ἂν εἵλεσθ' οὐδ' ἂν οἰνόπτας πρὸ τοῦ,
Νυνὶ στρατηγοὺς ἔχομεν· ὦ πόλις, πόλις,
Ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς.

Similiter Aristophanes in Ranis calamitatem ducum illorum ad Arginusas insulas respiciens conqueritur v. 708 — 716 et magis etiam in antepirrhemate v. 726 — 747, quae illis Eupolideis sunt simillima. Sed illuc revertar. Socrates Anagyrasius videtur filius esse Antigenis, qui quidem Socrates rursus fuit initio belli Peloponnesiaci praetor, vid. Thucyd. II. 23: *Ἐστρατήγει δὲ Καρκίνος τε ὁ Ξενοτίμου καὶ Πρωτέας ὁ Ἐπικλέους καὶ Σωκράτης ὁ Ἀντιγένους.* Andocides autem Cynatheniensis nobilis ille est orator, quem et ipsum puto Thuriorum coloniae participem fuisse: Pericles enim hunc ut alios nobiles Athenienses videtur commovisse ut illuc abiret: hinc Plutarchus in vita Andocidis: *τὸν δὲ δῆμον Κυδαθηναιεὺς ἢ Θούριος, γένους εὐπατριδῶν,* quod citra necessitatem homines docti in *Θορεὺς* mutaverunt. Thuriis autem reversus propter nobilitatem generis bello Samio factus est praetor: rursus bello Corcyraeo Olymp. LXXXVI. 2. archonte Antiochide fuit praetor, vid. Thucyd. I. 51: *αἱ εἴκοσι νῆες αἱ ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν αὗται, ὧν ἦρχε Γλαύκων τε ὁ Λεάγρου καὶ Ἀνδοκίδης ὁ Λεωγόρου.* Creon quis fuerit ignoro, nobili vero genere et ipse oriundus videtur. Glauco autem est idem ille Leagri filius, qui postea quoque bello Corcyraeo cum Andocide fuit praetor, vid. Thucydidem eo loco, quem dixi. Erat autem

neque vero credo consulto scholiastam reliquos duos praeteriisse, quoniam crediderit non interfuisse bello Samio: nam omnes decem in belli societatem vocatos esse colligere mihi videor ex Thucydide I. 116. qui dicit: *Περικλέους δεκάτου αὐτοῦ στρατηγοῦντος*, quod ne secus intelligas, compares quod legitur apud eundem II. 79: *ἐστρατήγει δὲ Ξενοφῶν ὁ Εὐριπίδου τρίτος αὐτός*. Credo autem duo postrema nomina excidisse, quoniam legitimo ordine secundum tribus nominantur. Arbitror enim antiquitus, quamdiu salva atque integra reipublicae forma servabatur, praetores singulos ex singulis tribubus delectos esse: idque confirmatur etiam Plutarchi auctoritate qui in vita Cimonis dicit c. 8: *Ὁ δὲ Κίμων μετὰ τῶν συστρατηγῶν προελθὼν εἰς τὸ θέατρον ἐποιήσατο τῷ θεῷ τὰς νενομισμένας σπονδάς, οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἀπελθεῖν, ἀλλὰ ὁρκώσας ἠνάγκασεν καθίσαι καὶ κρῖναι δέκα ὄντας ἀπὸ φυλῆς μιᾶς ἕκαστον.* Post vero aucta ambitione et gloriae cupiditate, praesertim cum maior rei militaris prudentia quam antea in praetore requireretur, maiorum morem migraverunt et promiscue belli duces creabant. Hinc Pollux VIII. 87. archontibus dicit potestatem esse: *κληροῦν δικαστὰς καὶ ἀθλοθέτας ἕνα κατὰ φυλὴν ἑκάστην καὶ στρατηγοὺς χειροτονεῖν ἐξ ἁπάντων.* Videtur id maxime factum esse ea aetate, qua belli Peloponnesiaci calamitates omnia instituta funditus evertebant: sed paullatim Athenienses a patria consuetudine discessisse probat hic ipse locus: sunt enim illi duces

I. Socrates Anagyrasius ex Erechtheide tribu,
II. Sophocles Coloneus ex Aegeide?

---

hic Glauco cum Andocide necessitate coniunctus; Glauco enim in matrimonium duxerat filiam Tisandri, sororem matris Andocidis: habuisse enim videtur Tisander ille tres liberos, filium Epilycum, (qui in Sicilia mortuus duas reliquit filias;) filias autem duas, alteram quae nupsit Leogorae, alteram, quam Glauco domum duxit. Igitur cum mortuus esset Epilycus altera eius filiola lege pertinebat ad Andocidem, altera ad Leagrum, Glauconis filium: vid. Andocid. de Mysteriis 117. seqq. Glauco autem ille filium habuit Leagrum, quem propter stultitiam vexat Plato comicus apud Athen. II. p. 68. E., filiam vero, quae nupsit Calliae Hipponici filio, ex eoque peperit Hipponicum, vid. Andocid. de Mysteriis 126. Reperies autem omnino si optimatium familias Athenis accuratius perquisiveris, eas plus semel necessitate coniunctas esse inter se. Callistratum Acharnensem non novi: nisi forte est ille Callistratus, cuius nomine et auctoritate Aristophanes in fabulis docendis utebatur, quem pervulgato errore homines docti histrionem esse credunt: at de Callistrato eiusque cum Aristophane amicitia qui feruntur errores, confutabuntur alias: ne Philonides quidem histrio, quem opinantur, fuit: unus Apollodorus innotuit, qui in Aristophanis Pace personam Trygaei opinor egit: quam didascaliam praeteriens ita corrigo: *τὸ δὲ δρᾶμα ὑπεκρίνατο Ἀπολλόδωρος· ἀνέθηκε Ἑρμῆν Λεωκράτης.* Leocrates ille, Stroebi ut videtur filius, Leocratis maioris, qui Periclis fuerat adversarius, nepos, choregus fuit et Hermam in memoriam victoriae dedicavit: sed haec accuratius persequi non licet. — Xenophon denique Melitensis est Euripidis filius, qui rursus Olymp. LXXVII. 4. praetor in Thraciam est missus: Thucyd. II. 79: *ἐστρατήγει δὲ Ξενοφῶν ὁ Εὐριπίδου τρίτος αὐτός.* Cf. praeterea Lysias de bonis Aristoph. p. 311. ed. Bekker.

III. Andocides Cynatheniensis ex Pandionide,
IV. Creon Scambonides ex Leontide,
V. Pericles Cholargensis ex *Acamantide*,
VI. Glaucon Ceramensis ex *Acamantide*,
VII. Callistratus Acharnensis ex Oeneide,
VIII. Xenophon Melitensis ex Cecropide.

Hic vero erat ordo tribuum solennis: publici autem alicuius momenti auctoritatem secutus esse videtur Androtion. Et primum quidem quod Sophocles secundo loco commemoratur, ex eo mihi videor non incerta coniectura colligere, Colonum antiquitus ad Aegeidem tribum, postea demum ad Antiochidem pertinuisse, de qua re ambigebatur adhuc. Deinde autem et Pericles Cholargensis et Glauco Ceramensis sunt ad Acamantidem tribum referendi: et hoc sane contra consuetudinem factum est: non tamen mirum est in Pericle viro omnium fortissimo reique militaris peritissimo, tunc civitatis principe Athenienses a legitimo more recessisse, ut cum iam Glauconem Acamantidis tribules delegissent, huic adiungerent Periclem. Acamantidis tribus praetores continuo ex more excipiunt Oeneis et Cecropis: iam vero cum duorum tantum ducum nomina desiderentur, tres autem supersint tribus, Hippothoontis, Aeantis, Antiochis, necesse est, unam ex his tribubus caruisse praetore: videmus igitur iam tum Athenienses descivisse ab maiorum instituto: fortasse autem illa difficultas ita est tollenda, ut dicamus unum ex decem praetoribus initio anni aut mortuum esse aut munere ut abdicaretur coactum, deinde autem alium aut Glauconem illum aut Periclem in eius locum esse suffectum; neque enim initio statim anni videntur decem alii ex singulis tribubus electi esse, qui sufficerentur, quando esset opus: puto enim hoc in solis senatoribus et archontibus usu venisse: sed incerta haec fateor nituntur coniectura. Iam quod dixi Sophoclem Timocle archonte praetorem esse delectum, id ipse quoque auctor vitae Soph. confirmat, dicit enim: *Καὶ Ἀθηναῖοι δὲ αὐτὸν πεντήκοντα ἑπτὰ ἐτῶν ὄντα στρατηγὸν εἵλοντο, πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν ἔτεσιν ἑπτά, ἐν τῷ πρὸς Ἀναίαν πολέμῳ.* Quamquam quod de anno dicit admodum incertum est neque congruit, recte tamen dicit Sophoclem interfuisse bello adversus Anaeam: hoc enim aperte pertinet ad prius belli Samii tempus: Iam vero quod idem vitae auctor dicit Sophoclem collegam habuisse Thucydidem: *Οὐ γὰρ εἰκὸς τὸν ἐκ τοῦ τοιούτου γενόμενον στρατηγίας ἀξιωθῆναι σὺν Περικλεῖ καὶ Θουκυδίδῃ, τοῖς πρώτοις τῆς πόλεως.* id verum esse nego et pernego. Thucydidem ducem interfuisse huic Samio bello etiam Thucydides refert I. 117, sed ex illo loco satis apparet, eum non fuisse collegam Sophoclis: dicit enim: *Καὶ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ὕστερον προσεβοήθησαν τεσσαράκοντα μὲν αἱ μετὰ Θουκυδίδου καὶ Ἅγνωνος καὶ Φορμίωνος νῆες, εἴκοσι δὲ αἱ μετὰ Τληπολέμου καὶ Ἀντικλέους, ἐκ δὲ Χίου καὶ Λέσβου τριάκοντα.* Iam primum ex hoc loco satis superque apparet Thucydidis collegas in praetura

fuisse Hagnonem et Phormionem, viros nobilissimos fortissimosque: nam classi praeerant ipsi praetores, non triremium duces. Iam si Thucydides fuisset collega Sophoclis, certe alter ex his, aut Hagno aut Phormio debuisset relatus esse ab Androtione in catalogum ducum: octo enim nomina ibi leguntur, ut tribus his nullus sit locus concessus. Et puto etiam Tlepolemum et Anticlem praetores fuisse: nam quod Thucydides hos distinguit ab illis, videtur haec fuisse causa, quod Thucydides, Hagno, Phormio praeerant navibus longis quadraginta, Tlepolemus et Anticles navibus onerariis, quibus impositae erant copiae: nam has quoque naves Atticas fuisse, iisque praetores Atticos praefectos esse coniicias inde, quod statim sociorum quoque naves memorantur; compares locum non dissimilem apud ipsum Thucydidem VI. 43: *Τριήρεσι μὲν ταῖς πάσαις τέσσαρσι καὶ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν καὶ δυοῖν Ῥοδίοιν πεντηκοντόροιν· τούτων Ἀττικαὶ μὲν ἦσαν ἑκατόν, ὧν αἱ μὲν ἑξήκοντα ταχεῖαι, αἱ δ' ἄλλαι στρατιωτίδες· τὸ δὲ ἄλλο ναυτικὸν Χίων καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων.* Iam vero etiam ipse rerum gestarum ordo docet, Thucydidem anno altero, Morychide archonte, fuisse praetorem: nam Thucydides dicit tum demum Thucydidem Samum pervenisse cum iam iterum obsidione Samios cinxisset Pericles. Secundi igitur anni praetores fuerunt Thucydides, Hagno, Phormio, Tlepolemus, Anticles, Pericles, quatuor alii: nam Pericles hoc quoque anno praetoris munere functus est, quod dilucide Diodorus dicit XII. 27: *Οἱ δὲ πάλιν Περικλέα προχειρισάμενοι στρατηγὸν ἐξέπεμψαν ἐπὶ τοὺς Σαμίους μετὰ νεῶν ἑξήκοντα*, quamquam, ut haec omnia temere confundit, praepostere dicit Periclem delectum esse iterum praetorem initio secundi belli Samii: nam prius bellum ortum esse videtur medio fere anno, Olymp. LXXXIV. 4. eique interfuit et Sophocles, quod indicat vitae scriptor (*ἐν τῷ πρὸς Ἀναίαν πολέμῳ*) et Pericles: hoc bellum cum brevi esset compositum Athenienses populare instituunt imperium praesidioque relicto revertuntur Athenas. Sed exules Samii, adiuncto Pisuthne Persico satrapa, rursus potiuntur insula: quo nuntio Athenas perlato expeditio omni virium contentione paratur, cui Pericles cum Sophocle et ceteris praetoribus praeest.; vid. Thucyd. I. 116: factum hoc est sub finem anni. Et Pericles quidem Samios pugna navali ad Tragiam fudit ac fugavit, quamquam non integra classe utebatur; plures enim naves Chium et Lesbum miserat qui auxilia arcesserent, vid. Thucydides: *Ἀθηναῖοι δέ, ὡς ᾔσθοντο ταῦτα πλεύσαντες ναυσὶν ἑξήκοντα ἐπὶ Σάμου, ταῖς μὲν ἑκκαίδεκα τῶν νεῶν οὐκ ἐχρήσαντο (ἔτυχον γὰρ αἱ μὲν ἐπὶ Καρίας εἰς προσκοπὴν τῶν Φοινισσῶν νεῶν οἰχόμεναι, αἱ δ' ἐπὶ Χίου καὶ Λέσβου περιαγγέλλουσαι βοηθεῖν) τεσσαράκοντα δὲ ναυσὶ καὶ τέτταρσι, Περικλέους δεκάτου αὐτοῦ στρατηγοῦντος, ἐναυμάχησαν πρὸς Τραγίᾳ τῇ νήσῳ κτλ.* Haec dum geruntur Sophocles Chium et Lesbum adiit cum navibus, ut naves et copias arcesseret: quod memoriae prodidit Sophoclis aequalis Ion apud Athenaeum XIII. p. 603. F: *Σο-*

φοκλεῖ τῷ ποιητῇ ἐν Χίῳ συνήντησα, ὅτε ἔπλει εἰς Λέσβον στρατηγός, ἀνδρὶ παιδιώδει παρ' οἶνον καὶ δεξιῷ, et deinde extrema narratione idem tradit Sophoclem dixisse: *Μελετῶ, εἶπε, στρατηγεῖν, ὦ ἄνδρες· ἐπειδή περ Περικλῆς ποιεῖν μὲν ἐμὲ ἔφη, στρατηγεῖν δ' οὐκ ἐπίστασθαι· ἆρ' οὖν οὐ κατ' ὀρθόν μοι πέπτωκε τὸ στρατήγημα; Τοιαῦτα πολλὰ δεξιῶς ἔλεγέ τε καὶ ἔπρησσεν, ὅτε πίνοι ἢ παίζοι· τὰ μέντοι πολιτικὰ οὔτε σοφὸς οὔτε ῥεκτήριος ἦν, ἀλλ' ὡς ἄν τις εἷς τῶν χρηστῶν Ἀθηναίων.* Conciliavit autem Atheniensibus auxilium Chiorum et Lesbiorum, qui viginti quinque naves miserunt: vid. Thucyd. ibid. *Ὕστερον δὲ αὐτοῖς ἐβοήθησαν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν νῆες τεσσαράκοντα καὶ Χίων καὶ Λεσβίων πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἀποβάντες καὶ κρατοῦντες τῷ πεζῷ ἐπολιόρκουν τρισὶ τείχεσι τὴν πόλιν καὶ ἐκ θαλάσσης ἅμα.* Et operibus his faciendis Sophocles quoque cum collegis praefuit, vid. Strabo XIV. p. **446**: *Πέμψαντες στρατηγὸν Περικλέα καὶ σὺν αὐτῷ Σοφοκλέα τὸν ποιητὴν πολιορκίᾳ κακῶς διέθηκαν ἀπειθοῦντας τοὺς Σαμίους.* Iam Pericles parte copiarum relicta cum sexaginta navibus Phoeniciae classi obviam profectus est: interim Samii obsessi, eruptione facta, Athenienses necopinato aggrediuntur eosque vincunt, et quatuordecim dies mari libero utuntur. Pericles vero huius calamitatis certior factus revertitur et Samios denuo obsidione claudit. Haec omnia gesta sunt tribus fere mensibus, Munychione, Thargelione, Scirrophorione. Interim Pericles Athenis absens denuo praetor eligitur, novique praetores Thucydides, Hagno, ceteri initio anni Samum perveniunt, Sophocles cum collegis Athenas revertitur: deinde Sami urbis obsidio continuatur, et decimo demum mense expugnatur: factum igitur hoc est Olymp. LXXXV. anno 1 fere extremo, Morychide archonte. Iam ex his consectarium est Antigonam Sophoclis Olymp. LXXXIV. 3. datam esse: sed haec accuratius persequi non est huius instituti: illuc revertar.*)

Thucydides igitur, si Olymp. LXXXV. 1. fuit praetor, non ita multo post exilium in patriam restitutus est: videtur autem ille, quem iam Olymp. LXXXIII. 3. Sybarin se contulisse veri simillimum est, non ante Olymp. LXXXIV. 1. et in ius vocatus et testularum suffragio e civitate eiectus esse: Plutarchus enim dicit in vita Periclis c. 16: *Μετὰ δὲ τὴν Θουκυδίδου κατάλυσιν καὶ τὸν ὀστρακισμὸν οὐκ ἐλάττω τῶν πεντεκαίδεκα ἐτῶν διήνεγκε.* Credo igitur Thucydidem Praxitelis anno in exilium esse eiectum; Periclem vero cum potentiam et auctoritatem adversariorum fregisset, facile concessisse ut altero aut tertio anno post reverteretur in patriam. Nam de imperatore illo quae narrantur, de Thucydide Melesiae filio accipienda esse, vel ex vitae Sophocleae auctore conficias, qui hunc et nobili genere natum esse indicat et praeter ceteros cum Pericle componit: namque ceteri Thucydidae, quos recenset Schol. Aristoph.

*) Commode quamvis sero affertur Krügeri liber, quem historisch philologische Studien inscripsit, in quo p. 208 seqq. accurate de Samio bello disseruit, non tamen ut nobis suam sententiam probaverit.

Acharn. v. 670. et Vesp. 447. neque quando vixerint, neque quales fuerint cognovimus. Iam hic Thucydides ne in senectute quidem tranquillitate usus est: nam rursus videtur in iudicium vocatus a Cephisodoro quodam non multo ante Olymp. LXXXVIII. 3. Aristophanes enim in Acharnensibus v. 703. non videtur alium quem intelligere, quem cum Melesia comparaverit, sed ipsius Thucydidis calamitatem deplorare:

Τῷ γὰρ εἰκὸς ἄνδρα κυφὸν, ἥλικον Θουκυδίδην,
Ἐξολέσθαι συμπλακέντα τῇ Σκυθῶν ἐρημίᾳ,
Τῷδε τῷ Κηφισοδήμῳ, τῷ λάλῳ ξυνηγόρῳ;
Ὥστ᾽ ἐγὼ μὲν ἠλέησα κἀπεμορξάμην ἰδὼν
Ἄνδρα πρεσβύτην ὑπ᾽ ἀνδρὸς τοξότου κυκώμενον,
Ὃς μὰ τὴν Δήμητρ᾽, ἐκεῖνος ἡνίκ᾽ ἦν Θουκυδίδης,
Οὐδ᾽ ἂν αὐτὴν τὴν Ἀχαίαν ῥᾳδίως ἠνέσχετ᾽ ἄν,
Ἀλλὰ κατεπάλαισεν ἂν μὲν πρῶτον Εὐάθλους δέκα,
Κατεβόησε δ᾽ ἂν κεκραγὼς τοξότας τρισχιλίους,
Περιετόξευσεν δ᾽ ἂν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς τοὺς ξυγγενεῖς.

Nam illa verba *ἐκεῖνος ἡνίκ᾽ ἦν Θουκυδίδης* sunt cum insigni quadam gravitate dicta; significant enim ***illo tempore, quo Thucydides vere erat Thucydides.*** Idem exilium rursus respicere videtur poeta in Vespis v. 946:

Οὐκ ἀλλ᾽ ἐκεῖνό μοι δοκεῖ πεπονθέναι,
Ὅπερ ποτὲ φεύγων ἔπαθε καὶ Θουκυδίδης
Ἀπόπληκτος ἐξαίφνης ἐγένετο τὰς γνάθους.

quae interpretes male ad ostracismum referunt: commode tamen scholiasta servavit Idomenei testimonium, ex quo satis dilucide apparet, hoc exilium diversum esse a priore: dicit autem: *Ὅτι δὲ ὁ Ἀθηναίων δῆμος ἀειφυγίαν αὐτοῦ καταγνοὺς ἐδήμευσε τὴν οὐσίαν καὶ ὅτι πρὸς Ἀρταξέρξην ἧκε φεύγων, σαφὲς ποιεῖ Ἰδομενεὺς διὰ τοῦ β' τὸν τρόπον τοῦτον· „Οἱ μέντοι Ἀθηναῖοι αὐτοῦ καὶ γένους ἀειφυγίαν κατέγνωσαν προδιδόντος τὴν Ἑλλάδα, καὶ αὐτοῦ ἡ οὐσία ἐδημεύθη.“* Nam is qui testarum suffragio damnabatur, neque sempiterno exilio multabatur, neque vero bonis privabatur. Thucydides igitur, ut videtur, a Cephisodoro in ius vocatus, quod aut Lacedaemoniis aut fortasse Persis patriam tradere voluerit, confugit ad Artaxerxem, Persarum regem. Posteri tamen eius in patriam sunt restituti: nam de filio Melesia dicetur infra.

Sed ut ex his aliquando amfractibus oratio ad propositum revertatur, Thurii illo tempore tutum fuit perfugium omnibus, qui rerum aut domesticarum aut publicarum calamitate aliqua laborarent: inprimis vero multi Athenienses, qui vel potentiam Periclis et nimiam iam popularis imperii licentiam extimescebant, vel alacri cupiditate et spe melioris conditionis agitabantur, Thurios se contulerunt. Hoc igitur videtur Cratinus in hac fabula potissimum spectavisse, unde *Δραπετίδες*, ***fugitivae mulieres***, inscripta est. Fuerit autem non multo post Olymp. LXXXIII. 3. aut LXXXIV. 1. data. Non tamen videtur revera mulieres Cratinus in scenam induxisse,

sed iuvenes effeminatos et molles. Thurii enim cum magna frugum ubertate et omni voluptatum copia abundarent, novi quoque coloni mox deliciis et libidinibus diffluebant: quam mollitiem quo gravius notaret, poeta Thuriorum incolis feminarum induit speciem. Huc spectat ille versus, quem Suidas T. I. p. 133. servavit: Ἁμάρτοιν· εἴρηκε τὸ ἁμάρτοιμι Κρατῖνος Δραπέτισι·

Ποδαπὰς ὑμᾶς εἶναι φάσκων, ὦ μείρακες, οὐκ ἂν ἁμάρτοιν;

καὶ ὅλως σύνηθες αὐτοῖς τὸ τοιοῦτο. Ultima haec vix satis intelligi possunt, nisi statuas haec Suidam ex alio Grammatico delibavisse, qui accuratius de his formis videtur disseruisse easque comicis maxime poetis vindicasse. Ceterum male vulgo apud Suidam legitur ἁμαρτεῖν, recte nonnulli codices ἁμάρτοιν suppeditant: insolentia autem formae excusationis multum habet eo, quod verbum in fine versus est collocatum: quamquam Euripides ausus est simili forma vel in medio numero uti: vid. Etym. M. p. 764, 52: Τρέφοιν. ὡς Εὐριπίδης·

Ἄφρων ἂν εἴην εἰ τρέφοιν τὰ τῶν πέλας.

γίγνεται οὕτως· ἔστι τρέφοιμι, τρέφοι· πλεονασμῷ τοῦ η Ἀττικῶς τρεφοίης, τρεφοίην· καὶ συγκοπῇ τοῦ η. Tales autem formae non magis sunt reformidandae, quam illae, quae fiunt substantivis detruncandis, multum saepe insolentiores: sed illae quoque, si a paucis discesseris, plerumque versu cadente admittuntur. Novarunt autem etiam comici poetae nonnulla in his formis verborum: huc referendum est illud, quod ex Eupolide legitur apud Schol. Il. Ξ. 241: Τῷ χαρακτῆρι γενόμενον ὅμοιον τῷ ἰοίην καὶ ἀγαγοίην παρὰ Σαπφοῖ, καὶ τὸ πεπαγοίην παρ᾽ Εὐπόλιδι: qua quidem forma comicus ad epicorum usum in versu heroico videtur usus esse. Illo igitur versu nescio quis apud Cratinum alloquitur chorum istum ex Fugitivis compositum:

Ποδαπὰς ὑμᾶς εἶναι φάσκων, ὦ μείρακες, οὐκ ἂν ἁμάρτοιν;

Nam quamquam μείρακες ex optimorum scriptorum usu dicuntur puellae, at comici per ludibrium etiam ad viros transtulerunt; auctor est Phrynichus p. 212: Μείρακες καὶ μεῖραξ· ἡ μὲν κωμῳδία παίζει τὰ τοιαῦτα· τὸ γὰρ μεῖραξ καὶ μείρακες ἐπὶ τῶν θηλειῶν τάττουσι, τὸ δὲ μειρακίσκος καὶ μειράκιον καὶ μειρακύλλιον ἐπὶ ἀνδρῶν. Et alibi semper de puellis, ita poeta Aeolensis apud Hephaestionem p. 50:

Ἰστοπόνοι μείρακες.

et quodammodo huc referri potest Cratineum illud apud Athen. II. p. 49. A:

Γαυριῶσαι δ᾽ ἀναμένουσιν ὧδ᾽ ἐπηγλαϊσμέναι
Μείρακες φαιδραὶ τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμνιναι.

Ex eadem hac scena petitus videtur alius versus, qui legitur apud Photium p. 658, 15. (Cf. Suidas T. II. p. 752.) Ὧδε· οὐ μόνον τὸ οὕτως ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνθάδε, ὡς ἡμεῖς. Κρατῖνος Δραπέτισι·

Τοὺς ὧδε μόνον στασιάζοντας καὶ βουλομένους τινὰς εἶναι.

quae dicta sunt in effeminatos illos, sed turbulentos et ambitiosos homines. Huc fortasse etiam pertinet ille versus, in quo libidinosa et profligata Xenophontis vita exagitatur, qui legitur apud Aelian. Hist. Animal. XII. 10:

Φέρε νῦν σοι
Ἐξ αἰθρίας καταπυγοσύνην μυὸς ἀστράψω Ξενοφῶντος.

Sereno coelo quando tonuisset, gravissima mala portendi credebant veteres: ut est apud Ciceronem in carmine de consulatu suo (de Divin. I. 11.):

Aut cum terribili perculsus fulmine civis
Luce serenanti vitalia lumina liquit.

Hinc Virgilius quoque in Aeneide VIII. 528:

Arma inter nubem, coeli in regione serena,
Per sudum rutilare vident et pulsa tonare.

Sic igitur hoc loco praeter exspectationem transtulit id ad foedam libidinem Xenophontis: fortasse cum magnae essent in hac fabula partes vatum, non infacete ad rem sacram, ad omen vel tale quid transtulit. Xenophon ille quis fuerit, ignoro, nisi forte est Euripidis filius, imperator in bello Samio, de quo dictum est supra. Ceterum illud memorandum videtur, quod apud Aristophanem in Nubibus v. 347:

Γίγνονται πάνθ' ὅ τι βούλονται· κᾆτ' ἢν μὲν ἴδωσι κομήτην
Ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων, οἷόν περ τὸν Ξενοφάντου,
Σκώπτουσαι τὴν μανίαν αὐτοῦ Κενταύροις ᾔκασεν αὑτάς.

codex Venetus praebet *τὸν Ξενοφῶντα*. Quod si haec ex prima Nubium editione servata sunt, id quod arbitror, potuit sane idem Xenophon viginti fere annos post ob insanum puerorum amorem notari: sed servanda tamen videtur librorum scriptura, Xenophanti autem filius non est Lamachus, vir optimus et probissimus, quem Xenophanto patre natum esse dicit Schol. Thesmoph. v. 840: *Εἰ δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα ζητεῖν, ζητείτωσαν καὶ τὴν ἑξῆς, τὴν Λαμάχου· τὸν γὰρ πατέρα μόνον οἶδα Λαμάχου, Ξενόφαντον.* Et fortasse ne id quidem germanum fuit nomen patris, si quidem Thucydidi potius fides habenda est, qui VI. 8. dicit: *Λάμαχον τὸν Ξενοφάνους*: unde profecit Scholiasta Acharn. v. 258: *Λάμαχος· οὗτος Ἀθηναίων στρατηγός, υἱὸς Ξενοφάνους, ὃν ὅτε εἰς Σικελίαν ἔπλεον οἱ Ἀθηναῖοι ἐχειροτόνησαν κτλ.* Nam quod ab Aristophane in Acharnensibus v. 1131. appellatur Gorgasi filius:

Κλάειν κελεύων Λάμαχον τὸν Γοργάσου,

id est *Lamachus Gorgiae discipulus*, quoniam ille studiosissime Gorgiam Leontinum tunc Athenis versantem audivit. Recte autem videtur Scholiasta Nubium dicere, Xenophanti filium esse Hieronymum: *Ἱερώνυμον δὲ λέγει τὸν διθυραμβοποιόν, ὃς Ξενοφάντου μὲν ἦν παῖς, περὶ παῖδας δὲ ἄγαν ἐπτόητο, λάσιον δὲ εἶχε τὸ σῶμα.* et alius corrupto ut videtur nomine: *Ἱερομνήμων ἦν υἱὸς τοῦ Ξενοφάντου, διθυραμβοποιὸς ποιητής· ἦσαν δέ τινες ἄγαν ἐπτοη-*

μένοι πρὸς αὐτὸν αἰσχρῷ ἔρωτι. Eundem Hieronymum tangit in Acharn. v. 386:

Λαβὲ δ' ἐμοῦ γ' ἕνεκα παρ' Ἱερωνύμου
Σκοτοδασυπυκνότριχά τιν' Ἄϊδος κυνῆν.

ubi Schol.: *Οὗτος ὁ Ἱερώνυμος μελῶν ἐστὶ ποιητὴς καὶ τραγῳδοποιὸς ἀνώμαλος καὶ ἀνοικονόμητος διὰ τὸ ἄγαν ἐμπαθεῖς γράφειν ὑποθέσεις καὶ φοβεροῖς προσωπείοις χρῆσθαι· ἐδόκει δὲ κροτεῖσθαι· ἐκωμῳδεῖτο δὲ ὡς πάνυ κομῶν. διόπερ Ἄϊδος κυνῆν ἔφη αὐτόν, παίξας κωμικῶς τὸν κουριῶντα.*

Ad Thurios urbem referendum puto etiam aliud fragmentum, quod servavit Pollux. IX. 98: *Ἡ δὲ διὰ πολλῶν ψήφων παιδιά, πλινθίον ἐστὶ χώρας ἐν γραμμαῖς ἔχον διακειμένας· καὶ τὸ μὲν πλινθίον καλεῖται πόλις· τῶν δὲ ψήφων ἑκάστη, κύων· διῃρημένων δὲ εἰς δύο τῶν ψήφων κατὰ τὰς χρόας, ἡ τέχνη τῆς παιδιᾶς ἐστι περιλήψει τῶν δύο ψήφων ὁμοχρόων τὴν ἑτεροχρόων ἀναιρεῖν. ὅθεν καὶ Κρατίνῳ πέπαικται·*

Πανδιονίδα πόλεως βασιλεῦ
Τῆς ἐριβώλακος, οἶσθ' ἣν λέγομεν,
Καὶ κύνα καὶ πόλιν ἣν παίζουσιν.

Recte Bentleius *βασιλεῦ* pro librorum scriptura *βασιλεὺς* substituit, non recte *ἐρικώλακος*, cum et *ἐρικόλακος* et *ἐριβώλακος* legeretur in libris. Nam *ἐρικῶλαξ* nullo pacto graece dici potest pro *ἐρικόλαξ*: est autem aptissimum, Thurios propter soli ubertatem affluentiamque rerum omnium dici *ἐριβώλακα πόλιν*: Pandionides autem, qui rex urbis vocatur, aut ipse est populus Atheniensis, aut unus aliquis ex conditoribus urbis, qui Pandionidis tribus fuit. Sed haec fateor incerta: prorsus autem obscurum, quorsum spectet commemoratio ludi latrunculorum: nam nequaquam ita est locus interpretandus, ac si Thurii tanquam illius ludi studiosi vexentur, sed ludicri quid et festivi subesse indicat ipse Pollux, cum dicit: *ὅθεν καὶ Κρατίνῳ πέπαικται*: quo verbo grammatici ubique significant aliquid a comicis comice dictum fictumve esse: ita Pollux supra III. 109: *Ὁ Εὐπόλιδος πλούταξ πέπαικται.* Hesychius *Δοκικῷ· ἀντὶ τοῦ Δοκῷ· ἔπαιξε δὲ Ἕρμιππος ἐν Ἀρτοπώλισιν.* et sic saepenumero. Fortasse Cratinus voluit discordiam, quae Thuriorum incolas vexaverit, significare: Plato certe non dispari prorsus ratione in Civit. IV. p. 423. A. dixit: *Ἑκάστη γὰρ αὐτῶν πόλεις εἰσὶ πάμπολλαι, ἀλλ' οὐ πόλις, τὸ τῶν παιζόντων.* ubi Schol.: *πόλεις παίζειν εἶδός ἐστι πεττευτικῆς παιδιᾶς· μετῆκται δὲ καὶ εἰς παροιμίαν.* Cf. praeterea Hesychius, qui dicit: *Πόλεις παίζειν· παροιμιῶδες. καὶ δοκεῖ μετενηνέχθαι ἀπὸ τῶν ταῖς ψήφοις παιζόντων, ταῖς λεγομέναις νῦν μὲν χώραις, τοτὲ δὲ Πόλεσι.*

Ad chorum Fugitivarum videtur etiam ille versus pertinere, quem servavit Athenaeus XI. p. 501. D. aliique Grammatici:

Δέχεσθε φιάλας τούσδε βαλανειομφάλους.

quae verba fortasse sunt Lamponis, qui quo ritu sacra essent perficienda, chorum monebat. Ceterum ille Athenaei locus eo ma-

xime est memorabilis, quod ex eo cognoscimus, qui grammatici in Cratini comoediis recensendis et explicandis operam posuerint. Non tamen omnes qui ibi commemorantur singulares commentarios in Cratinum ediderunt, sed Eratosthenes quidem, qui et ipse de hoc versiculo egerat, fecit id in commentariis de antiqua comoedia, ubi contra Lycophronem potissimum disputavit, qui primus comoediarum monumenta in ordinem redigere et illustrare conatus fuit: attigerat autem etiam ille hunc Cratini versum. Lycophronis auctoritatem etiam Diodorus impugnaverat, quem Aristophaneum fuisse grammaticum testatur Athenaeus IV. p. 180 E. (T. I. p. 411. ed. Dindorf.) Libros contra Lycophronem commemorat idem Athen. XI. p. 478 B: *Διόδωρος δ' ἐν τῷ πρὸς Λυκόφρονα παρὰ Σικυωνίοις καὶ Ταραντίνοις ἐπιπολάζειν φησὶ τὸ ἔκπωμα (κότυλον).* erat hic quoque liber contra Lycophronis commentarios de comoedia scriptus, ut vel ex illo loco apparet, ubi de cotylo poculorum genere, quod comici potissimum poetae frequentaverunt, sermo est.

Possit igitur facile aliquis suspicari etiam hoc quod ex Diodoro profert Athenaeus, petitum esse ex isto commentario in Lycophronem: dubito tamen valde an Diodori nomen verum sit: recte ut credo nonnulli libri *Ἡρόδωρος* substituunt: praeterea vero etiam illud *φησὶ* insolentius dictum est: credo igitur locum ita esse redintegrandum: *Ἀπίων δὲ καὶ Ἡρόδωρος, (ὥς) φησι (Πάμφιλος) φιάλαι ποιαί, ὧν ὁ ὀμφαλὸς παραπλήσιος ἠθμῷ.* Pamphili, grammatici nobilissimi nomen facile potuit elabi, praecipue propter similitudinem subsequentis vocabuli *φιάλαι.* Athenaeus autem non ipsis Apionis et Herodori libris videtur usus esse, sed eorum copias tantum ex Pamphili glossis cognitas habuisse, conferas quod infra legitur XIV. p. 642 E: *Ἀπίων δὲ καὶ Διόδωρος ὥς φησι Πάμφιλος, ἐπαίκλειά φασι καλεῖσθαι τὰ μετὰ τὸ δεῖπνον τραγήματα.* Recte hic quoque in nonnullis libris teste Casaubono legitur *Ἡρόδωρος.* An similem labem contraxerit alius locus XI. p. 479 B. dubito; dicit ibi: *Διόδωρος δ' ἐν Ἰταλικαῖς γλώσσαις καὶ Ἡράκλειτος, ὥς φησι Πάμφιλος, τὴν κοτύλην καλεῖσθαι καὶ ἡμίναν.* Nam potuit Diodorus aliquis auctor esse Italicarum glossarum. Existimo igitur Apionem et Herodorum de hoc Cratini versu in Glossis disseruisse, quas videntur coniuncta opera composuisse, aut alter opus ab altero inchoatum perfecit. Videntur autem hae glossae Apionis et Herodori, quas Athenaeus dicit, diversae esse ab iis, quae memorantur interpretibus Homeri: puto enim eosdem peculiarem commentarium in Homeri carmina composuisse. Ceterum conferas etiam Schol. Il. *Ο* 324. de voce *ἀμολγῷ· οἱ δὲ γλωσσογράφοι Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος τὴν ἀκμήν.* Adde ad Il. *Θ* 555, ubi commemoratur varia lectio *φάει νῆν ἀμφὶ σελήνην* pro *φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην* addita hac nota: *Τοῦτο δὲ φέρεται ἐν τοῖς Ἀπίωνος καὶ Ἡροδώρου.* Eustath. in Iliad. *Α.* p. 20, 28: *Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος, ὧν βιβλίον εἰς τὰ τοῦ Ὁμήρου φέρεται· Β.* p. 340, 20: *Τὸ δὲ ποδώκειαν Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος οὐκ εὐλόγως προπαροξύ-*

νεσθαι λέγουσιν. et p. 350, 20: Ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τῷ πᾶσαι πύλαι φασὶν Ἡρόδωρος καὶ Ἀπίων κτλ. p. 769, 20: Καί φασιν Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος, ὅτι τὸ ζάφελος προπαρόξυνεται λόγῳ τοιούτῳ. Perpetuum commentarium, non glossarium fuisse apparet maxime ex eodem Eustathio p. 1257, 50: Ἡρόδωρος δὲ καὶ Ἀπίων ἐν τοῖς εἰς τὸ π σχολίοις λέγουσι. Apion vero etiam glossarium in Homeri carmina scripsisse videtur, vid. Hesychium praef. p. I: Ἀλλ' οἱ μὲν τὰς Ὁμηρικὰς μόνας ὡς Ἀπίων καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ἀρχιβίου. si tamen vera ibi traduntur. Et sic aliis in locis modo uterque, modo unus alterve commemoratur. Illud certum videtur, neque Herodorum neque Apionem commentarios in Cratini fabulas scripsisse. At peculiarem librum edidit, quod Athenaeus dilucide dicit, Asclepiades Myrleanus: non tamen illum integrum credo commentarium scripsisse, sed de rebus quibusdam difficilibus et obscuris, quarum in Cratini fabulis fieret mentio, quaesivisse. Didymus vero, quem Athenaeus dicit Lycophronis verba descripsisse, ut alios plurimos poetas, sic etiam Cratini comoedias illustravisse et recensuisse videtur: quamquam dubium propterea est, quod Didymus lexicon comicum composuit, vid. Hesych. praef. Οἱ δὲ τὰς Κωμικὰς (λέξεις) ἰδίας καὶ τὰς τραγικάς, ὡς Θέων καὶ Δίδυμος καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι. Et Didymi κωμικὸν λεξικὸν sive κωμικὴ λέξις commemoratur Etym. M. p. 492, 54. Etym. Gud. p. 301. Bekk. Anecd. T. III. p. 1386. An Didymi opus intelligendum sit in Schol. Apollonii Rhodii IV. 1614, ubi simpliciter κωμικὸν λεξικὸν sine auctoris nomine memoratur, nescio, quamquam ad hunc propter summam auctoritatem probabilius refertur, quam ad Theonem, alios. Κωμικὴ λέξις σύμμικτος adhibetur a Schol. Apollonii Rhod. IV. 972. Didymi autem copiae propter infinitam vim et materiem doctrinae non ita multo post in brevius sunt redactae: hinc in Etymol. Gudiano p. 124, 3. memoratur: Ἀλεξίων ἐν τῇ ἐπιτομῇ τοῦ Διδύμου συμμίκτων. — Non magis ex verbis Hesychii Κόρσαχις· τράγος παρὰ Κρατίνῳ· Δίδυμος ἤκουεν ἀπὸ τῆς κόρσης. Κόρσαι γὰρ τῆς Κιλικίας, quisquam potest colligere, utrum comicum lexicon an commentarius in Cratini fabulas sit intelligendus. Ad Cratinum fortasse spectavit quod ex Didymo legitur in Etymol. M. p. 429, 43. et Photio: Ἡμεροκαλλὲς ἄνθος σπειρόμενον ὁ Δίδυμός φησιν· οὐκ ἔστι δὲ ἄνθος, ἀλλὰ φοινικοῦν ἔριον διαπεποικιλμένον, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς ἱερουργίας Ἀθηναῖοι, ὡς Θεόδωρος ὁ παναγὴς προσαγορευόμενος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ κηρύκων γένους κτλ. Cratinus enim in Effeminatis dixerat varios flores recensens: Ἡμεροκαλλεῖ τε τῷ φιλουμένῳ. Non tamen improbabile est Didymum etiam commentariis illustravisse Cratinum. At Callistratum commentatum esse de Cratini comoediis constat luculento Athenaei testimonio XI. p. 495 A: Πελίκαι· Καλλίστρατος ἐν ὑπομνήματι Θραττῶν Κρατίνου ἀποδίδωσι κύλικα. idem aliorum quoque comicorum poetarum opera illustravit. Et scholia in Cratinum commemorantur etiam ab interprete Aristoph. Vesp. 151: Τὸν ὑπεκλυόμενον οἶνον φασί τι-

νες καπνίαν λέγεσθαι· ἐν δὲ τοῖς περὶ Κρατίνου διώρισται, ὅτι τὸ ἀπόθετον ἢ καὶ παλαιόν· διὸ καὶ Ἐκφαντίδην Καπνίαν καλοῦσιν. Ex eo quod auctor huius scholii dicit se in commentariis ad Cratini fabulas explicatum legisse vel explicavisse se ipsum, quid sit καπνίας, facile coniicias ipsum comicum hoc verbo usum esse, dixit autem opinor Ecphantidem Καπνίαν: neque enim dubito, quin ea ipsa, quae apud scholiastam sequuntur, ad Cratinum sint referenda. Huc addas Hesychium: Καπνίας· Ἐκφαντίδης ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς Καπνίας ἐκαλεῖτο διὰ τὸ μηδὲν λαμπρὸν γράφειν. Eadem sed breviora Photius p. 130, 25. Adde Suidam T. II. p. 241. Οἶνος καπνίας fuit vinum fumo duratum et ob id ipsum suavissimum ac lenissimum, et hoc nomine laudat Anaxandrides, ubi Iphicratis nuptias describit, apud Athen. IV. p. 131. F:

Γλυκύς, αὐθιγενής, ἡδὺς καπνίας.

Et apud Pherecratem in Persis, ubi vita longe beatissima describitur, Iuppiter eo vino pluit:

Ὁ Ζεὺς δ' ὕων οἴνῳ καπνίᾳ κατὰ τοῦ κεράμου βαλανεύσει.

At Cratinus cum Ecphantidem hoc nomine notaret, non lenitatem dulcedinemque vini, sed vetustatem intellexit et Ecphantidem ita appellavit, quod prisco et obsoleto more comoedias scriberet et ludicra tantum, sed frigida sectaretur. Graviter autem aequales poetae quod a Cratino reprehensi sunt, cave ne iniuria id factum esse putes. Comoedia enim Attica cum orta esset et postea quoque coniuncta vinculo arctissimo cum sacris Bacchicis, aliena prorsus erat a dignitate et gravitate: quod aegre ferens magnanimum Cratini ingenium comoediam novis incrementis conquisitis ad artis formam revocare studuit, atque in summum fastigium extulit. Sed poeta cum et studio summo et iudicio acerrimo omnes res humanas divinasque comprehenderet, contemsit antiquam istam comoediam, quae humi serpebat.

Unum praeterea de Fugitivis mulieribus adiungam: versum illum, quem Apollonius Dyscolus de pronom. p. 285 B. profert:

Οὗτος καθεύδεις; οὐκ ἀναστησεις βοτων;

mihi ita corrigendum videri:

Οὗτος καθεύδεις; οὐκ ἀναστήσει Βάτων;

Baton nomen est viri apud Graecos minime inusitatum. Ceterum comparari potest Aeschylus in Eumenidibus v. 124:

Ὤζεις, ὑπνώσσεις; οὐκ ἀναστήσει τάχος;

CAPUT IV.

In numerum Cratini fabularum cum aliae fuerint iniuria relatae, aliae temere sunt remotae, quod accidit in *Eumenidibus*. Iniuria enim homines docti, ut Fabricius in Bibl. Graeca, Meursius in Bibl. Attic. p. 1467, Runkelius p. 22. hanc fabulam in suspicionem vocaverunt et fragmenta omnia ad Eunidas referenda esse censuerunt. Et Runkelii quidem argumentum, qui existimat non fuisse tantam comicorum poetarum licentiam, ut Eumenidas in scena exagitare ausi sint, hoc inquam argumentum a veritate longissime recedit: ignoravit enim ille et institutum veteris comoediae et ingenium Cratini. Nunquam enim Cratinus, homo sanctus et probus, sanctissimum Eumenidum numen violare ausus esset neque id Athenienses aequo animo tulissent, qui quanta religione ultrices scelerum deas coluerint satis superque significat Aeschylus, significat Sophocles. Sed quidni licuerit Eumenidas in scenam inducere comico poetae? Suspicor enim hanc fabulam non ita multo post Olympiad. LXXX. 1. doctam esse, quo anno Ephialtes Areopagi auctoritatem fregerat, vid. Diodor. Sic. XI. 77: *Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις ἐν μὲν ταῖς Ἀθήναις Ἐφιάλτης ὁ Σιμωνίδου δημαγωγὸς ὢν καὶ τὸ πλῆθος παροξύνας κατὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, ἔπεισε τὸν δῆμον ψηφίσμασι μειῶσαι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν καὶ τὰ πάτρια καὶ περιβόητα νόμιμα καταλῦσαι.* Quae res non solum rerum publicarum statum pervertit, verum etiam religionem et pietatem labe infecit gravissima; id quod Aeschylus, vir pius et magnanimus fert aegerrime. Sed de hac re accuratius dicetur suo loco. Iam vero etiam Cratinum, qui perniciem gravissimam rebus humanis et divinis imminentem vigilanti animo auguraretur, omni formidine remota Ephialtem et Periclem auctores huius pestis graviter insectatum esse, veri simillimum est. Fuit igitur Cratini Eumenidum idem institutum atque cognominis fabulae Aeschyleae, quamquam parum etiam nunc perspectum est, quid tandem eximia illa fabula tragicus petiverit: comicus poeta non minore gravitate videtur veterum sapienter instituta a novandi libidine defendisse et id quod ipse censeret, Eumenidum usus choro, palam professus esse. Neque displicuit poetae consilium Atheniensibus, siquidem Aristophanes in Equitibus v. 527. aperte dicit carmina huius comoediae eximio favore esse excepta diuque floruisse: ex quo loco illud etiam probabiliter coniicias hanc fabulam ad antiquiores poetae fabulas referendam esse: videtur igitur sane Olympiade LXXX. extrema vel LXXXI. ineunte data esse. Dicit autem Aristophanes:

Εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ
Διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει καὶ τῆς στάσεως παρασύρων,

Ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς προθελύμνους.

Ἆισαι δ' οὐκ ἐν συμποσίῳ πλὴν Δωροῖ συκοπέδιλε
Καὶ Τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων· οὕτως ἤνθησεν ἐκεῖνος.

ubi Scholiasta: *Τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων· τέκτονες πάντες οἱ τεχνῖται· καὶ τοῦτο δὲ ἐκ τῶν Εὐμενίδων Κρατίνου. Εὐπαλάμων δὲ εὖ διακεχειρισμένων ἢ συντεταγμένων. Τέκτονες* sunt *poetae*, uti est apud Pindarum Pyth. III. 198:

Νέστορα καὶ Λύκιον Σαρπηδόν' ἀνθρώπων φάτις
Ἐξ ἐπέων κελαδεννῶν, τέκτονες οἷα σοφοὶ
Ἅρμοσαν, γιγνώσκομεν.

Quos vero poetas dicat Cratinus ignoro, nisi forte auctores hymnorum quorundam antiquissimorum in Eumenidas intelligendi sunt. Sed non hoc solum:

Τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων

ex Eumenidibus petitum puto, sed eodem refero etiam illud, quod ibidem apud Aristophanem legitur:

Δωροῖ συκοπέδιλε,

dubitanter tamen: quamquam ex eadem fabula haec petita esse indicare videtur nota Scholiastae ad prius fragmentum: *καὶ τοῦτο δὲ ἐκ τῶν Εὐμενίδων Κρατίνου.* Huic autem versiculo haec adscripta sunt: *Κρατίνου μέλους ἀρχή· σκώπτων δέ τινα ἐκεῖνος δωροδόκον καὶ συκοφάντην τοῦτο εἶπε.* Recte haec quidem: forma autem nominis singulari modo a poeta ficta indicare simul videtur, hominem istum tanquam effeminatum rideri. Huc referenda est Hesychii nota: *Δωροῖ συκοπέδιλε· παρῳδεῖται τοῦτο ἐκ τῶν ἀρχαίων ποιημάτων.* h. e. exagitatur (ab Aristophane) hoc petitum ex antiquis carminibus. Sed temere haec quidem, quamquam non minus falsa tradit Scholiasta Aristophanis: *Πάλιν ὡς μέθυσον αὐτὸν διαβάλλει τὸν Κρατῖνον· οὐκ ἦν γὰρ ἑτέραν, φησίν, ἐν τοῖς συμποσίοις ᾠδὴν ποιήσασθαί τινα, προκαταλαμβάνοντος αὐτὰ τοῦ Κρατίνου.* Tantum vero abest, ut Aristophanes reprehendere voluerit Cratinum, ut eximiis exornaverit laudibus: tantopere enim dicit populum delectatum esse his poetae carminibus, ut diu in omnium ore fuerint: ea vero summa est poetae laus, si quae composuit ita probantur populo, ut statim per omnium ora vagentur et cum populi animum referant, popularia videantur carmina. Sed illuc revertar: usus est similibus formis Cratinus etiam alibi, teste Hesychio: *Ἐμβλώ· πέπλασται παρὰ τὸ ἐμβλέπειν. ὡς ἡ Δωρὼ καὶ Δεξώ·* nam ut *Δωρὼ* est Cratini, et *Δεξὼ* (Hesychius supra: *Δεξὼ ὁ Κρατῖνος ὠνοματοποίησεν· ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι δῶρα*) sic videtur etiam *Ἐμβλὼ* (scribendum est *Ἐμβλεπώ*) a Cratino profectum esse. Nescio autem quem virum popularem vexarit hoc carmine Cratinus, fortasse unum ex amicis et familiaribus Periclis, quorum opera ille ad consilia exequenda uti solebat. Manifesto denique huius fabulae memoria exstat apud Herodianum, vel potius Ioannem Alexandrinum de accent. p. 29. ed. Dindorf. *Ἔστι*

τινὰ καὶ παρὰ αἰτιατικῆς γεγονότα, οἷον τὸ πέραν καὶ πέρην — καὶ ἀπὸ δοτικῆς·

Ἐπίσχες αὐτοῦ, μὴ πέρα προβῆς λόγου

Κρατῖνος ἐν Εὐμένισιν.

Eumenidibus subiungam quaedam de Eunidis. Egregia arte videtur haec fabula elaborata fuisse, siquidem Alexandro magno ita placuit, ut moriens quoque studiose legeret: sub eius enim pulvinari inventam esse tradit Ptolemaeus Hephaestio apud Photium Bibl. CXC. p. 534: *Ὅτι τελευτήσαντος Δημητρίου τοῦ Σκηψίου τὸ βιβλίον Τέλλιδος πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ εὑρέθη· τὰς δὲ Κολυμβώσας Ἀλκαμένους πρὸς τῇ κεφαλῇ Τυννίχου τοῦ Χαλκιδέως εὑρεθῆναί φασι, τοὺς δ' Ὑβριστοδίκας Εὐπόλιδος πρὸς τῇ Ἐφιάλτου, τοὺς δὲ Εὐνίδας Κρατίνου πρὸς τῇ Ἀλεξάνδρου.*

Nomen autem traxit comoedia ab Eunidis, gente non ignobili Attica, quae ab Euneo Lemnio originem repetebat. Euneum, Iasonis filium et Hypsipylae, vid. Excerpt. ex Nicol. Damasc. p. 261. ed. Tauchnitz. Graecis Troiam oppugnantibus opes vinumque liberaliter suppeditavisse, auctor est Homerus Il. VII. 467. huc adde Il. XXIII. 747. Idem docet Aristides de quatuor p. 195. T. II. ed. Dindorf. Eius posteri Eunidae dicti, vid. Eustath. ad Od. p. 1681, 57: *Νείλεως τοῦ γενικὴ Νείλεω ὡς Μενέλεω· τούτου δὲ Νειλεῖδαι, οἱ ἀπόγονοι, ὡς Εὐνεῖδαί φησιν οἱ τοῦ Εὔνεω.* Fuit autem haec gens, ut multae aliae apud Athenienses, cum cultu et religione deorum arcta necessitate coniuncta: fidibus enim canebant et saltabant in sacris: Hesychius: *Εὐνεῖδαι, γένος ἀπὸ Εὐνήνου κεκλημένον τοῦ Ἰάσονος υἱοῦ· οἷον γένος ὀρχηστῶν καὶ κιθαριστῶν. Οἱ δὲ γένος τι Ἀθήνησι κιθαριστῶν· ἐνταῦθα γὰρ ᾤκησαν οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ.* Harpocratio p. 89. ed. Bekk. *Εὐνεῖδαι· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Τελαμῶνος, εἰ γνήσιος· γένος ἐστὶ παρ' Ἀθηναίοις οὕτω ὀνομαζόμενον Εὐνεῖδαι, ἦσαν δὲ κιθαρῳδοὶ πρὸς τὰς ἱερουργίας παρέχοντες τὴν χρείαν.* Adde Photium p. 36, 16. Hinc pompis maxime interfuerunt, vid. Pollux VIII. 103, qui dicit etiam praecones in sacris solemnibus ex hac gente electos fuisse: *οἱ δὲ περὶ τὰς πομπὰς (κήρυκες) ἐκ τοῦ Εὐνειδῶν γένους.* Cratinum autem opinor Eunidarum choro ita fuisse usum, ut in depravationem artis musicae inveheretur: nam tunc illa ars multum ab antiqua severitate desciverat, ut animos non iam altius efferret atque honeste demulceret, sed lenociniis et blandimentis voluptatis impelleret. Cratinus vero aegre ferens artem depravari et per praecipitia labi, novitatis illud studium, malorum principium et fontem, strenue exagitavit. Usus autem est multum atque saepe in hac fabula parodiis, ut auctor est Athenaeus L. XV. p. 698 D: *Κέχρηται δὲ καὶ ὁ Ἐπίχαρμος ὁ Συρακούσιος ἔν τινι τῶν δραμάτων ἐπ' ὀλίγον καὶ Κρατῖνος ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς ἐν Εὐνείδαις, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὃν ἐκάλουν Φακῆν.* Ad argumentum comoediae indagandum parum confert illud, quod legi-

tur apud Stobaeum LII. p. 201. et plenius apud Synesium Epist. CXXIX. p. 265. et Iulianum Misopog. p. 339 D:

Στένομεν μεμνημένοι
Ἥβης ἐκείνης νοῦ δ' ἐκείνου καὶ φρενῶν.

Restituendum vero est etiam huius fabulae nomen Suidae T. I. p. 149: Ἀμφιανακτίζειν· διὰ τὸ οὕτω προοιμιάζεσθαι· Περίανδρος δὲ (lego Τέρπανδρος) Ἀμφί μοι αὖτις ἄνακτα· καὶ Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Ἀμφί μοι αὖτε Φοῖβε ἄναξ Δήλιε. Ἀμφιάνακτας ἔλεγον καὶ τοὺς Διθυραμβοποιούς· συνεχῶς γὰρ ἐκεῖνοι ταύτῃ ἐχρῶντο τῇ λέξει. — Ἀμφιανακτίζειν· ᾄδειν τὸν Τερπάνδρου νόμον, τὸν καλούμενον Ὄρθιον, οὗ τὸ προοίμιον ταύτην τὴν ἀρχὴν εἶχεν·

Ἀμφί μοι αὖ τὸν ἄναχθ' ἑκατηβόλον ᾀδέτω φρήν.

Ἔστι δὲ καὶ ἐν Εὐναίᾳ καὶ ἐν Ἀναγύρῳ. Corrigendum est Εὐνείδαις. huic enim Cratini fabulae maxime convenit: idem proposuit etiam Dindorfius ad Aristoph. Fragm. p. 95. De Terpandri carmine similia praebet Scholiasta Aristophanis Nub. v. 591: Μιμεῖται δὲ τῶν διθυράμβων τὰ προοίμια· συνεχῶς γὰρ χρῶνται ταύτῃ τῇ λέξει· διὸ καὶ ἀμφιάνακτας αὐτοὺς ἐκάλουν· ἔστι δὲ Τερπάνδρου·

Ἀμφί μοι αὖτε ἄναχθ' ἑκαταβόλον ᾀδέτω ἁ φρήν.

Λείπει δὲ τὸ ἔσο ἢ τὸ χόρευσον ἤ τι τοιοῦτον· καὶ τὸ προοιμιάζεσθαι δὲ ἀμφιανακτίζειν ἔλεγον. Sed de Terpandri orthio nomo disserere longum est, diceturque commodiore loco.

Denique refero ad hanc fabulam duos versus, qui leguntur apud Scholiastam Aristophanis Eqq. v. 531: Ὁ Κοννᾶς αὐλητὴς ἦν καὶ μέθυσος, ὃς εἰς συμπόσια παρῄει συνεχῶς ἐστεμμένος· οὗτος Ὀλυμπιονίκης γενόμενος καὶ πολλάκις στεφανωθεὶς πενιχρὸς ἦν μηδὲν ἔχων ἀλλ' ἢ τὸν κότινον, ἐφ' οὗ καὶ Κρατῖνος εἶπεν·

Ἔσθιε καὶ σῇ γαστρὶ δίδου χάριν, ὄφρα σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ, Κοννᾶς δὲ πολυστέφανος νικήσει.

Λέγει δὲ αὐτὸν τοσαῦτα νικήσαντα μηδέπω τετιμῆσθαι· ἡ δὲ παροιμία·

Στέφανον μὲν ἔχων, δίψει δ' ἀπολωλώς.

καὶ πάλιν·

Δελφὸς ἀνήρ, στέφανον μὲν ἔχων, δίψει δ' ἀπολωλώς.

Eadem haec Suidas T. II. p. 345. nisi quod ibi legitur: Κοννᾶς δὲ φιλόστεφανός σε φιλήσῃ. Scribendum puto:

Ἔσθιε καὶ σῇ γαστρὶ δίδου χάριν, ὄφρα σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ, Κοννᾶς δὲ φιλοστέφανος νικήσῃ.

partim Suidae, partim scholiastae auctoritatem secutus, quamquam intelligo, quam difficilis sit optio in fragmento potissimum, cum utrumque potuerit dici. Et Suidae quidem lectio propius etiam accedit ad similitudinem Hesiodei operis, ad cuius exemplum hi ipsi versus sunt compositi: Ascraeus enim poeta dixit in Operibus v. 298:

Ἐργάζευ, Πέρση, δῖον γένος, ὄφρα σε λιμὸς

Ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δέ σ' ἐϋστέφανος Δημήτηρ
Αἰδοίη, βιότου δὲ τεὴν πίμπλησι καλιήν.

At vero licuit comico poetae etiam aliud quid substituere, quod ad institutam sententiam accommodatius visum erat: et aptum sane est alterum illud Conno. Quamquam autem neque scholiasta Aristophanis, neque Suidas fabulae nomen addit, retuli tamen ad Eunidas, quoniam Athenaeus eo loco, quem supra adscripsi, prodit, Cratinum in hac potissimum fabula epicam gravitatem comico lepore temperavisse. Illud quoque argumentum proferri potest, quod pertinent hi versus ad eximium auctorem artis musicae, cuius depravationem in hac ipsa fabula Cratinum deploravisse veri est simillimum. De Conno autem quin haec verba intelligenda sint, non dubito: quamquam Meinekius aliique homines docti aliter sentiunt. Dixit sane Cratinus insolenti forma, qua vix quisquam praeter hunc usus est, *Κοννᾶς*, eandemque servavit, ut par est, Aristophanes illo loco, quo Cratini versum suo proposito accommodavit:

Ἀλλὰ γέρων ὢν περιέρρει
Ὥσπερ Κοννᾶς, στέφανον μὲν ἔχων αὖον, δίψῃ δ' ἀπολωλώς.

Cratinus enim cum Connum istum sperneret atque contemneret, illud etiam forma nominis significavit; verba enim quae in *ᾶς* terminantur hominibus humilibus, abiectis, sordidis conveniunt: hinc comicorum maxime usu sunt frequentatae: est autem *Κοννᾶς* a *Κόννος* eodem modo petitum, quo dicebatur pro *φάγος φαγᾶς*, quod ipsum Cratinum usurpavisse auctor est Phrynichus p. 433. ed. Lobeck.: *Καταφαγᾶς· πόθεν Μένανδρος συσσύρας τὸν τοσούτων ὀνομάτων συρφετὸν αἰσχύνεις τὴν πάτριον φωνήν; τίς γὰρ δὴ τῶν πρὸ σοῦ τῷ καταφαγᾶς κέχρηται; ὁ μὲν γὰρ Ἀριστοφάνης οὕτω φησίν·*

Ἔστι γὰρ κατωφαγᾶς τις ἄλλος ἢ Κλεωνύμος;

Ἐχρῆν οὖν Κρατίνῳ πειθόμενον φαγᾶς εἰπεῖν· ἴσως δ' ἂν εἴποις ὅτι ἠκολούθησα Μυρτίλῳ λέγοντι·

Ὡς ὁ μὲν κλέπτης, ὁ δ' ἅρπαξ,
Ὁ δ' ἀνάπηρος πορνοβοσκὸς
Καταφαγᾶς.

Eadem igitur ratione a *Κόννος* in irrisione fit *Κοννᾶς:* quamquam nomina propria, quae eandem formam prae se ferunt, ex longiusculis fere sunt contracta, ut *Μηνᾶς*, alia, de quibus disseruit vir doctrinae copia instructissimus, Lobeckius ad illum locum. Sed simillimum exemplum est *Βακχᾶς*, quod Sophocles dixit non pro *βακχευτής*, uti Schol. Soph. Philoctet. v. 1197. visum est, sed pro *Βάκχος*. Quominus autem eundem hominem statuamus hunc qui *Κοννᾶς* vocatur cum Conno, non impedit illud, quod hic tibia canere ab interprete Aristophanis, ille constantia testium magna, citharae peritus esse dicitur: nam nec penitus disiuncta erant harum artium studia, nec nimis in re leviore praesertim interpreti illi tribuendum. Dixi Connum fuisse eximie artis suae peritum, consentiunt mecum viri amicissimi Winckelm. ad Platonis Euthyd. p. XL, et Fritzschius

Quaest. Aristoph. T. I. p. 241. Et testis est Cicero ad Paetum IX. 21: *Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen: is Connus vocitatus est.* Nam neque erroris facile Ciceronem conviceris, qui antiquae certe comoediae Graecorum non fuit ignarus, neque *nobilissimus* is vocatur, qui propter inscitiam artis notatus est et famosus. Atque etiam dignior fide testis est Aristophanes illo ipso loco, ubi Cratinum cum hoc Conno componit: ut enim ibi summis laudibus effert ea, quae Cratinus iuvenili et confirmata aetate in medium protulerit, improbat autem, quae senex scribat, ita etiam Connus iuvenis quidem omnium consensu principem tenuit locum, post vero aetate provectior torpore quasi consenuit: nam vel comparationis lex et ratio efflagitare videtur, ut utriusque in utraque fortuna sit similitudo. Ludicre autem Aristophanes id reiecit in ipsum Cratinum, quod ille in Eunidis coniecerat in Connum: nam Cratinus cum in illa fabula corruptelam et artis musicae depravationem attingeret, hoc quoque videtur conquestus esse, quod Connus, eximius antehac musicus, cui saepe primae fuerint delatae, iam decrepitus situ quasi sit obrutus neque quidquam laude et praemio dignum proferat. Hinc non infacete dixit: *ut vincat Connus, qui saepe olim praemio est ornatus, nunc senescens excidit favore populi.* Idem etiam Aristophanes non obscure significavit, cum dicit:

Ὥσπερ Κοννᾶς στέφανον μὲν ἔχων αὗον,

nam cuius capiti arescentem inhaerere lauream dicit, is certe olim dignus est habitus hoc honore. Hoc igitur nobis persuasum est, Connum eximium aliquando fuisse musicum, post, torpore quodam captum, immutata praesertim artis ratione, consenuisse omnique honore orbatum esse. Hinc Aristophanes de sene, cuius nulla habetur ratio, dixit in Vespis v. 675:

Σὲ μὲν ἡγοῦνται Κόννου ψῆφον.

ubi ψῆφον Philocleonis personae, qui iudex esset, accommodatum est. Quae in scholiis ibi leguntur admodum sunt perturbata, cum pleraque ex integris doctissimorum grammaticorum perverse et praepostere sint petita: illud tamen inde cognoscimus, iam Grammaticos haec retulisse ad Connum citharoedum, (*κιθαρῳδὸς ἦν νέος — οἱ δὲ Κόννον λέγουσι τὸν κιθαριστήν.*) Euphronium vero testatum esse, suaves fuisse eius modos, (*Εὐφρόνιος δέ, ὅτι ἐλέχθη διὰ τὸ ἡδύν τινα τὸν Κόννον εἶναι.*) denique eosdem grammaticos composuisse Connum cum Conna, (perverse quidem scholiasta: *Μήποτε δὲ οὐδὲ ὅλως ἐστὶ Κόννος, ἀλλὰ Κόννας, ὃν προσενεκτέον ὡς Μίδας.*) Iam Socrates cur Conni potissimum disciplinam expetiverit, dicetur infra: nam Stallbaumius quae ad Euthydemum p. 58. seqq. disseruit, nihil moror.

Accedo iam ad aliam Cratini fabulam, quae maxime ad res divinas spectavit, *Thressas* dico. Athenienses, quamdiu maiorum instituta et antiqua reipublicae forma vigebant, homines erant religiosissimi: servabant igitur religiones, quae erant a maioribus traditae, atque ritus fami-

liarum tanta fide, constantia, pietate, ac si ab ipsis diis essent proditi: sacris autem praeerant, qui ius hereditate acceptum tuebantur virtute et probitate. Verum ubi respublica Atheniensium aucta est opibus, ubi res navalis erat florentissima, ibi vero gravissima mala invaserunt civitatem: incredibilis enim navigandi et mercandi cupiditas omnium occupaverat animos, ut agresti cultu laboreque omisso latissime excurrerent atque circumvagarentur. Non iam haerent in sedibus suis, sed semper feruntur longius a domo atque etiam quorum manent corpora, animi tamen alacri cogitatione atque errore abrepti vagantur atque dissipantur. Itaque patriae quoque illius et antiquae consuetudinis amor imminutus: mores et disciplinae novae ascitae, ut vix quidquam integrum atque incorruptum in patriis institutis maneret. In severitatis igitur locum successit summa levitas et novandi studium: corruptela autem rerumque omnium commutatio primum in rebus publicis versata est: multitudo enim iam nolebat delectis et principibus civibus obsequi et sua sibi efflagitabat iura. Iam optimatium imperio imminuto, cum multitudo esset particeps libertatis, populare imperium celeriter in summam licentiam convertit: populi scitis atque decretis agebantur omnia; nec distincti erant gradus dignitatis, sed turbati atque permixti, ut respublica non suum statum teneret, sed proclivi cursu ad perniciem laberetur. Illius autem corruptelae nec res divinae erant expertes, praecipue inde ab eo tempore quo Clisthenes conditionem reipublicae penitus immutavit: auctum vero est malum sublata Areopagi auctoritate: nam cum in civitate omnia fierent arbitrio, cum res divinae atque humanae confunderentur, cum vincula sanctissima, quae singulas familias inter se societate quadam deviaciebant, rumperentur, neque substituerentur nova religionis incrementa satis firma et certa, tum vero deos et ritus a patribus receptos spernere, tum maiorum mores et instituta negligere. Quamquam sacra solemnia ac dies festi in honorem deorum publico et privato sumtu quam maxime celebrabantur, quamquam delubra et simulacra deorum splendidissima exstruebantur, non tamen versabantur pietas et religio in iis qui spectabant aut pompis intererant, non ipsi dii collocati erant in animis eorum, qui rebus divinis operam dabant: et hoc ipsum quod divinas res tanto splendore, fragili illo quidem et interituro exornabant, magis etiam animos a castimonia abalienavit. Adde huc, quod Athenienses studio discendi a principio incensi, artibusque bonis et disciplinis non illiberaliter instituti, alacri cogitatione omnia comprehendebant et perscrutabantur. Accessit philosophorum opera: horum enim praecepta et placita, cum in animos teneros atque faciles influerent, superstitionis quidem tenebras multitudinis oculis offusas dispulerunt, at religionem quoque labefactarunt: nam cum antea homines persuasum haberent, omnem hunc mundum delubrum quasi quoddam et domicilium deorum esse, omniaque, quae cernerentur, deorum esse plena, ut divini numinis species quasi quaedam non solum in mentibus, verum etiam in

oculis versaretur, erant etiam multo castiores, multo religiosiores, quod quasi in fano summae sanctitatis constituti esse sibi videbantur. Sed cum philosophi accuratius rerum naturam indagavissent, atque ista tanquam vana commenta spernerent, divinum numen ex mundo foras eiecerunt. Populi autem mentes tenerae his sententiis imbutae, cum ipsam veritatem non possent perspicere, ad stultam quandam arrogantiam sunt delatae, ut in se rationem esse dicerent, in mundo negarent. Itaque factum est, ut deos esse, quorum numine ac ditione quae fiant gerantur omnia, qui observent et intueantur qualis quisque sit, quid sequatur aut fugiat, qua mente et pietate sit imbutus, negarent penitus, atque omnium rerum dominum ac moderatorem esse casum persuasum haberent. Sed ut omnium rerum certi quidam sunt orbes et vicissitudines, ut quaeque res finitimam aliquam sed contrariam habet, ita etiam in rebus divinis mirum quemdam circuitum commutationum animadvertimus, ita ut genera penitus inter se diversa ex sese gignantur et efflorescant. Itaque videmus contemtum illum deorum et stultam mentis arrogantiam in vanam superstitionem et coecam animi religionem convortisse: atque haec duo vitia gravissima, adversa quidem sed finitima, diu Athenienses vexavisse. Animi enim, auctoritate antiquissimorum sacrorum spreta, patriorum deorum religione imminuta, aliquid tamen requirebant, in quo acquiescerent, ne summa sollicitudine atque angore agitarentur. Asciverunt igitur alienigenas religiones, ex Asia potissimum et Thracia: quae religiones quoniam non in multiplici varietate deorum versabantur, sed ad unum aliquod numen revocabant omnia, solae poterant ingenio moribusque illius aevi probari. Quarum religionum variae sunt species, et ut plerisque visum est, penitus inter se diversae: at vim et naturam earum si accuratius inquisiveris, omnes ex uno eodemque fonte repeti, omnes eodem tendere reperies. Haec enim summa est omnium illarum religionum: *Deum essentiam esse et substantiam: divinam igitur et aeternam esse materiam: formas autem et figuras, quarum illa capax sit quaeque ab illa originem ducant, mortales esse et caducas: nasci igitur et interire, mutari et converti: sed in hac quoque formarum multiplici varietate numen inesse divinum, a quo illa sit profecta: deum enim omnia, quaecunque ex se generaverit, summo amore comprehendere et complecti.* Verum ipsam hanc veritatem non poterant homines satis mente et ratione assequi, inchoatas tantum nec satis perpolitas sententias proponebant, et pleraque placita imaginum involucro tegebant; ipse igitur deus apud alios alias species induit pro natura locorum et mentis ingenio; sed summa eadem est in omnibus his religionibus. Principio hae religiones commoda multa et eximia hominum vitae attulerunt: propius enim accedebant ad veritatem, quam vetusta illa et obsoleta sacra, animosque ad divinam sapientiam percipiendam imbuebant et praeparabant: nam ii qui his sacris initiati erant, non solum praecepta et rationes cum

laetitia vivendi accipiebant, sed animos etiam spe meliore moriendi sustentabant: etenim animus cognoverat, se arctissimo vinculo cum deo coniunctum esse, in se ipso divinos quosdam igniculos reperiri, omninoque se non diversum esse ab ipso deo. His autem placitis animos hominum vehementius commotos alacresque factos esse consentaneum est, sed ab ipsa illa alacritate animorum labes etiam et corruptela gravissima orta est, animi enim altius elati mox omnem modum egressi sunt, et ad vanam superstitionem se applicaverunt, libidinum autem copia gliscente in castimoniae locum impudentia foedissimaeque voluptates successerunt, ita ut sacrorum perturbatio et depravatio teterrima oriretur: huc illud quoque accessit, quod haec sacra, cum principio non nisi a paucis celebrarentur, necdum admissa essent a civitate, in occulto nocturno praesertim tempore colebantur: nocturnae vero istae pervigilationes etiam postea, cum essent hae religiones in civitatem receptae, servatae sunt et summo studio cultae, ita ut facillime animi exsultarent et lascivirent.

Haec inchoata magis quam perfecta, cum et ipsius rei difficultas obscuritasque, et loci angustiae obessent, praemittenda duxi, antequam de consilio huius fabulae Cratineae pauca subiicerem. Asciverant enim tunc Athenienses sacra Bendidis, quae a Thracibus acceperant. Cum hac enim gente diuturna societate et amicitia erant copulati: hinc non mirum est quod ritus quoque et sacra inde Athenas fuerint translata. Memorabilis inprimis est Hesychii glossa: *Δίλογχον τὴν Βένδιν Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις ἐκάλεσεν, ἤτοι ὅτι δύο τιμὰς ἐκληρώσατο οὐρανίαν τε καὶ χθονίαν (λόγχας γὰρ ἐκάλουν τοὺς κλήρους), ἢ ὅτι δύο λόγχας φέρει κυνηγετικὴ οὖσα· οἱ δὲ ὅτι δύο φῶτα ἔχει, τὸ ἴδιον καὶ τοῦ ἡλίου· τὴν γὰρ σελήνην Βένδιν καὶ Ἄρτεμιν νομίζουσιν.* Ex tribus his interpretationibus secunda, quae ad externam deae Thraciae speciem habitumque spectat, minime est reiicienda: videntur enim sane imagines deae ita repraesentavisse, ut utraque manu hastam gereret, quorsum Cratinus quoque fortasse spectavit, cum illam *δίλογχον* appellavit, neque improbabile est comicum poetam hoc verbo venandi studium maxime spectavisse, quoniam Athenienses Bendin propter similitudinem cum Diana componere solebant: sed cum non ipsa Cratini verba conservata sint, omnis interpretatio ambigua est et incerta. Thraciae certe deae imago, si ita fuit ficta, ut duas hastas manu gestaret, non tanquam venatrix ita est exornata, sed aliud quid magis reconditum et grave hoc simulacro significabatur. Etenim cum huius religionis, sicuti ceterarum, id quod modo significavi, haec sit sententia, numen esse divinum et interitus expers, rerum autem naturam omninoque omnia, quae sub oculos cadant, fluxa esse et fragilia: sed in hac ipsa rerum mutatione et interemtione divinitatem aeternitatemque cerni, quoniam ipsum illud numen, quamvis mutet et perimat externas illas formas, quas procreaverit et quasi induerit, semper integrum et in-

colume constet, duplicem hanc vim et naturam numinis divini etiam externa forma indicare studebant. In hoc autem Thraciae deae religio a ceteris discrepat, quod non duo numina sibi adversantia et rursus se expetentia, uti in plerisque religionibus, quas ex Asia Graeci repetiverunt, discreta animadverti licet, sed unum tantum, quod utramque vim et naturam complectatur: deum enim hac ipsa re maxime apparere, quod mutet et perimat ea quae procreaverit, rursus autem eadem generet, itaque cum externa forma ea quae sint summa, in quibus omnis vis insit, arctissime coalescere. Itaque a veri similitudine prorsus non abhorret imagines Bendidis, ut externa quoque specie vis et natura divini numinis subindicaretur, duabus hastis instructas fuisse. Neque penitus latuit natura deae illum grammaticum, cuius interpretatio primo est loco proposita: *ἤτοι ὅτι δύο τιμὰς ἐκληρώσατο, οὐρανίαν τε καὶ χθονίαν· λόγχας γὰρ ἐκάλουν τοὺς κλήρους.* argutius ille quidem statuit Cratinum intellexisse duas illas particulas, quas dea sortita sit, coelestem et terrenam, nam quis tandem hoc sensu potuisset *δίλογχος* dicere, quamquam enim *λόγχη* sane de portione dici solet, ut ipse Hesychius infra docet: *Λόγχη· λῆξις. μερίς.* et Auctor Etymol. M. p. 569, 34: *Λόγχας τὰς μερίδας Ἴωνες λέγουσιν· Ἴων ἐν Χίου κτίσει· Ἐκ τῆς Τέω λόγχης* (hoc delendum arbitror) *λόγχας ποιεῖν.* tamen ut mihi quidem videtur *λόγχη* de praedae tantum sortitione, de militari aliqua portione dictum est: sed licet haec argutius ille interpretatus fuerit, recte tamen naturam illius deae explanavit, quam bipartitam, coelestem et terrenam, h. e. et aeternam et mortalem esse recte perspexit. Neque tertia explicatio prorsus reprobanda est, quamquam veris falsa admixta videntur: *Οἱ δέ, ὅτι δύο φῶτα ἔχει, τὸ ἴδιον καὶ τοῦ ἡλίου· τὴν γὰρ Σελήνην Βένδιν*) καὶ Ἄρτεμιν νομίζουσιν.* Etenim cum ex sententia huius religionis divinitas inesset omnibus naturis, soli, lunae, sideribus, terrae, ceterisque rebus quae sub oculorum adspectum cadunt, sane illam rerum naturae divinitatem etiam externa forma indicavisse videntur eique faces tribuisse, unde etiam in solemnitatibus huius deae certamina equestria taedis ardentibus celebrari solita sunt: et fortasse propter has ipsas faces Cratinus eam *δίλογχον* appellavit, potuit enim *λόγχη* de igni vibrante dici, uti *ἔγχος* Sophocles adhibuit in Rhizotomis Fr. 480:

Ἥλιε δέσποτα καὶ πῦρ ἱερόν,
Τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης ἔγχος,
Τὸ δι' Οὐλύμπου πάλλουσα φέρει
Καὶ γῆς, ναίουσ' ἱερὰς τριόδους.

---

*) Rectius scribitur *Βενδῖς*, *Βενδῖδος*, si audiendus Grammaticus apud Bekkerum Anecd. T. III. p. 1192: *Βενδῖς* (male *μενδῖς* scribitur) *Βενδῖδος, Βενδῖδι, Βενδῖν, Μολῖς, Μολῖδος, Μολῖδι, Μολῖν, Ἀταρτῖς* (hoc addendum) *Ἀταρτῖδος, Ἀταρτῖδι, Ἀταρτῖν· ταῦτα δέ εἰσιν ὀνόματα δαιμόνων τιμωμένων παρὰ Θρᾳξίν.* et Theognostus ibid. p. 1343 B: *Βενδίδειον δὲ προπαροξύτονον· ἐφύλαξε γὰρ τὸ δ τῆς Βενδῖδος γενικῆς.*

Adde Etymol. M. p. 313, 1: Ὁ δὲ Σοφοκλῆς τὴν σφαῖραν ἔγχος κέκληκεν — καὶ τὸ πῦρ, οἷον· Ἔγχος ἱέμενον· τὸ τὴν ὁρμὴν ἔχον. Duas autem faces deae tribuisse videntur, ut illam coelesti lumine terram collustrare significarent. Minus vero recte illi grammatici hoc ad lunam referre voluerunt, in errorem inducti eo, quod Bendin cum Diana Graecorum componere solebant, nisi forte illi Hecaten magis intellexerunt, quam sortitam esse lunam pervulgata erat opinio, itaque Plutarchus de defect. Orac. c. 13. lunam mixtam temperatamque ex coelesti et divina natura dicit: Μικτὸν δὲ σῶμα καὶ μίμημα δαιμόνων ὄντως τὴν σελήνην, τῷ τῇ τούτου τοῦ γένους συνᾴδειν περιφορᾷ, φθίσεις φαινομένας δεχομένην καὶ αὐξήσεις καὶ μεταβολάς, ὁρῶντες, οἱ μὲν ἄστρον γεῶδες, οἱ δ' ὀλυμπίαν γῆν, οἱ δὲ χθονίας ὁμοῦ καὶ οὐρανίας κλῆρον Ἑκάτης προσεῖπον. Sed de Bendidis religionis ratione et natura quominus subtilius quaeramus, rei obscuritas prohibet: nam cum idoneis testimoniis ferme destituti simus, verendum est, ne in altum coniecturarum mare auferamur: haec enim Cratini fabula pauca quaedam suppeditat, quibus Thracia illa religio illustretur, pauciora etiam Aristophanis Lemniae, quam comoediam huic ipsi superstitioni adversatam esse alio loco docebitur.

Bendidis sacra ab Atheniensibus recepta magnoque studio culta esse disertis veterum scriptorum testimoniis probatur, ita Strabo X. p. 362 ed. Tauchn. Τούτοις (Φρυγιακοῖς) δ' ἔοικε καὶ τὰ παρὰ τοῖς Θρᾳξὶ τά τε Κοτύτια καὶ τὰ Βενδίδεια· παρ' οἷς καὶ τὰ Ὀρφικὰ τὴν καταρχὴν ἔσχε. Atque idem docet Athenienses propter hanc levitatem in recipiendis alienis religionibus ceremoniisque a comicis poetis vexatos esse p. 364: Ἀθηναῖοι δ' ὥσπερ περὶ τὰ ἄλλα φιλοξενοῦντες διατελοῦσιν, οὕτω καὶ περὶ τοὺς θεούς· πολλὰ γὰρ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, ὥστε καὶ ἐκωμῳδήθησαν· καὶ δὴ καὶ τὰ Θρᾴκια καὶ τὰ Φρύγια· τῶν μὲν γὰρ Βενδιδείων Πλάτων μέμνηται, τῶν δὲ Φρυγίων Δημοσθένης. Bendidis autem religio quo tempore Athenis recepta sit, possumus probabili ut opinor coniectura assequi: nam cum comici poetae ea potissimum vitia exagitare consueverint, quae recenti erant memoria, quae non ita multo ante popularium animos illapsa vigebant, hos deae Thraciae ritus modo ascitos esse ab Atheniensibus, cum Thressas Cratinus doceret, veri simillimum est. Haec autem fabula quando sit data, potest coniici ex istis versibus, quos servavit Plutarchus in vita Pericl. c. 13. in quibus poeta Periclem tesserarum suffragium effugisse dicit: Τὸ δ' Ὠιδεῖον τῇ μὲν ἐντὸς διαθέσει πολύεδρον καὶ πολύστυλον, τῇ ἐρέψει περικλινὲς καὶ κάταντες ἐκ μιᾶς ὀροφῆς πεποιημένον, εἰκόνα λέγουσι γενέσθαι καὶ μίμημα τῆς βασιλέως σκηνῆς, ἐπιστατοῦντος καὶ τούτῳ Περικλέους· διὸ καὶ πάλιν Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις παίζει πρὸς αὐτόν·

Ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὁδὶ προσέρχεται
Ὁ Περικλέης, τᾠδεῖον ἐπὶ τοῦ κρανίου
Ἔχων, ἐπειδὴ τοὔστρακον παροίχεται.

Pericles autem cum ostracismi periculum feliciter superaverit Thucydide, Melesiae filio, in exilium eiecto, qui id ipsum maxime crimini verterat Pericli, quod publicas opes aedificiis aliisque monumentis suo arbitrio impenderet, vid. Plut. vit. Pericl. c. 14: *Τῶν δὲ περὶ τὸν Θουκυδίδην ῥητόρων καταβοώντων τοῦ Περικλέους ὡς σπαθῶντος τὰ χρήματα καὶ τὰς προσόδους ἀπολλύντος ἠρώτησεν ἐν ἐκκλησίᾳ τὸν δῆμον, εἰ πολλὰ δοκεῖ δεδαπανῆσθαι· φησάντων δὲ πάμπολλα, Μὴ τοίνυν, εἶπεν, ὑμῖν, ἀλλ' ἐμοὶ δεδαπανήσθω καὶ τῶν ἀναθημάτων ἰδίαν ἐμαυτοῦ ποιήσομαι τὴν ἐπιγραφήν.* acute sane Cratinus finxit Periclem odeum in capite portantem, ostracismi discrimine feliciter superato. Tandem enim perfecit Pericles, ut Thucydides, acerrimus nobilitatis propugnator, patria eiiceretur, vid. Plut. ibid: *Τέλος δὲ πρὸς τὸν Θουκυδίδην εἰς ἀγῶνα περὶ τοῦ ὀστράκου καταστὰς καὶ διακινδυνεύσας ἐκεῖνον μὲν ἐξέβαλε, κατέλυσε δὲ τὴν ἀντιτεταγμένην ἑταιρείαν.* Factum autem hoc est Olymp. LXXXIV. 1. ut apparet ex Plutarcho ibid. c. 16, qui dicit quindecim integros annos deinceps Periclem solum res publicas administravisse: *Μετὰ δὲ τὴν Θουκυδίδου κατάλυσιν καὶ τὸν ὀστρακισμὸν οὐκ ἐλάττω τῶν πεντεκαίδεκα ἐτῶν διήνεγκε κτλ.* Itaque non ita multo post hunc annum haec Cratini fabula docta esse videtur, quam suspicionem vel ipsa orationis conformatio in istis versibus confirmat: atque eodem fere tempore Bendidis sacra publice recepta esse existimandum est. Pertinet vero huc etiam exordium libri primi Platonis de civitate: *Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος, προσευξόμενός τε τῇ θεῷ καὶ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι τίνα τρόπον ποιήσουσιν, ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες. Καλὴ μὲν οὖν μοι καὶ ἡ τῶν ἐπιχωρίων πομπὴ ἔδοξεν εἶναι, οὐ μέντοι ἧττον ἐφαίνετο πρέπειν, ἣν οἱ Θρᾷκες ἔπεμπον.* Bendidis enim sunt sacra, quorum hic fit mentio. Fingit autem Plato hoc colloquium institutum esse eo ipso tempore, quo primum Thraciae deae religio recepta sit. Quod si illud tempus, quo Plato illum sermonem de optima reipublicae forma habitum esse fingit, satis certo liceret definire, etiam hoc compertum haberemus, quando Bendidea primum sint celebrata. At ista quidem quaestio plurimis gravissimisque difficultatibus est impedita. Plato enim cum nollet philosophiam ad disciplinae artisque normam redigere, eam elegit formam quae popularium ingenio maxime conveniret: itaque sermonis vicissitudinem instituit, hominesque ipsos colloquentes induxit. Athenienses enim otio urbano fruentes nulla re magis delectabantur, quam sermone vario, quo tempus laetissime fallerent, neque fugit hoc Athenienses, siquidem ipse Plato de Legg. I. p. 641 E: *Τὴν πόλιν ἅπαντες ἡμῶν Ἕλληνες ὑπολαμβάνουσιν ὡς φιλόλογός τέ ἐστι καὶ πολυλόγος· Λακεδαίμονα δὲ καὶ Κρήτην τὴν μὲν βραχυλόγον, τὴν δὲ πολύνοιαν μᾶλλον ἢ πολυλογίαν ἀσκοῦσαν.* Sed Plato hanc colloquiorum formam maxima arte tractavit: nam ut sermo quasi a praesentibus haberi, res quasi agi ante legentium oculos videretur, certorum ubique hominum personis usus est, quae

de proposita sententia dissererent, accurate dilucideque causas, locum, tempus, quo sit colloquium habitum descripsit omninoque ad dramatis speciem dialogos conformavit, prorsus ut externa forma cum argumenti praestantia congrueret. At non tanta diligentia quanta in rerum scriptore, etiam in sermonum fictore requiritur: itaque Plato saepe numero ea, quae in praesentia erant gesta, coniungit cum iis, quae multo ante acciderunt, homines aetatis magno intervallo discretos colloquentes inducit, omninoque non eam diligentiam in locis temporibusque definiendis adhibet, quam hodie flagitamus, tunc nemo desiderabat, cum rerum gestarum memoria admodum esset dubia et incerta, ut plerique, nisi si qui litteris mandavissent, ne ea quidem quae proxime gesta essent satis recte mente possent recolere. Socratis autem persona cum Platoni praeter ceteras idonea esset visa, quae eas ipsas sententias proponeret et dissereret, quas multum diuque meditatus veras esse perspexerat, ad hanc summus philosophus solet omnia revocare. Quam quidem licentiam cum antiqui philologi, ut Athenaeus, animadvertissent, neque vero rei rationem intellexissent, multa temere reprehenderunt: recentiores autem cum haec quae sibi adversantur partim conciliare, alia excusare studuerint, saepe numero a veritate prorsus aberrant frustraque in describenda aetate, qua hoc illudve colloquium institutum sit, laborant. Et nuperi quidem interpretes, qui Platonis libros de republica attigerunt, neque illud tempus, quo scripti sint hi libri, neque id, quo colloquium habitum esse fingatur, satis recte et pensiculate constituerunt. Fingit Plato in exordio illius operis Socratem cum vellet a spectaculo isto domum reverti, a Polemarcho retineri eiusque precibus victum ad illius aedes accedere, ibique Polemarchi fratres Lysiam et Euthydemum et Cephalum patrem senem convenire, vid. p. 328 B: *Η μὲν οὖν οἴκαδε εἰς τοῦ Πολεμάρχου καὶ Λυσίαν τε αὐτόθι κατελάβομεν καὶ Εὐθύδημον, τοὺς τοῦ Πολεμάρχου ἀδελφούς· — ἦν δ' ἔνδον καὶ ὁ πατὴρ ὁ τοῦ Πολεμάρχου Κέφαλος· καὶ μάλα πρεσβύτης μοι ἔδοξεν εἶναι· διὰ χρόνου γὰρ καὶ ἑοράκειν αὐτόν.* Apparet igitur colloquium ad illud tempus a Platone referri, quo et Lysias Polemarchusque Athenis commorati sint, neque dum mortuus fuerit Cephalus. Iam Polemarchus cum fratre Lysia, mortuo Cephalo Athenas reliquit seque Thurios contulit Olymp. LXXXIV. 1. ut dicit Pseudoplutarch. vit. Lysiae: *'Επεὶ δὲ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν, τὴν ὕστερον Θουρίους μετονομασθεῖσαν, ἔστελλεν ἡ πόλις, ᾤχετο σὺν τῷ πρεσβυτάτῳ ἀδελφῷ Πολεμάρχῳ, ἦσαν γὰρ αὐτῷ καὶ ἄλλοι δύο, Εὔδιδος (Εὐθύδημος) καὶ Βράχυλλος, τοῦ πατρὸς ἤδη τετελευτηκότος, ὡς κοινωνήσων τοῦ κλήρου, ἔτη γεγονὼς πεντεκαίδεκα, ἐπὶ Πραξιτέλους ἄρχοντος.* Natus enim est Lysias praetore Philocle, h. e. Olymp. LXXX. 2. itaque tunc annum egit quintum decimum. Prorsus congruunt quae tradit Dionys. de Lysia Iudic. c. 1: *'Εγεννήθη δὲ 'Αθήνησι μετοικοῦντι τῷ πατρί, καὶ συνεπαιδεύθη τοῖς ἐπιφανεστάτοις 'Αθηναίων, ἔτη δὲ πεντεκαίδεκα γε-*

γονὼς εἰς Θουρίους ᾤχετο πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσί, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας, ἣν ἔστελλον Ἀθηναῖοί τε καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς δωδεκάτῳ ἔτει πρότερον τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου. Iam vero quaeritur, quo tempore mortuus sit Cephalus. Ipse Lysias dicit patrem a Pericle, quocum hospitalitatis iure coniunctus erat, invitatum Athenas profectum esse ibique triginta annos habitavisse, vid. orat. adv. Eratosthen. 4. p. 243 ed. Bekk.: *Οὑμὸς πατὴρ Κέφαλος ἐπείσθη μὲν ὑπὸ Περικλέους εἰς ταύτην τὴν γῆν ἀφικέσθαι, ἔτη δὲ τριάκοντα ᾤκησε.* Etiam Plutarchus in vita Lysiae dicit Cephalum urbis visendae cupiditate captum et Periclis amicitia commotum Athenas commigrasse: *Λυσίας υἱὸς ἦν Κεφάλου τοῦ Λυσανίου τοῦ Κεφάλου, Συρακουσίου μὲν γένος μεταναστάντος δ' εἰς Ἀθήνας ἐπιθυμίᾳ τε τῆς πόλεως καὶ Περικλέους τοῦ Ξανθίππου πείσαντος αὐτὸν φίλον ὄντα καὶ ξένον.* Idem addit Cephalum, ut nonnulli tradiderint memoriae, Syracusis expulsum esse Gelone auctore: *Ὡς δέ τινες, ἐκπεσόντα τῶν Συρακουσῶν, ἡνίκα ὑπὸ Γέλωνος ἐτυραννοῦντο.* Sed hoc quidem an recte sit traditum, admodum ambigo. Gelo enim Syracusarum imperio potitus est Olymp. LXXIII. 4 tenuitque regnum usque ad Olymp. LXXV. 3; itaque si vel extremo Gelonis tempore statuimus Cephalum in exilium eiectum esse, necesse est ille pervenerit Athenas Olymp. LXXV. 3: itaque mors eius inciderit in Olymp. LXXXIII. 1, quandoquidem triginta annos illic commoratum esse ipsius Lysiae testimonio constet. Sin vero medium quoddam tempus sequimur, quod per se multo est probabilius, statuimusque Olymp. LXXIV. 4 Cephalum Syracusas reliquisse, fuerit mortuus Olymp. LXXXII. 2. At isto tempore Cephalum mortuum esse parum est probabile; consentaneum enim est Lysiam et Polemarchum statim patre mortuo Thurios commigrasse: omnino autem ista narratio de Cephali exilio admodum dubia est, quod vel ipsa orationis conformatio, qua Plutarchus utitur, arguit. Iam cum illi Athenas reliquerint Olymp. LXXXIV. 1, cum Pericles, remoto Thucydide, secundum colonos Sybarin mitteret, de qua re supra dictum est, quod factum anno illo medio vel potius exeunte, Cephalus aut eo anno ineunte, aut Olymp. LXXXIII, 4 extremo mortuus est, ut Olymp. LXXVI. 2 vel 3 Athenas commigraverit. Iam videtur Cephalus non ita multo post Bendideorum solemnitatem mortuus esse, quandoquidem Plato senem aetate satis confectum mortisque meditatione occupatum nobis exhibet. Itaque existimo Bendidea primum celebrata esse Olymp. LXXXIII. 4 anno extremo, Thargelione enim mense ista fiebat solennitas. Eodem igitur anno Plato illud de optima civitatis forma colloquium habitum esse fingit: cetera vero, quae exponit, nequaquam huic tempori conveniunt, sed ex praesentia sunt petita h. e. ex Olympiade XCVI media, quo tempore Platonem libros de republica edidisse idoneis comprobari potest argumentis: locupletissimus auctor Aristophanes, qui in Ecclesiazusis ipsam hanc doctrinam, quam Plato in illis libris proposuit, scite exagitat ipsumque etiam Platonem,

obscurato quidem nomine, obiurgat, sed de hac re disserere non est huius loci: dicetur fortasse alibi de proposita sententia illius fabulae, quam cum alii, tum maxime Stallbaumius prorsus ignorarunt. Itaque Plato non veritus est homines aequales consociare cum Cephalo, ut p. 328 B: *Καὶ Λυσίαν τε αὐτόθι κατελάβομεν καὶ Εὐθύδημον, τοὺς τοῦ Πολεμάρχου ἀδελφούς, καὶ δὴ καὶ Θρασύμαχον τὸν Χαλκηδόνιον καὶ Χαρμαντίδην τὸν Παιανιέα καὶ Κλειτοφῶντα τὸν Ἀριστωνύμου.* Nam Thrasymachus quidem eo ipso tempore, quo Plato hos sermones scripsit, inclaruit Athenisque versatus est, de qua re dicetur infra ad Theopompi mulieres milites. Charmantides quoque sine dubio Platonis fuit aequalis videturque idem in titulo apud Boeckh. Corp. Inscr. T. I. n. 213 commemorari: *Χαρμαντίδης Χαιρεστράτου* *) *Παιανιεύς.* incidit autem haec inscriptio in illud tempus, quod Euclidis annum proxime subsecutum est, id quod vel inde conficias, quod cum Pandionidis tribules decrevissent Niciam coronandum et hoc decretum in columna lapidea incidendum esse, praeterea adiectum est: *ἀναγράψαι δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος νενίκηκεν ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος παισὶν ἢ ἀνδράσιν Διονύσια ἢ Θαργήλια ἢ Προμήθια ἢ Ἡφαίστια, ἀναγράφειν δὲ καὶ τὸ λοιπὸν ἐάν τις τούτων τι νικήσῃ.* Atque omnes qui illic commemorantur, in hanc ipsam aetatem incidunt. **)

---

*) Chaerestratus ille, pater Charmantidis, fortasse memoratus est Phrynicho in Comissatoribus apud Athen. XI. p. 474 B:

Εἶτα κεραμεύων ἐν οἴκῳ σωφρόνως Χαιρέστρατος
Ἑκατὸν ἂν τῆς ἡμέρας ἔκλαιεν οἴνου κανθάρους.

**) Ita qui in hoc titulo commemoratur *Ἀνδοκίδης Λεωγόρου Κυδαθηναιεὺς* qui puerorum choro Dionysia vicisse dicitur prorsus congruit huic tempori: reportavit autem illam victoriam non ante Olymp. XCV. 1. Andocides enim cum esset Quadringentorum dominatu sublato ex urbe eiectus Elidem se contulit; cum vero triginta tyranni de statu essent deiecti exulesque reducti, ipse quoque rediit, vid. Plutarch. vit. Andocidis: *Δεθεὶς δὲ ὑπὸ τούτων καὶ διαφυγὼν αὖθις, ὁπότε κατελύθη ἡ ὀλιγαρχία, ἐξέπεσε τῆς πόλεως, ἕως τῶν τριάκοντα τὴν ἀρχὴν καταλαβόντων:* (ita enim corrigendum: ἕως sic cum genitivis copulatum, etsi est labentis graecitatis, auctorem illius libelli nequaquam dedecet:) *οἰκήσας δὲ τὸν τῆς φυγῆς χρόνον ἐν Ἤλιδι κατελθόντων τῶν περὶ Θρασύβουλον καὶ αὐτὸς ἧκεν εἰς τὴν πόλιν.* Confirmat hoc ipse Andocides in oratione de mysteriis 132, ibique etiam recenset quae munera publica susceperit: *Ἀλλὰ γὰρ ὦ ἄνδρες διὰ τί ποτε τοῖς ἐμοὶ νυνὶ ἐπιτιθεμένοις μετὰ Καλλίου καὶ συμπαρασκευάσασι τὸν ἀγῶνα καὶ χρήματα εἰσενεγκοῦσιν ἐπ' ἐμοί, τρία μὲν ἔτη ἐπιδημῶν καὶ ἥκων ἐκ Κύπρου οὐκ ἀσεβεῖν ἐδόκουν αὐτοῖς — ἀλλὰ τοὐναντίον λειτουργεῖν οὗτοι προὐβάλλοντο, πρῶτον μὲν γυμνασίαρχον Ἡφαιστίοις, ἔπειτα ἀρχιθεωρὸν εἰς Ἰσθμὸν καὶ Ὀλυμπίαζε, εἶτα δὲ ταμίαν ἐν πόλει τῶν ἱερῶν χρημάτων.* Itaque cum Andocides dicat se Hephaestiis gymnasiarchi munere functum esse (praemium quidem tunc nullum tulit, quandoquidem in hac inscriptione nec Andocides nec alius quis victor in Hephaestiis aut Promethiis recensetur) neque vero commemoret victoriam illam, quam in Dionysiis puerorum choro reportavit, apparet eam accidisse post illam litem, quam inimici Andocidi intenderant, h. e. post Olymp. XCV. 1: nam profecto victoriam illam orator non praetermisisset silentio: factaque est eius

Clitophon autem Thrasymachi fuit auditor, ut indicat auctor cognominis dialogi, ubi in ipso exordio p. 406 C. haec leguntur: *Κλειτοφῶντα τὸν Ἀριστωνύμου τὶς ἡμῖν διηγεῖτο ἔναγχος ὅτι Λυ-*

---

memoria etiam a Plutarcho: *Καὶ αὐτὸς δ' ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῃ διθυράμβῳ καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὑψηλοῦ ἄντικρυς τοῦ πωρίνου Σειληνοῦ:* quamquam enim hic cyclio choro vicisse traditur, tamen quin eadem dicatur victoria non dubito. Etenim existimo cyclii chori appellationem cadere in omnia illa certamina quae vel a pueris vel a viris saltantibus canentibusque Dionysiis, Thargeliis, Panathenaeis exhibebantur: ita ut Andocides, qui in titulo illo accurate dicitur puerorum choro vicisse, recte a Plutarcho perhibeatur cyclio choro sumptum praebuisse: cyclii autem hi chori appellati sunt quoniam non ut tragici et comici quadrato agmine collocati erant, sed circa aram in orbem vertebantur, dithyrambos hymnosque in deorum laudem canentes. Et communi hoc nomine Aristophanes omnes omnino choros, qui talia carmina canebant, comprehendit, ut Nub. v. 332, Av. 1403 seqq., Ran. v. 366 et in Gerytade ap. Athen. XII. p. 551 B:

Πρῶτα μὲν Σαννυρίων
Ἀπὸ τῶν τραγῳδῶν, ἀπὸ δὲ τῶν τραγικῶν χορῶν
Μέλητος, ἀπὸ δὲ τῶν κυκλίων Κινησίας.

Cyclios vero choros eosdem esse, quos alias *ἀνδρικοὺς* et *παιδικοὺς* appellare solent, satis confirmat Bachylides vel Simonides Epigr. CCV, ubi victoria virorum ex tribu Acamantide in Dionysiis ita celebratur, ut chorus cyclius non obscure notetur, v. 5:

Οἳ τόνδε τρίποδα σφίσι Βακχίων ἀέθλων
Ἔθηκαν· εὔνους δ' Ἀντιγένης ἐδίδασκεν ἄνδρας.
Εὖ δ' ἐπιθηνεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωριοῖς Ἀρίστων
Ἀργεῖος ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς.
Τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος
Στρούθωνος υἱός, ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθείς.

conferas etiam aliud Simonidis epigramma, CCIII. v. 3, ubi *virorum quinquaginta* chorus dicitur, atque totidem etiam cyclium chorum confecisse constat:

Ξεινοφίλου δ' ἐῢς υἱὸς Ἀριστείδης ἐχορήγει
Πεντήκοντ' ἀνδρῶν καλὰ μαθόντι χορῷ.

Neque vero illud repugnat, quod apud Lysiam Orat. XX. p. 330 ed. Bekk. utraque appellatio usurpata est: *Θαργηλίοις νικήσας ἀνδρικῷ χορῷ — ἐπὶ δ' ἀνδράσι χορηγῶν εἰς Διονύσια — Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς κυκλίῳ χορῷ — ἐγυμνασιάρχουν εἰς Προμήθεια — καὶ ὕστερον* (h. e. Pythodoro praetore, quem noluit propter invidiam nominatim appellare) *κατέστην χορηγὸς παιδικῷ χορῷ.* Recte enim Lysias ubi de Dionysiorum solemnitate agitur, *ἀνδρικὸν χορὸν* et *ἀνδράσι χορηγεῖν* dixit, quoniam ibi etiam puerorum chori prodibant; recte vero infra dixit *παιδικὸν χορόν*, quem aut Dionysiis aut Thargeliis exhibuisse videtur, nam in Thargeliis quoque et puerorum et virorum chori instruebantur: at in parvis Panathenaeis dixit *cyclium chorum* exornatum esse, quoniam ibi tantum puerorum, ut videtur, choris sumtum suppeditare solebant; ceterum multo minorem pecuniam huic choro ille, pro quo Lysias orationem composuit, impendit, quandoquidem virorum choro duo millia drachmarum, puerorum choro mille et quingentas, huic cyclio trecentas drachmas impendit.

Sed ut ad istum titulum revertar, quam de tempore dixi sententiam, confirmant etiam reliqua nomina: ita commemoratur *Κλεομέδων Κλέωνος Κυδαθηναιεύς:* qui est filius Cleonis, hominis famosissimi: quod vel pag

σία διαλεγόμενος τὰς μὲν μετὰ Σωκράτους διατριβὰς ψέγοι, τὴν Θρασυμάχου δὲ συνουσίαν ὑπερεπαινοῖ. Eundem, ut videtur, Clitophontem, tanquam novitia disciplina imbutum sophistarumque stu-

---

nomen confirmat, nam Cleo quoque Cydatheniensis fuit, hinc Aristophanes in Vespis v. 894:

Ἀκούετ' ἤδη τῆς γραφῆς· ἐγράψατο
Κύων Κυδαθηναιεὺς Λάβητ' Αἰξωνέα,
Τὸν τυρὸν ἀδικεῖν ὅτι μόνος κατήσθιεν
Τὸν Σικελικόν· τίμημα κλῳὸς σύκινος.

quae quin de Cleone et Lachete accipienda sint noli dubitare; satis hoc probat quod supra legitur v. 240:

Ἀλλ' ἐγκονῶμεν, ὦνδρες, ὡς ἔσται Λάχητι νυνί·
Σίμβλον δέ φασι χρημάτων ἔχειν ἅπαντες αὐτόν.
Χθὲς οὖν Κλέων ὁ κηδεμὼν ἡμῖν ἐφεῖτ' ἐν ὥρᾳ
Ἥκειν ἔχοντας ἡμερῶν ὀργὴν τριῶν πονηρὰν
Ἐπ' αὐτόν, ὡς κολωμένους ὧν ἠδίκησεν.

Nam festivissimus poeta ut senes in publico iudicio de Lachetis lite sententiam laturos induxit, ita etiam infra, cum domesticum iudicium haberetur, canes non inscite finxit inter se disceptare, ut hac imagine Cleonis, qui Lachetem virum honestissimum ditissimumque mala fraude calumniaretur, improbam audaciam perstringeret. Laches autem fuit Aexonensis, id quod colligi potest vel ex Platonis cognomine sermone p. 197 D, ubi ipse Laches hoc dicit: *Οὐδὲν ἐρῶ πρὸς ταῦτα ἔχων εἰπεῖν, ἵνα μή με φῇς ὡς ἀληθῶς Αἰξωνέα εἶναι.* quorum verborum haec est sententia: Ne me putes, ut genere sum Aexonensis, ita etiam moribus et ingenio Aexonensem esse: nam Laches nisi ex pago Aexonensi oriundus fuisset, non potuisset illud *ὡς ἀληθῶς* addi. Aexonenses autem homines maledicentissimi perhibebantur, itaque saepius comici poetae eos hoc nomine videntur notasse: Harpocratio p. 9: *Αἰξωνεῖς· Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Μέδοντα περὶ χωρίου. Αἰξωνῆς δῆμος φυλῆς τῆς Κεκροπίδος· ἐκωμῳδοῦντο δὲ εἰς βλασφήμους, ἀφ' οὗ καὶ τὸ κακῶς λέγειν αἰξωνεύεσθαι ἔλεγον. Μένανδρος ἐν Κανηφόρῳ. Πλάτων δ' ἐν τῷ περὶ ἀνδρείας φησίν.* Menandrum *αἰξωνεύεσθαι* dixisse existimant homines docti: mihi secus videtur: neque Plato usus est hoc vocabulo, qui possit videri, siquidem Timaeus in lexico Platonico p. 13 ita scribit: *Αἰξωνεύεσθαι· ἀπὸ δήμου τινὸς ἡ κατηγορία τοῦ Αἰξωνέως, ὡς ἀπὸ Ἀβδήρων Ἀβδηρίτης, ὡς ἐπὶ βλασφημίᾳ διαβέβληται.* verum haec glossa spectat ad illum ipsum locum in Lachete. Menander vero dixit, ut opinor,

Γραῦς τις κακολόγος ἐκ δυοῖν Αἰξωνέοιν.

quem versum poetae nomine non adiecto servavit Grammaticus Bekk. Anecd. T. I. p. 353, 31: *Αἰξωνεύεσθαι· ἀπὸ δήμου τινὸς ἡ κατηγορία τοῦ Αἰξωνέως, ὡς ἀπὸ Ἀβδήρων ὁ Ἀβδηρίτης· ὡς ἐπὶ βλασφημίᾳ δὲ διαβέβληται· βλάσφημοι γὰρ οἱ Αἰξωνεῖς κατηγοροῦνται· φησὶ γὰρ ὁ κωμικός· Γραῦς τις κακ. ἐκ δ. Αἰξ.* Saepissime enim Menander sic simpliciter comicus vocatur: mulierem autem illam maledicentissimam dicit non infacete ex patre atque ex matre Aexonensibus ortam esse: non recte Ruhnkenius coniecit *Αἰξωναῖν*, existimans duas Aexonas vocari *Αἰξωνὴν* et *Ἁλὰς Αἰξωνίδας*. Sed primum permire dictum esset, mulierem istam ex utraque Aexone oriundam esse, deinde alter ille pagus ne dicebatur quidem Aexone, sed *Ἁλαὶ Αἰξωνίδες*, quoniam in illa vicinia fuit et eidem tribui h. e. Cecropidi adiectus, ut ab alio quodam deme distingueretur, cui nomen erat *Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες*, qui quidem cognomen traxit a pago Araphene; uterque ad Aegeidem tribum pertinebat: Araphen autem ut opinor nomen traxit ab heroe quodam Araphene illic culto, quod colligo ex Herodiano *περὶ*

diosum etiam Aristophanes attigit in Ranis v. 365, ubi Euripides illum cum Theramene coniungit:

Τουτουμενὶ Φορμίσιος Μεγαίνετός θ' ὁ Μάγνης,
Σαλπιγγολογχυπηνάδαι, σαρκασμοπιτυοκάμπται,
Οὑμοὶ δὲ Κλειτοφῶν τε καὶ Θηραμένης ὁ κομψός.

μονήρ. λέξ. p. 17, 8: *'Αραφήν· εἷς τῶν ἑκατὸν ἡρώων.* Nam Atticos centum illos heroes divinis honoribus ornatos dicit, quorum memoriam satis obscuratam alias renovare conabimur. Ceterum eundem hunc Cleomedontem, Cleonis filium, commemoravit etiam Demosthenes in Boeotum, maxime huc pertinet quod t. V. p. 271 ed. Bekk. legitur: *Πρὸς δὲ τούτοις φαίνεταί μου ἡ μήτηρ τὸ πρῶτον ἐκδοθεῖσα Κλεομέδοντι, οὗ φασὶ τὸν πατέρα Κλέωνα τῶν ὑμετέρων προγόνων στρατηγοῦντα Λακεδαιμονίων πολλοὺς ἐν Πύλῳ ζῶντας λαβόντα μάλιστα πάντων ἐν τῇ πόλει εὐδοκιμῆσαι.* Animadvertit hoc iam, si recte memini Boeckhius. Praeterea Philomeli cuiusdam ibidem fit mentio: *Φιλόμηλος Φιλιππίδου Παιανιεύς.* quem puto eum esse, qui in matrimonium duxerat sororem eius, cui Lysias orationem pro bonis Aristophanis scripsit; memoratur ibi p. 311 ed. Bekk.: *Τὰς τοίνυν ἐμὰς ἀδελφὰς θελόντων τινῶν λαβεῖν ἀπροίκους πάνυ πλουσίων οὐ δέδωκεν, ὅτι ἐδόκουν κάκιον γεγονέναι, ἀλλὰ τὴν μὲν Φιλομήλῳ τῷ Παιανιεῖ, ὃν οἱ πολλοὶ βελτίονα ἡγοῦνται εἶναι ἢ πλουσιώτερον.* Ad eandem gentem pertinet Philippides, quem commemorat Plato Protagor. p. 315 A: *Ἐκ δὲ τοῦ ἐπὶ θάτερα ὁ ἕτερος τοῦ Περικλέους Ξάνθιππος καὶ Φιλιππίδης ὁ Φιλομήλου,* qui quidem pater illius Philomeli fuerit. Porro in eodem titulo *Εὐριππίδης 'Αδειμάντου Μυῤῥινούσιος* recensetur, cuius pater Adimantus aut nobilis ille praetor, Leucolophidae filius, aut ignotus ille Cepide natus fuisse videtur, vid. Plat. Protag. p. 315 E: *Τούτῳ τ' ἦν τὸ μειράκιον καὶ τὼ 'Αδειμάντω ἀμφοτέρω, ὅ τε Κήπιδος καὶ ὁ Λευκολοφίδου καὶ ἄλλοι τινὲς ἐφαίνοντο.* nam de Platonis fratre cave haec interpreteris: Euripidem autem nescio an eundem dicat Aristophanes in Ecclesiazusis v. 823:

Τὸ δ' ἔναγχος οὐχ ἅπαντες ἡμεῖς ὤμνυμεν
Τάλαντ' ἔσεσθαι πεντακόσια τῇ πόλει
Τῆς τετταρακοστῆς, ἣν ἐπόρισ' Εὐριπίδης.
Κεὐθὺς κατεχρύσου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην·
Ὅτι δὴ δ' ἀνασκοπουμένοις ἐφαίνετο
Ὁ Διὸς Κόρινθος καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐκ ἤρκεσεν,
Πάλιν κατεπίττου πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην.

Scholiasta nihil aliud memoriae mandavit, nisi hoc: *Οὗτος ἔγραψε τεσσαρακοστὴν εἰσενεγκεῖν ἀπὸ τῆς οὐσίας εἰς τὸ κοινόν.* Mihi quidem longe probabilius videtur, illum Adimanti filium huius legis esse auctorem, quam, quod Boeckhius Oecon. Att. T. II. p. 27 censet, Euripidem tragicum iuniorem, sive nobilissimi poetae filium, sive eiusdem ex fratre natum: cf. de eo Boeckh. de tragicis Gr. p. 225 seqq., qui quidem Euripides nescio an is sit, quem mediae comoediae poetae nonnunquam attigerunt, ut Ephippus in Ephebis ap. Athenaeum XI. p. 482 C:

Οὐ κύλικας ἐπὶ τὰ δεῖπνα Χαιρήμων φέρει,
Οὐ κυμβίοισι πεπολέμηκ' Εὐριπίδης;

Anaxandrides in Nereidibus ibid:

Δὸς δὴ τὸν χόα
Αὐτῷ φέρων, σύγκωμε, καὶ τὸ κυμβίον.
Εὐριπίδης τίς τήμερον γενήσεται;

et rursus Ephippus in Obeliaphoris ibid.:

ubi Scholiasta Κλειτοφῶν ὡς ἀργὸς ἐκωμῳδεῖτο· νῦν δὲ ὡς πανοῦργον καὶ παλίμβολον βούλεται τοῦτον ἀποδεικνύναι καὶ παραπλήσιον Θηραμένει. Iam Glauco, Aristonis filius, Platonis autem

---

Διονυσίου δὲ δράματ' εἰ μαθεῖν δέοι,
Καὶ Δημοφῶντος ἄττ' ἐποίησεν εἰς Κότυν,
Ῥήσεις δὲ κατὰ δεῖπνον Θεόδωρός μοι λέγοι,
Λάχητί τ' οἰχήσαιμι τὴν ἐξῆς θύραν,
Κυμβία τε παρέχοιμ' ἑστιῶν Εὐριπίδῃ.

In eodem titulo etiam Nicias quidam commemoratur; Νικίας Ἐπιγένους Κυδαθηναιεύς: fortasse eundem vexat Aristophanes in Ecclesiaz. v. 427:

Μετὰ τοῦτο τοίνυν εὐπρεπὴς νεανίας
Λευκός τις ἀνεπήδησ', ὅμοιος Νικίᾳ,
Δημηγορήσων κἀπεχείρησεν λέγειν
Ὡς χρὴ παραδοῦναι ταῖς γυναιξὶ τὴν πόλιν.

ubi mollitiem maxime et muliebrem habitum in Nicia iuvene reprehendit. Niciam autem admodum iuvenem choro puerorum sumtum praebuisse ne mireris; quamquam enim Solonis lege cautum erat, ne quis puerorum choro sumtus suppeditaret, nisi annum aetatis quadragesimum superasset, vid. Aeschin. in Timarch. 12. p. 254, tamen haec lex dudum obsolevit: ita aliquis apud Lysiam Or. XXI. p. 330 annos natus viginti quatuor vel quinque (Olymp. XCIV. 4 aut ut mihi videtur XCV. 1) puerorum chorum exornavit. Neque enim comicus filium Nicerati intellexisse videtur, quem more nobilitatis Atticae avi Niciae nomen accepisse existimo: is enim eo tempore, quo Aristophanes Ecclesiazusas scripsit, admodum fuit puer, quippe qui infans fuerit, cum Pausanias triginta viris dominantibus se Athenas contulisset, vid. Lysiam in Poliochum p. 305 ed. Bekk.: Ἐπειδὴ δὲ τάχιστα ἦλθον εἰς τὴν Ἀκαδήμειαν Λακεδαιμόνιοι καὶ Παυσανίας, λαβὼν τὸν Νικηράτου καὶ ἡμᾶς παῖδας ὄντας, ἐκεῖνον μὲν κατέθηκεν ἐπὶ τοῖς γόνασι τοῦ Παυσανίου, ἡμᾶς δὲ παραστησάμενος ἔλεγε κτλ. Itaque potius Aristophanem istum Niciam respexisse puto, cuius mentionem facit ista inscriptio: non tamen idem etiam patrem Epigenem exagitavisse existimandus est: nam Epigenem, qui in Ecclesiazusis v. 931 memoratur, ubi anus dicit:

Ἄιδω πρὸς ἐμαυτὸν Ἐπιγένει τῷ 'μῷ φίλῳ,

admodum iuvenem fuisse facile conici potest vel ex eo, quod mulier iuvenis regerit:

Σοὶ γὰρ φίλος τίς ἐστιν ἄλλος ἢ Γέρης.

Nescio an huius Epigenis nomen etiam supra in hac ipsa fabula v. 167. restituendum sit:

Δι' Ἐπιγένη γ' ἐκεινονί· βλέψασα γὰρ
Ἐκεῖσε πρὸς γυναῖκας ᾠόμην λέγειν.

vulgo Ἐπίγονόν γ' legitur. Denique in illa inscriptione Ἀντισθένης Ἀντιφάτου Κυθήρριος recensetur, qui fortasse is est, quem Aristophanes in Eccles. v. 363 perstringit:

Τίς ἂν οὖν ἰατρόν μοι μετέλθοι καὶ τίνα;
Τίς τῶν καταπρώκτων δεινός ἐστι τὴν τέχνην;
Ἆρ' οἶδ' Ἀμύνων; ἀλλ' ἴσως ἀρνήσεται.
Ἀντισθένη τις καλεσάτω πάσῃ τέχνῃ.
Οὗτος γὰρ ἀνὴρ ἕνεκά γε στεναγμάτων
Οἶδεν τί πρωκτὸς βούλεται χεζητιῶν.

ubi Scholiasta: Ἀντισθένης ἰατρὸς θηλυδριώδης· καὶ οὗτος τῶν καταπρώκτων. recte dicit mollitiem hominis a comico reprehendi, sed illud commentus est medicum fuisse, in errorem inductus illo versiculo, quo Blepyrus

frater, qui Socratem secutus erat Bendidea in Piraeeo spectaturus, convenit illi aetati, qua philosophus edidit hoc opus, itemque Adimantus, alter Platonis germanus frater, qui Cephalo comitatus esse fingitur. Alii autem homines, quos Plato illic inducit, ne ei quidem tempori, quo hos libros scripsit, congruunt, uti Niceratus, quem Polemarcho dicit comitatum esse: *Καὶ ὀλίγῳ ὕστερον ὅ τε Πολέμαρχος ἧκε καὶ Ἀδείμαντος ὁ τοῦ Γλαύκωνος καὶ Νικήρατος ὁ Νικίου καὶ ἄλλοι τινές, ὡς ἀπὸ τῆς πομπῆς.* Nam Niceratus quidem interfectus est triginta viris rerum potitis, cf. Lysias adv. Poliochum p. 305: *Καὶ οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον Νικήρατος, ἀνεψιὸς ὢν ἐμὸς καὶ υἱὸς Νικίου εὔνους ὢν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει, συλληφθεὶς ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀπέθανεν, οὔτε γένει, οὔτε οὐσίᾳ οὔθ' ἡλικίᾳ δοκῶν ἀνάξιος εἶναι τῆς πολιτείας μετασχεῖν.* Adde Xenoph. Hellen. II. 3, 39, ubi Theramenes causam in senatu agens: *Ἐγίγνωσκον δέ,* inquit, *ὅτι ξυλλαμβανομένου Νικηράτου τοῦ Νικίου καὶ πλουσίου καὶ οὐδὲν πώποτε δημοτικὸν οὔτε αὐτοῦ οὔτε τοῦ πατρὸς πράξαντος, οἱ τούτῳ ὅμοιοι δυσμενεῖς ὑμῖν γενήσοιντο.* Cf. praeterea Diodor. Sicul. XIV. 5 extr.: *Ἀνεῖλον δὲ καὶ Νικήρατον τὸν Νικίου τοῦ στρατηγήσαντος ἐπὶ Συρακουσίους υἱόν, ἄνδρα πρὸς ἅπαντας ἐπιεικῆ καὶ φιλάνθρωπον, πλούτῳ δὲ καὶ δόξῃ σχεδὸν πρῶτον πάντων Ἀθηναίων.* Neque illo tempore, quo colloquium institutum esse fingitur, potuit Niceratus cum Polemarcho frequentare istam celebritatem, quandoquidem tunc aut nondum natus aut admodum puer fuit. Sed de Nicerato alibi dicentur plura.

Sed revertar ad Bendideorum solemnitatem, quam in Piraeeo celebratam esse satis apparet ex illo Platonis loco, ubi Socrates se istuc descendisse narrat: neque mirum religionem ab alienigenis ascitam in eo potissimum loco coli, ubi exterorum maxima multitudo versabatur: plerique enim inquilini omninoque fere omnes peregrini, qui Athenas aut mercandi causa aut artem aliquam pro-

---

medicum sibi arcessi iubet. Eundem hominem Aristophanes perstringit non dispari modo infra v. 806:

Πάνυ γ' ἂν οὖν Ἀντισθένης
Αὔτ' εἰσενέγκοι· πολὺ γὰρ ἐμμελέστερον
Πρότερον χέσαι πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας.

Eundem vero Antisthenem, cuius in titulo fit mentio, Xenophon in Commentariis Socr. III. 4 commemorat, ubi Nicomachides quidam conqueritur, quod ipse, qui tamdiu stipendia meritus sit, non sit praetor factus, sed Antisthenes, homo locuples, rei vero militaris prorsus ignarus: qui quin idem sit, non licet dubitari. Socrates enim hominis ingenium describens: *Ἀλλά,* inquit, *καὶ φιλόνικος ὁ Ἀντισθένης ἐστίν, ὃ στρατηγῷ προσεῖναι ἐπιτήδειόν ἐστιν· οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ ὁσάκις κεχορήγηκε, πᾶσι τοῖς χοροῖς νενίκηκε;* et deinde: *Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Σωκράτης, ἐάν γε καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς τοὺς κρατίστους, ὥσπερ ἐν τοῖς χορικοῖς ἐξευρίσκῃ τε καὶ προαιρῆται, εἰκότως ἂν καὶ τούτου νικηφόρος εἴη· καὶ δαπανᾶν δ' αὐτὸν εἰκὸς μᾶλλον ἂν ἐθέλειν εἰς τὴν ξὺν ὅλῃ τῇ πόλει τῶν πολεμικῶν νίκην, ἢ εἰς τὴν ξὺν τῇ φυλῇ τῶν χορικῶν.*

fessuri, aut pulcritudine lenociniisque urbis invitati commigrarant, in Piraeeo domicilium collocaverant: itaque consentaneum est etiam peregrinas religiones ibi potissimum receptas esse. Omnino autem Piraeei incolae mature a maiorum institutis desciscebant immoderatamque expetebant licentiam, vid. Aristotel. Polit. IV. 2: *Καὶ Ἀθήνησιν οὐχ ὁμοίως εἰσὶν ἀλλὰ μᾶλλον δημοτικοὶ οἱ τὸν Πειραιᾶ οἰκοῦντες τῶν τὸ ἄστυ.* Atque templum quoque in honorem Bendidis exstructum est in isto loco non ita procul, ut videtur, a fano Dianae Munichiae, vid. Xenoph. Hellenic. II. 4, 11: *Οἱ δ' ἐκ τοῦ ἄστεος εἰς τὴν Ἱπποδάμειαν ἀγορὰν ἐλθόντες πρῶτον μὲν ξυνετάξαντο, ὥστε ἐμπλῆσαι τὴν ὁδὸν ἣ φέρει πρός τε τὸ ἱερὸν τῆς Μουνυχίας Ἀρτέμιδος καὶ τὸ Βενδίδειον.* quae quidem pertinent ad illud tempus, quo triginta virorum dominatus a Thrasybulo oppressus est: videtur autem fanum illud iam tunc conditum esse, cum primum Bendidis religio ab Atheniensibus recepta est. Livius XXXVIII. 41 docet etiam apud Thraces Bendidi fana exstructa fuisse, ubi Manlii, qui Gallograecos devicerat, iter per Thraciam describit: *Romanorum primum agmen extra saltum circa templum Bendidium castra loco aperto posuit.* Erant vero etiam aliis in locis terrae Atticae sacella huic deae consecrata, ut in insula Salamine, certe in titulo, qui repertus est in ista insula, (apud Boeckh. Corp. Inscr. T. I. n. 109.) verba extrema *ΙΕΡΩΠΗΣ. ΞΝΔΙΔΟ* sic videntur emendanda esse (ἐν) ἱερῷ τῆς Βένδιδος. est autem hoc thiasotarum collegium, unde colligas in illa quidem insula Bendidis religionem privato cultu celebratam esse: thiasotae enim vocantur, qui sacra privata obeunt, ut ibid. n. 120 collegium eorum, qui Serapidis religioni addicti erant, commemoratur, adde ibid. n. 110 et 126. Sed Athenis Bendidis religio publica auctoritate recepta est: documento est vel titulus apud Boeckh. C. Insc. T. I. n. 157, ubi agitur de aere, quod ex pellibus victimarum praetore Ctesicle h. e. Olymp. CXI. 3. confectum sit, in quo haec leguntur: *Ἐκ Βενδιδείων παρὰ ἱεροποιῶν· ΗΗΗΗΓΓ⊢⊢.* *Δερματικὸν* autem illud, ita enim appellant vectigal, non exigebatur ab iis, qui privato sumtu sacra faciebant, sed quando publica impensa magnifica sacrificia offerebantur, victimarum pelles vendebantur: atque omnia illa sacra, quae praeter Bendidea in illo titulo commemorantur, non privatim sed publica, et auctoritate et impensa celebrari solita sunt; recensentur enim ibi Dionysia rusticana et Lenaica, mysteria, Cereris sacra, item Aesculapii, Dionysia urbana, Olympiea, Mercurii ductoris sacra, denique Iovis Sospitatoris: Nicocrate autem praetore Pacis et Ammonis sacra et Panathenaea memorantur. Porro ἱεροποιοὶ quoque, qui dicuntur aes ex pellibus victimarum in Bendideis caesarum coegisse, nisi publica sacra non curabant. Publico autem sumtu hanc solemnitatem celebratam esse vel ex magnitudine pecuniae, quam isti curatores sacrorum ex pellibus coegerunt, recte coniicimus: nam cum ex pellibus victimarum quadringentae quinquaginta septem drachmae

sint confectae, sacrificium illud non sane tenue fuisse apparet. Atque quam magnifice Bendidis sacra iam cum primum reciperentur, celebrata sint, testis est Plato illo quem dixi loco; splendidam fuisse pompam satis dilucide significat illis verbis: *Καλὴ μὲν οὖν μοι καὶ ἡ τῶν ἐπιχωρίων πομπὴ ἔδοξεν εἶναι, οὐ μέντοι ἧττον ἐφαίνετο πρέπειν ἣν οἱ Θρᾶκες ἔπεμπον.* ex quo quidem loco illud mihi colligere videor, solemnem istum comitatum ita fuisse institutum, ut ex Atheniensibus delecti sacra obirent, seorsim autem Thraces procederent, quorum magnus iam illa aetate fuit Athenis numerus, et servorum et liberorum, quandoquidem per diuturnum temporis spatium iam commercia utrumque populum coniunxerant. Neque pompam solum superbam et magnificam instituerant Athenienses, sed vespertino tempore certamen equestre cum taedis ardentibus publica impensa exhibebatur, vid. Plato ibid.: *Καὶ ὁ Ἀδείμαντος, Ἆρά γε, ἦ δ' ὅς, οὐδ' ἴστε, ὅτι λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ; Ἀφ' ἵππων; ἦν δ' ἐγώ· καινόν γε τοῦτο. λαμπάδια ἔχοντες διαδώσουσιν ἀλλήλοις ἁμιλλώμενοι τοῖς ἵπποις; ἢ πῶς λέγεις; Οὕτως, ἔφη ὁ Πολέμαρχος.* Talia spectacula ut Athenienses in Minervae, Promethei et Vulcani sacris exhibere soliti erant, ita etiam hanc solemnitatem simili modo exornare studebant: neque vero abhorret hoc a Bendidis sacris, cuius imaginem ita fictam esse probabile est, ut taedas manibus gestaret, siquidem etiam Graecorum Diana, quam propter similitudinem componere solebant cum dea Thracia, faces manibus gestans fingebatur. Ita Sophocles in Oedipo Rege v. 204:

Λύκει' ἄναξ, τά τε σὰ χρυσοστρόφων ἀπ' ἀγκυλᾶν
Βέλεα θέλοιμ' ἂν ἀδάματ' ἐνδατεῖσθαι
Ἀρωγὰ προσταθέντα, τάς τε πυρφόρους
Ἀρτέμιδος αἴγλας, ξὺν αἷς Λύκι' ὄρεα διάσσει.

Et apud Callimachum in Dianam v. 11 Dea haec flagitat:

Ἀλλὰ φαεσφορίην τε καὶ ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα
Ζώννυσθαι λεγνωτόν.

Equis autem quod vecti sunt, qui taedas tradebant, quod novum et inusitatum vocat Plato, id vero ex Thracum consuetudine repetendum arbitror, quoniam illi equis plurimum utebantur: itaque is ritus etiam ab Atheniensibus receptus. Nocturno denique tempore etiam pervigilatio instituebatur, quam iuvenes potissimum celebrabant: Plato ibid.: *Καὶ πρός γε παννυχίδα ποιήσουσιν, ἣν ἄξιον θεάσασθαι· ἐξαναστησόμεθα γὰρ μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν παννυχίδα θεασόμεθα καὶ ξυνεσόμεθά τε πολλοῖς τῶν νέων αὐτόθι καὶ διαλεξόμεθα.* Tanto autem sumtu haec solemnia celebrata esse minime mirum est: nam Athenienses ut illa aetate admodum erant faciles in admittendis alienigenarum religionibus, ita etiam quae ab exteris receperant, magnificentissime exornabant: videturque in hac quoque re, ut in multis aliis, Pericles maximam liberalitatem et munificentiam ostendisse, idemque forsitan auctor fuerat, ut publica auctoritate hanc religionem sancirent: erat enim Pericles eo in-

genio, ut cum ipse philosophorum doctrina imbutus animum religionum vinculis liberavisset, vulgo tamen lubenter permitteret, in quo acquiescerent, quod pie sancteque venerarentur. Neque publice solum sacrificia Bendidi sunt oblata, sed etiam a privatis hominibus, quod docet Cephali senis exemplum apud Platonem p. 328 C: *Καθῆστο δὲ ἐστεφανωμένος ἐπί τινος προσκεφαλαίου τε καὶ δίφρου· τεθυκὼς γὰρ ἐτύγχανεν ἐν τῇ αὐλῇ.*

Celebrabantur autem Bendidea tempore verno, mensis Thargelionis die undevicesimo, ut Proclus in Platonis Timaeum p. 9 tradit: *Δῆλοι δ' ἐκ τούτων εἰσὶ καὶ οἱ χρόνοι τῶν διαλόγων τῆς τε πολιτείας καὶ τοῦ Τιμαίου, εἴπερ ἡ μὲν ἐν τοῖς Βενδιδείοις ὑπόκειται τοῖς ἐν Πειραιεῖ δρωμένοις, ὁ δὲ ἐν τῇ ἑξῆς τῶν Βενδιδείων· ὅτι γὰρ τὰ ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Θαργηλιῶνος, ὁμολογοῦσιν οἱ περὶ τῶν ἑορτῶν γράψαντες.**) Consentit scholiasta Platonis ad illum locum, qui cum male Panathenaea illic commemorari opinatus esset, haec addit: *Ἃ δὴ τοῖς Βενδιδείοις καλουμένοις εἵπετο· τούτων δὲ καὶ Θρᾷκες ἐκοινώνουν, ἐπεὶ καὶ Βένδις παρ' αὐτοῖς ἡ Ἄρτεμις καλεῖται, καὶ αὕτη τιμωμένη κοινῇ παρ' ἀμφοῖν· ταῦτα δὲ ἐτελεῖτο Θαργηλιῶνος ἐννάτῃ ἐπὶ δεκάτῃ.* At Aristoteles Rhodius vicesimo Thargelionis die Bendidea celebrari solita esse contendit, vid. Procl. p. 27: *Ὅτι γε μὴν τὰ Παναθήναια τοῖς Βενδιδείοις εἵπετο λέγουσιν οἱ ὑπομνηματισταὶ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἕπεσθαι δὲ τὰς περὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἑορτάς.*

Itaque si Bendidis religio Olymp. LXXXIII. 4 anno extremo primum publica auctoritate recepta et sancita est, si Pericles ostracismi periculum LXXXIV. 1 anno ineunte vel medio feliciter effugit, veri simillimum est Cratini Thressas aut Olymp. LXXXIV. 1 (ludi enim Bacchici posteriore anni parte celebrabantur), aut certe eiusdem Olympiadis anno altero in scena commissas esse.

---

*) De festis Atheniensium scripserat Apollonius Acharnensis, vid. Harpocrat. v. *πέλανος* p. 145, v. *Πυανέψια* p. 157, ubi *Ἀπολλώνιος καὶ σχεδὸν οἱ περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑορτῶν γεγραφότες* legitur; huc adde ibid. v. *Χαλκεῖα* p. 184. Idem argumentum tractavit fortasse Lysimachides, quem Harpocratio p. 165 v. *Σκίρον* commemorat: *φασὶ δὲ οἱ γράψαντες περί τε ἑορτῶν καὶ μηνῶν Ἀθήνησιν, ὧν ἐστι καὶ Λυσιμαχίδης κτλ.* nisi forte is de mensibus tantum Atticis, non item de festis scripsit, certe librum *περὶ μηνῶν* bis in testimonium vocat Harpocratio v. *Μαιμακτηριών* p. 117 et v. *Μεταγειτνιών* p. 120. Quamquam admodum probabilis est Valckenarii coniectura, qui eundem etiam festos Atheniensium dies ordine recensuisse statuit, itaque in Ammonio v. *θεωρός* correxit: *Λυσιμαχίδης ἐν τῷ πρὸς Καικίλιον περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἑορτῶν.* ita ut videatur Lysimachides aequalis Caecilii fuisse, qui fortasse et ipse similem librum edidit. Scripsit porro de Atticis solemnitatibus Philochorus, vid. Harpocr. p. 12 v. *Ἀλῶα* et p. 186. v. *Χύτροι*. et ut videtur Scholiast. Aristoph. Acharn. v. 1075. Versati sunt in eodem argumento etiam alii, quorum nomina memoria non suppeditat in praesentia.

Hanc autem fabulam a choro Thressarum mulierum, quae sacra Bendidis curabant, nomen accepisse non potest dubitari: ad sacra illa pertinet sine dubio illud poculorum genus, quod Athenaeus XI. p. 495 A. commemorat: *Πελίκαι· Καλλίστρατος ἐν ὑπομνήματι Θραττῶν Κρατίνου ἀποδίδωσι κύλικα:* nam ipsum Cratinum hac voce usum esse constat Pollucis testimonio X. 67: *Προσθετέον δὲ τὰς ἐν Θράτταις Κρατίνου πελίκας ἢ κύλικας ἢ προχοίδια εἶναι δοκούσας.* Hoc poculi genus maxime in sacris adhibitum esse indicare videtur Crates, qui in libro II. de attica dialecto ap. Athen. ibid. cum Panathenaicis poculis componit: *Οἱ χόες πελίκαι, καθάπερ εἴπομεν, ὠνομάζοντο· ὁ δὲ τρόπος ἦν τοῦ ἀγγείου πρότερον μὲν τοῖς Παναθηναϊκοῖς ἐοικώς, ἡνίκα ἐκαλεῖτο πελίκη, ὕστερον δὲ ἔσχεν οἰνοχόης σχῆμα, οἷοί εἰσιν οἱ ἐν τῇ ἑορτῇ παρατιθέμενοι* (inserendum videtur *χόες*, quod propter praegressum *οἰνοχόης* facile potuit elabi;) *ὁποίους δή ποτε ὄλπας ἐκάλουν, χρώμενοι πρὸς τὴν τοῦ οἴνου ἔγχυσιν. Καθάπερ Ἴων ἐν Εὐρυτίδαις φησίν·*

*Ἐκ ζαθέων πιθακνῶν ἀφύσαντες ὄλπαις**)
Οἶνον ὑπερφίαλον κελαρύζετε.

Νυνὶ δὲ τὸ μὲν τοιοῦτον ἀγγεῖον καθιερωμένον τινα τρόπον ἐν τῇ ἑορτῇ παρατίθεται μόνον, τὸ δ' ἐς τὴν χρείαν πῖπτον μετεσχημάτισται, ἀρυταίνῃ μάλιστα ἐοικός, ὃ δὴ καλοῦμεν χόα. Ceterum puto etiam Euphronium hanc Cratini fabulam interpretatum esse, Athenaeus enim haec deinceps dicit: *Σέλευκος δὲ πελίχναν Βοιωτοὺς μὲν τὴν κύλικα, Εὐφρόνιος δ' ἐν ὑπομνήματι τοὺς χόας:* quae quin huc referenda sint non dubito: idem Euphronius etiam Aristophanis comoedias explanavit: sed de aliis Cratini interpretibus dictum est supra. — Ad sacra Bendidis pertinet etiam illa vox, quam Hesychius ex hac fabula affert: *Συρβηνεύς· Κρατῖνος ἐν Θράτταις· ἤτοι αὐλητής· σύρβη γὰρ ἡ αὐλοθήκη· ἢ ταραχώδης.* Similia Photius p. 557, 9 exhibet: *Συρβηνεύς· ὁ ταραχώδης· ἀπὸ τῶν αὐλούντων μετὰ θορύβου· ἢ πένης· διὰ τὸ τὰς αὐλοθήκας καὶ φαρέτρας κενὰς ἔχειν· καὶ συρβηνέων χορός, ὁ τεταραγμένος καὶ συώδης. ἀπὸ τοῦ τοῖς συσὶν ἐπιφωνουμένου.* Itaque apud Athenaeum XV. p. 669 B. corrigendum: *Ἐπεὶ θόρυβος κατεῖχε τὸ συμπόσιον, ἔφη, τίς οὗτος ὁ τῶν Συρβηνέων χορός;* vulgo *Συρβηναίων.* Atque eodem modo infra p. 671 C. et p. 697 E. ubi ex Clearcho haec profertur explicatio: *Κλέαρχος, ὦ λῷστε, ἐν δευτέρῳ περὶ παιδείας* (fortasse scr. *παιδιᾶς*) *οὑτωσί φησι· Λείπεταί τις ὁ Συρβηνέων χορός, ὧν ἕκαστον τὸ δοκοῦν*

---

*) Scripsi *ἀφύσαντες*, quod numero melius congruere videtur, quam quod vulgo legitur *ἀφύσσοντες*. Sequitur Ion more suo Homerum: compones Od. XXIII. 305: *Πολλὸς δὲ πίθων ἠφύσσετο οἶνος·* alia; sed *οἶνον ὑπερφίαλον* novavit, ut etiam *κελαρύζετε*, quod activo sensu dixit: simillimum exemplum suppeditaret Aristophanes in Ranis v. 695:
Κελαρύζει δ' ἐπίκλαυτον ἀηδόνιον νόμον, ὡς ἀπολεῖται,
modo haec optimorum librorum lectio metro conveniret.

ἑαυτῷ καταρᾶσαι δεῖ, προσέχων οὐδὲν τῷ προκαθημένῳ καὶ διδάσκοντι τὸν χορόν, ἀλλ᾽ αὐτὸς πολὺ τούτων ἀτακτότερός ἐστι θεατής. Haec autem Thracia sacra, ut pleraque quae ab exteris Graeci asciverunt, maximo tibiarum strepitu tympanorumque clangore, quibus vehementissime commoverentur animi et superstitione imbuerentur, celebrata esse probabile est, cum ea sacra, quae a maioribus Graeci acceperant, hilari citharae cantu, temperato tibiae strepitu, lepidissimis choreis, carminibus solemnibus gauderent. — Ad sacrum furorem, quo perciti erant, qui Bendidem venerabantur, pertinet quod Photius servavit p. 183, 1: *Κύβηβον· Κρατῖνος Θράτταις· τὸν θεοφόρητον· Ἴωνες δὲ τὸν μητραγύρτην καὶ γάλλον νῦν καλούμενον· οὕτως Σιμωνίδης.* Eo autem nomine homines Bendidis superstitione correptos appellari minime mirum est, quandoquidem etiam ipsa Bendis nonnunquam videtur *Κυβήβη* dicta esse, vid. Hesychius: *Κυβήκη καὶ Θρῄκη. Βένδιν· ἄλλοι δὲ Ἄρτεμιν.* ubi corrigendum existimo: *Κυβήβη Θρηϊκίη· Βένδις· ἄλλοι δέ, Ἄρτεμιν.* ut poeta nescio quis Bendin vocaverit Thraciam Cybeben: nisi malis scribere: *Κυβήβη· Θρᾷκες Βένδιν, ἄλλοι δὲ Ἄρτεμιν.**)

Nescio an Cratinus etiam alia, quae per se a Bendidis religione aliena erant, propter similitudinem huc transtulerit: itaque fortasse ex hac comoedia duo versiculi sunt petiti, quos servavit Hephaestio p. 56 tanquam exemplum metri Phalaecei, nec poetae nec fabulae nomine adiecto:

Χαῖρ᾽ ὦ χρυσοκέρως, βαβάκτα, κήλων,
Πάν, Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων.

sed Cratini haec esse docet auctor Etymol. M. p. 183, 42: *Βαβάκτης, ὀρχήστης, λάλος, μανιώδης, βακχεύτης· λέγεται δὲ καὶ ὁ Πάν· Κρατῖνος· Χαῖρε χρυσοκέρω βαβάκτα κήλων Πάν.* Retuli autem haec ad Thressas, quamquam fortasse ex Idaeis vel alia fabula petita sunt: Panis autem religio et ipsa vehementius hominum animos commovebat, ita ut recte Plutarchus in Erotico c. 16 eam cum Bacchicis et Magnae matris sacris comparaverit: *Τὸ δὲ βακχεῖον ἐκ Διονύσου,*

Κἀπὶ Κυρβάντεσι χορεύσατε,

φησὶ Σοφοκλῆς· τὰ γὰρ μητρῷα καὶ πανικὰ κοινωνεῖ τοῖς βακχικοῖς ὀργιασμοῖς. itaque Pan saepenumero cum matre Deorum, cum corybantibus, cum Hecate, aliis componitur, vid. plura exempla apud Winckelm. ad Plut. p. 173. Athenis autem cultum Panis re-

---

*) *Κυβήβη* omnino pro *Κυβήκη* scribendum est: simili errore infra *Κύβικος· ὁ κατεχόμενος τῇ μητρὶ τῶν θεῶν.* scr. *Κύβηβος* et supra *Κυβηκαῖ· θεοφορεῖται, κορυβαντιᾷ.* scr. *Κυβηβᾷ.* et rursus *Κυβήκη· ἡ μήτηρ τῶν θεῶν καὶ ἡ Ἀφροδίτη.* scr. *Κυβήβη.* Cf. Photius p. 182, 19: *Κυβηβᾶν· μαίνεσθαι, ἐνθουσιᾶν.* et *Κύβηβος· ὁ κατεχόμενος τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, θεοφόρητος. Χάρων δὲ ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τῇ πρώτῃ τὴν Ἀφροδίτην ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν Κυβήβην λέγεσθαι.*

ceptum esse probat Aristophanes, qui in Lysistrata init. eius sacellum memorat:

Ἀλλ' εἴ τις αὐτὰς εἰς Βακχεῖον ἐκάλεσεν,
Ἢ 'ς Πανὸς ἢ 'πὶ Κωλιάδ', ἢ 'ς Γενετυλλίδος,
Οὐδ' ἂν διελθεῖν ἦν ἂν ὑπὸ τῶν τυμπάνων.

Quod quidem sacellum in Anaphlysto pago exstructum fuisse Strabo IX. 1. p. 244 ed. Tauchn. docet: *Περὶ δὲ Ἀνάφλυστόν ἐστι καὶ τὸ Πανεῖον καὶ τὸ τῆς Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερόν.* Panis sacrum montem atque antrum in Marathone pago describit Pausanias I. 32, 7. Erat vero etiam in ipsa urbe fanum huius dei vel potius antrum sacrum cui Propylaea imminebant: hoc autem honore deus affectus est post bella Persica, quoniam ante Marathoniam pugnam praesens auxilium Atheniensibus tulisse visus erat, vid. Herodot. VI. 105, qui ubi rem exposuit, haec addit: *Καὶ ταῦτα μὲν Ἀθηναῖοι, καταστάντων σφίσι εὖ ἤδη τῶν πρηγμάτων, πιστεύσαντες εἶναι ἀληθέα, ἱδρύσαντο ὑπὸ τῇ ἀκροπόλι Πανὸς ἱρόν, καὶ αὐτὸν ἀπὸ ταύτης τῆς ἀγγελίης θυσίῃσι ἐπετείῃσι καὶ λαμπάδι ἱλάσκονται.* Statua ei dedicata est a Miltiade, vid. Simonid. Epigr. CXXXIX ed. Schneidewin:

Τὸν τραγόπουν ἐμὲ Πᾶνα, τὸν Ἀρκάδα, τὸν κατὰ Μήδων
Τὸν μετ' Ἀθηναίων στήσατο Μιλτιάδης.

Huc adde Pausan. I. 28, 4. Diversam prorsus famam sequitur Isidorus Pelus. IV. 69. qui cum Pan Philippidi visus esset, Athenienses *ignoto deo* aram dedicasse prodit: *Διὸ κατὰ τὸ Παρθένιον ὄρος Πανὸς φάσμα ἐντυχὸν ᾐτιᾶτο μὲν Ἀθηναίους, ὡς ἀμελοῦντας αὐτόν, βοηθεῖν δὲ ἐπηγέλλετο. νικήσαντες οὖν βωμὸν ᾠκοδόμησαν καὶ ἐπέγραψαν, Ἀγνώστῳ θεῷ.* Euripides quoque in Ione commemorat Panis sacellum v. 853:

ΚΡ. Ἄκουε τοίνυν· οἶσθα Κεκροπίας πέτρας
Πρόσβορρον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν;
ΠΡ. Οἶδ', ἔνθα Πανὸς ἄδυτα καὶ βωμοὶ πέλας.

Et rursus supra v. 492:

Ὦ Πανὸς θακήματα καὶ
Παραυλίζουσα πέτρα
Μυχώδεσι Μακραῖς,
Ἵνα χοροὺς στείβουσι ποδοῖν
Ἀγραύλου κόραι τρίγονοι
Στάδια χλοερὰ πρὸ Παλλάδος
Ναῶν, συρίγγων
Ὑπ' αἰολᾶς ἰαχᾶς
Ὕμνων, ὅταν αὐλίοις
Συρίζῃς ὦ Πὰν
Τοῖσι σοῖς ἐν ἄντροις.

Inprimis in Salamine insula iste deus cultus esse videtur, cf. Pausan. I. 35, 2, ubi dicit: *Ἄγαλμα δὲ ἐν τῇ νήσῳ σὺν τέχνῃ μέν ἐστιν οὐδέν, Πανὸς δὲ ὡς ἕκαστον ἔτυχε ξόανα πεποιημένα.* Quare etiam Aeschylus in Persis v. 453 dixit:

Νῆσός τις ἐστὶ πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων,
Βαιά, δύσορμος ναυσίν, ἣν ὁ φιλόχορος
Πὰν ἐμβατεύει, ποντίας ἀκτῆς ἔπι.

Cratinus autem, apud quem chorus videtur Panem salutare, ut orationi dignitatem quandam conciliaret, tragicorum poetarum sermonem aemulatus est: nam prorsus similiter de Pane dixit Aeschylus eo loco, modo quem dixi, et Euripides in Telepho apud Dionys. Halic., de compos. verb. p. 426 ed. Schaefer:

Ὦ γαῖα πατρίς, ἣν Πέλοψ ὁρίζεται,
Χαῖρ', ὅς τε πέτρον Ἀρκάδων δυσχειμέρων
Πὰν ἐμβατεύεις, ἔνθεν εὔχομαι γένος.

Et illud quoque, quod dixit Argos Pelasgicum, ex tragoedia petitum existimo: dixerat sane iam Homerus Il. II. 681:

Νῦν αὖ τούς, ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον,
Οἵ τ' Ἄλον, οἵ τ' Ἀλόπην οἵ τε Τρηχῖν' ἐνέμοντο,
Οἵ τ' εἶχον Φθίην ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα,
Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί.

at is Thessaliae urbem intellexit: verum tragici poetae nescio quo auctore Argos quod in Peloponneso est Pelasgicum vocant: uti est apud Euripidem in Phoenissis v. 256:

Ἄργος ὦ Πελασγικὸν
Δειμαίνω τὰν σὰν ἀλκάν.

et saepius in Oreste v. 691:

Μάχῃ μὲν οὖν ἂν οὐχ ὑπερβαλοίμεθα
Πελασγὸν Ἄργος.

et rursus ibid. 1246:

Μυκηνίδες ὦ φίλαι,
Τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγὸν ἕδος Ἀργείων.

et denuo v. 1296: Πελασγὸν Ἄργος, v. 1601: Ἄργος Πελασγικόν. Non tamen primus fuit Euripides, qui hac appellatione uteretur, sed alius antiquior tragicus, id quod vel hic ipse Cratini locus probare videtur: fortasse Aeschylus primus Ἄργος Πελασγικὸν usurpavit; tragici enim summa consensione perhibent antiquissimis temporibus Pelasgos illas regiones tenuisse eosque aborigines fuisse, itaque ut magno aliquo honore ornent, Argos vocant Pelasgicum. Sic Aeschylus in Supplicibus Argivos Pelasgos ipsumque regem Pelasgum vocare solet, cf. praeter alia illud v. 250:

Τοῦ γηγενοῦς γάρ εἰμ' ἐγὼ Παλαίχθονος
Ἶνις Πελασγοῦ, τῆσδε γῆς ἀρχηγέτης·
Ἐμοῦ δ' ἄνακτος εὐλόγως ἐπώνυμον
Γένος Πελασγῶν τήνδε καρποῦται χθόνα.

ibid. v. 632. πόλιν Πελασγὰν et v. 1024: πόλιν Πελασγῶν dixit. Sophocles semel Pelasgos commemorat, sed ita ut eum eandem sententiam secutum esse appareat, in Inacho (apud Dionys. Antiq. Roman I. 25):

Ἴναχε γεννᾶτορ, παῖ κρηνῶν
Πατρὸς Ὠκεανοῦ, μέγα πρεσβεύων

Ἄργους τε γύαις Ἥρας τε πάγοις
Καὶ Τυρσηνοῖσι Πελασγοῖς.

Euripides autem saepius, ut in Oreste v. 933:

Ἔλεξε δ', ὦ γῆν Ἰνάχου κεκτημένοι,
Πάλαι Πελασγοί, Δαναΐδαι δὲ δεύτερον.

et supra v. 857 Pelasgos vocat quos antea Argivos dixerat: et in Archelao Fr. II:

Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ
Νεῖλον λιπὼν κάλλιστον ἐκ γύαις ὕδωρ,
Ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοὰς
Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ' ἂν ταχῇ χιὼν
Αἰθέρα τεθριππεύοντος ἡλίου κάτα,
Ἐλθὼν ἐς Ἄργος ᾤκισ' Ἰνάχου πόλιν,
Πελασγιώτας δ' ὠνομασμένους τὸ πρὶν
Δαναοὺς καλεῖσθαι νόμον ἔθηκ' ἀν' Ἑλλάδα.*)

---

*) Existimo his ipsis versibus Euripidem in exordio fabulae usum esse, quamquam aliud prorsus diversum initium servavit Aristophanes in Ranis v. 1207:

Αἴγυπτος, ὡς ὁ πλεῖστος ἔσπαρται λόγος,
Ξὺν παισὶ πεντήκοντα ναυτίλῳ πλάτῃ
Ἄργος κατασχών.

ubi Schol.: Ἀρχελάου αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχή, ὥς τινες ψευδῶς· οὐ γὰρ φέρεται νῦν Εὐριπίδου λόγος (fortasse πρόλογος) τοιοῦτος οὐδείς· οὐ γάρ ἐστι, φησὶν Ἀρίσταρχος, τοῦ Ἀρχελάου, εἰ μὴ αὐτὸς μετέθηκεν ὕστερον, ὁ δὲ Ἀριστοφάνης τὸ ἐξ ἀρχῆς κείμενον εἶπε. quae se expedire posse negavit Matthiaeus: at si recte satis intelligo Aristophanes Byzantius dixerat hoc ipsum esse Archelai exordium, Aristarchus autem, cum in suo exemplari prologum penitus diversum reperisset, illud negavit, nisi forte Euripides fabulam retractaverit: atque id ipsum factum esse arbitror: Euripides enim cum Archelaum fabulam Athenis docuisset, aliquot annos post (neque enim senex illam fabulam primum docuisse censendus est, quandoquidem Aristophanes isto loco hoc Archelai exordium prius quam reliquarum tragoediarum prologos perstringit,) cum ab Archelao invitatus Macedoniam se contulisset, illud drama secundis curis refinxit praesentiaeque accommodavit: Aristophanes igitur, cum prologos fabularum Euripidearum vituperaret, exempli loco proposuit exordium prioris Archelai, quae quidem fabula Athenis fuit docta et omnibus nota: altera autem recensio apud Archelaum fuit in scenam producta, aut etiam regi a poeta tradita tantum: hanc igitur correctam fabulam comicus poeta suo iure noluit adhibere, aut fortasse ne potuit quidem ea uti, cum nulla dum exempla Athenas essent perlata: quamquam illud ipsum vitium, quod in priori Archelao arguerat, etiam in altera editione reprehendere licebat: nam Aristophanes cum illam varietatem ubertatemque, quae in Aeschyli et Sophoclis fabulis conspicua est, in Euripide reperiri negaret, maxime illud videtur improbavisse, quod in exordiis tragoediarum omnia, quae ante acciderant, ordine exponere et enumerare solebat: et iure quidem illud reprehendit acutissimus poetarum arbiter: singula enim quae primas rerum origines continent, si sedulo orando percensentur, ii qui spectant summo obruuntur taedio: pedestri orationi, rerum gestarum potissimum scriptori diligentia ista omnia accurate enumerandi convenit: poetae est audientes statim in mediam rem abripere omnemque varietatem rerum in brevius contrahere atque una

Tragicos secuti sunt alii poetae, uti Theocritus XV. 141:

Οὐδ᾽ οἱ ἔτι πρότεροι Λαπίθαι καὶ Δευκαλίωνες,
Οὐ Πελοπηιαδᾶν τε καὶ Ἄργεος ἄκρα Πελασγοί.

---

sub conspectu proponere. At Euripides more suo ex alto repetiverat longoque ordine Archelai genus enarraverat: Archelaus enim Temeni erat filius, Temenus autem Herculis, is vero matrem habuit Alcmenam, quae Electryonis fuit filia, Electryon porro a Perseo genus deducebat, Perseus vero ex Danae natus, quae filia fuit Acrisii: Acrisius vero a Proeto descendebat, qui filius fuit Abantis, is autem Hypermnestra prognatus, quae fuit Danai filia: itaque poeta in exordio prioris Archelai Aegypti filiorumque iter Argos susceptum commemoraverat, in altera autem recensione non dispari ratione Danai filiarumque fortunam diligenter exposuit: iam prior editio vel Alexandriae videtur paucis quibusdam lecta esse, altera vero satis pervulgata ad eamque referenda videntur fragmenta, quae nunc exstant: eam autem tragoediam Euripides ita refinxisse videtur, ut ipsius Archelai, cuius gratia fruebatur, laudes celebraret: ab antiquo enim isto Archelao Macedonum reges originem repetebant, vid. Hygin. CCXIX: *Archelaus regem arreptum in foveam coniecit atque ita eum perdidit: inde profugit ex responso Apollinis capra duce oppidumque ex nomine caprae Aegas constituit: ab hoc Alexander magnus oriundus esse dicitur.* Non infacete Alexandro hoc exprobrat Diogenes apud Dionem Chrysost. Or. IV. T. I. p. 163 ed. Reiske. Videtur autem Archelaus illam ipsam urbem, quam auctor gentis condidit, illo tempore tenuisse, siquidem Hermesianax apud Athen. XIII. p. 597. v. 65 dixit:

Ἀλλὰ Μακηδονίῃ πάσας κατενίσσατο λαύρας
Αἰγειῶν, μέθεπεν δ᾽ Ἀρχέλεω ταμίην,
Εἰσόκε σοὶ δαίμων, Εὐριπίδη, εὗρεν ὄλεθρον,
Ἀμφιβίου στυγνῶν ἀντιάσαντι κυνῶν.

Sic enim haec emendo, nisi forte quis *Αἰγάων* praeferat. Atque Archelai maiores ab Euripide in gratiam regis laudibus celebratos esse in illa tragoedia vel propterea maxime probabile est, quod Archelaus honesto genere natus videri volebat, quamvis esset natus Perdicca et serva, quae erat Alcetae, fratris Perdiccae, vid. Plato Gorgias p. 471 A: *Ὧι γε* (Archelao) *προσῆκε μὲν τῆς ἀρχῆς οὐδέν, ἣν νῦν ἔχει, ὄντι ἐκ γυναικός, ἣ ἦν δούλη Ἀλκέτου τοῦ Περδίκκου ἀδελφοῦ, καὶ κατὰ μὲν τὸ δίκαιον δοῦλος ἦν Ἀλκέτου κτλ.* itaque hoc opprobrium ut obscuraret Euripides Archelai maiores in illa fabula eximie collaudavisse videtur: cf. vit. Eurip. III: *Ἐκεῖθεν δὲ εἰς Μακεδονίαν περὶ Ἀρχέλαον γενόμενος διέτριψε καὶ χαριζόμενος αὐτῷ δρᾶμα ὁμωνύμως ἔγραψε.* Itaque pleraque quae servata sunt ex illa fabula, praesenti rerum conditioni accommodata esse animadverti licet: quare generis nobilitas magnis laudibus praedicatur, vid. Fr. V. VI. XV. Maximo vero studio Euripides Archelaum admonuit, ut maiorem etiam liberalitatem, quam antea in se exhiberet: quorsum spectat illud, quod servavit Plutarchus de *Ει* Delph. c. 1: *Στιχιδίοις τισὶν οὐ φαύλως ἔχουσιν, ὦ φίλε Σεραπίων, ἐνέτυχον πρῴην, ἃ Δικαίαρχος Εὐριπίδην οἴεται πρὸς Ἀρχέλαον εἰπεῖν·*

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,
Μή μ᾽ ἄφρονα κρίνῃς ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ.

Haec Archelaus ad Cisseum dicebat, sed eadem sententia etiam Euripidis et Archelai regis amicitiae erat accommodata. Huc etiam referendum est, quod nihil paupertate gravius inhonestiusque esse poeta plus semel contendit, vid. Fr. IV. XIX. cf. praeterea Fr. VI. XVII. XVIII. XX. et XXXIII. Archelaus autem poetis lucri cupidissimis non satis munificus et liberalis videbatur, documento est illud quod de Timotheo refert Plutarchus de

consentiunt vero etiam alii permulti scriptores. Et sic Cratinus quoque tragici sermonis dignitatem aemulatus dixit:

Πὰν Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων.

non tamen ipsum Argos intellexit, sed per comicam quandam licentiam sacellum Panis, quod Athenis fuit sub arce, de quo supra dictum est: vergebat enim hoc antrum in meridiem eratque sub moenium ea parte, quae quoniam a Pelasgis condita esse perhibebatur, *Πελασγικὸν* dicta est: vid. Lucianum in bis Accus. c. 9: *Τὸν Πᾶνα — καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγγα ταύτην ἀπολαβόμενος οἰκεῖ μικρὸν ὑπὲρ τοῦ Πελασγικοῦ.* Itaque Cratinus quidem illum ipsum Panem, quem Athenienses colebant, hoc carmine celebravisse existimandus est. Sed sive recte sive secus haec ad Thressas retuli, in ipsa quoque fabula aliquod indicium reperitur, quod Panis mentionem factam esse arguat: etenim in corrupto illo fragmento, quod servavit scholiasta Euripidis Hecubae ad v. 838, nomen huius dei probabiliter mihi videor restituisse *Πανίσκον* pro eo, quod vulgo legebatur *πανὶ κακόν*: reliqua, quae emendare tentavi saepius, nondum tamen ita correxi ut omni ex parte mihi probaverim, Meinekii sagacitas ut spero redintegrabit.

Alia quaedam indicia meam de tempore, quo haec fabula docta sit, suspicionem etiam firmare videntur: ita prorsus congruit, quod Euathlum tanquam improbum calumniatorem irrisit, vid. Schol. Aristoph. Vesp. v. 590: *Εὔαθλος· ῥήτωρ 'συκοφάντης, οὗ μνημονεύει καὶ ἐν Ἀχαρνεῦσι καὶ ἐν Ὁλκάσιν· Ἔστι τις πονηρὸς —. Μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ καὶ Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις.* Ex illo loco Vesparum satis perspicimus Euathlum populi auram captavisse atque magna audacia cives bene meritos in iudicium vocavisse, ibi enim Philocleo dicit:

Ἔτι δ' ἡ βουλὴ χὠ δῆμος ὅταν κρῖναι μέγα πρᾶγμ' ἀπορήσῃ,
Ἐψήφισται τοὺς ἀδικοῦντας τοῖσι δικασταῖς παραδοῦναι.
Εἶτ' Εὔαθλος χὠ μέγας οὗτος κολακώνυμος ἀσπιδαποβλὴς
Οὐχὶ προδώσειν ὑμᾶς φησίν, περὶ τοῦ πλήθους δέ μαχεῖσθαι.

Et in Acharnensibus v. 710 Euathlum tanquam pessimum calumniatorem perstringit, Euathli nomine tamquam exemplo improbae audaciae usus:

Ἀλλὰ κατεπάλαισεν ἂν μὲν πρῶτον Εὐάθλους δέκα,
Κατεβόησε δ' ἂν κεκραγὼς τοξότας τρισχιλίους,
Περιετόξευσεν δ' ἂν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς τοὺς ξυγγενεῖς.

Simul vero eidem sordidam peregrinamque originem exprobrat: non obscure enim versu secundo et tertio significat patrem Euathli aut

---

fort. Alexandri II. c. 1: *Ἀρχελάῳ δὲ δοκοῦντι γλισχροτέρῳ περὶ τὰς δωρεὰς εἶναι Τιμόθεος ᾄδων ἐσήμαινε πολλάκις τουτὶ τὸ κομμάτιον·*

Σὺ δὲ τὸν γηγενέταν ἄργυρον αἰνεῖς.

Ὁ δὲ Ἀρχέλαος οὐκ ἀμούσως ἀντισυνεφώνησε·

Σὺ δέ γ' αἰτεῖς.

eius consanguineos sagittariorum gregi adscriptos fuisse, qui maximam partem barbari erant: usi autem sunt horum hominum opera Athenienses primum post bella Persica composita, vid. Aeschines de Falsa Leg. 173. p. 373 ed. Bekk.: *Τριακοσίους δ' ἱππέας προσκατεσκευασάμεθα καὶ τριακοσίους Σκύθας ἐπριάμεθα*: postea vero auctus est numerus, vid. Aeschinem ibid. *Χιλίους δὲ καὶ διακοσίους ἱππέας κατεστήσαμεν καὶ τοξότας ἑτέρους τοσούτους.* quod factum est non ita multo post Olymp. LXXXIII. 3. ceterum recte Boeckhius Oecon. Athen. T. I. p. 223 infra *ἑτέρους τοσούτους* contra Hieronymum Wolfium ita interpretatur, ut dicat mille ducentos fuisse sagittarios: sin alium numerum orator significare voluisset, dilucide eum dicere debuisset, uti Philetaerus comicus in Venatrice dixit ap. Athen. XIII. p. 587 E:

Οὐχὶ Κερκώπη μὲν ἤδη γέγον' ἔτη τρισχίλια,
Ἡ δὲ Διοπείθους ἀειδὴς Τέλεσις ἕτερα μυρία;

Plerique Scythae erant, hinc Scholiast. Aristoph. Acharn. v. 51: *Ἐκαλοῦντο οὗτοι καὶ Σκύθαι καὶ Σπευσίνιοι, Σπευσίνου τινὸς τῶν πάλαι πολιτευομένων συντάξαντος τὰ περὶ αὐτούς.* ita enim scribendum: cf. Photius p. 595, 5: *Τοξόται· καὶ Σκύθαι καὶ Σπουσίνιοι· οἱ δοῦλοι οἱ δημόσιοι Ἀθήνησιν, ἀπὸ Σπουσίνου τοῦ πρῶτον καταστήσαντος αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ὑπηρεσίαν.* Cf. Aristoph. Lysistr. v. 451 et 455. Thesmoph. v. 1017, 1026, 1112, 1116, 1121, 1186. Itaque comicus in Acharnensibus Euathlo barbaram originem probro dedit, qua Atheniensibus nisil miserius, nihil indignius videbatur: itaque homines peregrinos, qui civis Attici iura usurpabant, acerrimo odio persequebantur. Erant tamen etiam cives Attici, qui inter sagittarios stipendia merebantur, itaque est in titulo ap. Boeckh. Corp. Inscr. T. I. n. 80: *Καὶ τοὺς τοξότας τούς τε ἀττ(ικοὺς καὶ τοὺς ξενικοὺς) τρεῖς ὀβολοὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ,* si recte Boeckhius haec redintegravit: sed tamen vel ad hos, qui germani erant Attici, ignominia ista redundavit, atque omnino sagittariorum ars magno erat contemtu obruta apud Athenienses: unde repetendum quod apud Sophoclem in Aiace v. 1120 Menelaus et Teucer ita rixantur:

MEN. Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν.
TEY. Οὐ γὰρ βάναυσον τὴν τέχνην ἐκτησάμην.

Ceterum recte interpretatus est Aristophanis scholiasta hunc locum: *Οὗτος ὁ Εὔαθλος ῥήτωρ πονηρός· Ἀριστοφάνης ἐν Ὁλκάσιν·*

Ἔστι τις πονηρὸς ἡμῖν τοξότης συνήγορος
Τοῖς γέρουσιν, ὥσπερ Εὔαθλος παρ' ὑμῖν τοῖς νέοις.

Ἦν δὲ καὶ εὐρύπρωκτος καὶ λάλος· εἴη δ' ἂν καὶ ἀγεννής· διὸ καὶ τοξότην αὐτὸν καλεῖ, οἷον ὑπηρέτην. Eodem igitur nomine Aristophanes etiam in Holcadibus vexavit Euathlum, quandoquidem dixit senibus (ita enim versum redintegravi, ut *τοῖς γέρουσιν* substituerem, quod propter praegressum *συνήγορος* facile librariorum oculos potuit fallere; Euathli autem nomen, quod vulgo deest, commode servavit Schol. Vesp. v. 590.) accusatorem esse hominem

barbarum prorsus eodem modo, ut Euathlum iuvenibus: itaque ille locus plane congruit cum iis, quae comicus in antepirrhemate Acharnensium extremo flagitat, ut publica auctoritate senibus senex accusator, adolescentibus adolescens constituatur:

Ἀλλ' ἐπειδὴ τοὺς γέροντας οὐκ ἐᾶθ' ὕπνου τυχεῖν,
Ψηφίσασθε χωρὶς εἶναι τὰς γραφάς, ὅπως ἂν ᾖ
Τῷ γέροντι μὲν γέρων καὶ νωδὸς ὁ ξυνήγορος,
Τοῖς νέοισι δ' εὐρύπρωκτος καὶ λάλος χὼ Κλεινίου.
Κἀξελαύνειν χρὴ τὸ λοιπὸν κἂν φύγῃ τις, ζημιοῦν
Τὸν γέροντα τῷ γέροντι, τὸν νέον δὲ τῷ νέῳ.

Euathlus autem profectus erat ex disciplina Protagorae, a quo cum aliis litteris doctrinisque esset imbutus, tum vero etiam artem dicendi facultatemque illam qua peior ratio posset superior fieri accepit: sed auditor per illam ipsam calliditatem, cuius praecepta a Protagora accepisset, magistrum pacta mercede fraudavit; quam rem accurate exponit Gellius Noctt. Att. V. 10, ubi *Euathlum iuvenem divitem eloquentiae dicendae causarumque orandi cupientem* vocat. Eiusdem rei memoriam conservavit etiam Apuleius in Floridis p. 361 ed. Elmenhorst., cuius verba quoniam non ineleganter astutiam illius hominis illustrabunt, infra subieci*) aliquanto emendatiora. Adde Diog. Laert. IX. 51, qui quidem negligentius istam narrationem attigit. Ficta forsitan nonnullis videatur ista narratio, neque ego contenderim ita rem, ut isti narrant, gestam esse:

*) Haec Apuleius: „Protagoras quidam sophista fuit longe multiscius et cum primis rhetoricae *repertibus* perfacundus, Democriti physici civis aequaevus: inde ei suppeditata doctrina est. Eum Protagoram aiunt cum suo sibi discipulo Euathlo mercedem nimis uberem conditione temeraria pepigisse, ut sibi tum demum illud argenti daret, si primo tirocinio agendi penes iudices vicisset. Igitur Euathlus postquam cuncta illa exorabula iudicantium et decipula adversantium et artificia dicentium versutus alioquin et ingeniatus ad astutiam facile perdidicit, contentus scire quod concupierat, coepit nolle quod pepigerat, sed callide nectendis moris frustrari magistrum, *diutineque* nec *a se repellere* nec reddere, usque dum Protagoras eum ad iudices provocavit expositaque conditione, qua *eum* docendum receperat, anceps argumentum bifariam proposuit. Nam sive ego vicero, inquit, solvere mercedem debebis, ut condemnatus: seu tu viceris, nihilominus reddere debebis, ut pactus, quippe qui hanc primam causam apud iudices viceris: ita si vincis, in conditionem incidisti, si vinceris, in damnationem. Quid quaeris? ratio conclusa iudicibus acriter et invincibiliter videbatur. Enimvero Euathlus, utpote tanti veteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumentum retorsit. Nam si ita est, inquit, neutro modo quod petis debeo: aut enim vinco et iudicio dimittor, aut vincor et pacto absolvor: ex quo non debeo mercedem, si *hac prima causa* fuero penes iudices victus: ita me omni modo liberat, *si vincor*, conditio, si *vinco*, sententia. Nonne vobis videntur haec sophismatum argumenta obversa invicem vice spinarum, quas ventus convolverit, inter se terere, paribus utrimque aculeis, simili penetratione, mutuo vulnere? Atque ideo merces Protagorae tam aspera, tam senticosa versutis et avaris relinquenda est.“ Ceterum eandem plane rem Coraci, primo artis dicendi magistro accidisse auctor est Sextus Empiricus adv. Mathemat. p. 306 ed. Fabr.

at egregie et Protagorae et Euathli ingenium illustrat, planoque documento arguit, quam vana quamque perniciosa ista sit disserendi subtilitas. Euathlum Protagorae discipulum fuisse etiam Quinctilianus III. 1 memoriae prodidit: *Abderites Protagoras, a quo decem millibus denariorum didicisse artem, quam edidit, Euathlus dicitur.* Idem postea magistrum impietatis arguit atque in ius vocavit, si vera sunt, quae ex Aristotele tradit Diog. Laert. IX. 54: *Κατηγόρησε δ' αὐτοῦ Πυθόδωρος Πολυζήλου, εἷς τῶν τετρακοσίων, Ἀριστοτέλης δ' Εὔαθλόν φησιν*: fortasse utriusque et Pythodori *) et Euathli partes fuerunt in ista accusatione:

*) Pythodorus, quem Diogenes dicit in numero quadringentorum virorum fuisse, (qua quidem re quamvis obscurius indicasse videtur, Protagoram eo ipso tempore, quo quadringentorum dominatio Athenis grassata est, condemnatum fuisse,) postea videtur praetor fuisse Olymp. XCIV. 1, h. e. eo anno, quo triginta virorum imperium constitutum est, vid. Xenoph. Hellen. II. 3, 1: *Πυθοδώρου δ' ἐν Ἀθήναις ἄρχοντος, ὃν Ἀθηναῖοι, ὅτι ἐν ὀλιγαρχίᾳ ἡρέθη, οὐκ ὀνομάζουσιν, ἀλλ' ἀναρχίαν τὸν ἐνιαυτὸν καλοῦσιν.* Lysias tamen pro sacra olea 9. p. 219 ed. Bekk. Pythodori nomine utitur. Fuit autem hic Pythodorus e Zenonis disciplina profectus, vid. Plato Parmenide p. 126 C: *Οὗτος ὁ Ἀντιφῶν Πυθοδώρῳ τινὶ Ζήνωνος ἑταίρῳ πολλὰ ἐντετύχηκε· καὶ τοὺς λόγους οὓς ποτε Σωκράτης καὶ Ζήνων καὶ Παρμενίδης διελέχθησαν, πολλάκις ἀκούσας τοῦ Πυθοδώρου ἀπομνημονεύει.* et deinde asserit hos philosophos, cum Athenas venissent, apud Pythodorum devertisse: *Ἔφη δὲ ὁ Ἀντιφῶν λέγειν τὸν Πυθόδωρον ὅτι ἀφίκοντό ποτε εἰς Παναθήναια τὰ μεγάλα Ζήνων τε καὶ Παρμενίδης· τὸν μὲν οὖν Παρμενίδην εὖ μάλα ἤδη πρεσβύτην εἶναι, σφόδρα πολιόν, καλὸν δὲ καὶ ἀγαθὸν τὴν ὄψιν, περὶ ἔτη μάλιστα πέντε καὶ ἑξήκοντα· Ζήνωνα δὲ ἐγγὺς ἐτῶν τετταράκοντα τότε εἶναι, εὐμήκη δὲ καὶ χαρίεντα ἰδεῖν· καὶ λέγεσθαι αὐτὸν παιδικὰ τοῦ Παρμενίδου γεγονέναι· καταλύειν δὲ αὐτοὺς ἔφη παρὰ τῷ Πυθοδώρῳ ἐκτὸς τείχους, ἐν Κεραμεικῷ. — ἀναγιγνώσκειν οὖν αὐτοῖς τὸν Ζήνωνα αὐτόν· τὸν δὲ Παρμενίδην τυχεῖν ἔξω ὄντα καὶ εἶναι πάνυ βραχὺ ἔτι λοιπὸν τῶν λόγων ἀναγινωσκομένων, ἡνίκα αὐτός τε ἐπεισελθεῖν ἔφη ὁ Πυθόδωρος ἔξωθεν καὶ τὸν Παρμενίδην μετ' αὐτοῦ καὶ Ἀριστοτέλη τὸν τῶν τριάκοντα γενόμενον:* nam hunc Pythodorum ut statuamus eundem esse, qui inter quadringentos fuit receptus, conficit vel Aristotelis tanquam aequalis et amici commemoratio. Etenim Aristoteles quoque fuerat unus ex quadringentis et cum dux esset, una cum Aristarcho et Melanthio Eetioneam communivit, vid. Xenoph. Hellen. II. 3, 46. Patria vero extorris a Lacedaemoniis socius est adscitus et, cum Lysander Athenas cepisset, in patriam est restitutus, v. Xenoph. Hellen. II. 2. 18, et in numerum triginta virorum receptus, ibid. II. 3. 2, et deinde a sociis dominationis Lacedaemona missus legatus cum Aeschine, ut praesidium impetraret. Itaque Pythodorus et Aristoteles, cum utrumque usque ad Olymp. XCIV aetatem produxisse constet, tunc iam provectiores aetate fuerunt, aut admodum iuvenes Zenonem et Parmenidem audiverunt, si vera tradit Plato eos his ipsis philosophis magistris usos esse, quod quidem non videtur in dubitationem vocari posse, cum Plato etiam in Alcibiade I. p. 119 A. Pythodorum nonnihil e Zenonis disciplina profecisse contendat: *Ὥσπερ ἐγώ ἔχω σοὶ εἰπεῖν διὰ τὴν Ζήνωνος (συνουσίαν σοφωτέρους γεγονέναι) Πυθόδωρον τὸν Ἰσολόχου καὶ Καλλίαν τὸν Καλλιάδου· ὧν ἑκάτερος Ζήνωνι ἑκατὸν μνᾶς τελέσας σοφός τε καὶ ἐλλόγιμος γέγονεν.* nomen tamen paternum non congruit, siquidem Diogenes solita negligentia Polyzeli filium dicit. Zeno autem et Parmenides quo tempore Athenas pervenerint etsi satis ambiguum est, non videntur ante Olymp. LXXX illuc commigrasse: sed haec accuratius persequi non est nostri instituti.

ab Euathli certe ingenio nequaquam abhorret ista irreverecundia, qua magistrum tanquam irreligiosum in ius vocavit. Iam Euathlus usus est, quantum quidem verisimili coniectura assequi possumus, Protagorae disciplina tunc, cum is primum Athenis versaretur; is autem illuc se contulisse videtur circa Olympiadem LXXXIII vel LXXXIV: hinc Apollodorus cum aetatem, qua floruerit, indicare vellet, hanc ipsam Olympiadem dixit, vid. Diog. Laert. IX. 56: *Ἀπολλόδωρος δέ φησιν ἑβδομήκοντα (ἔτη βιῶσαι) σοφιστεῦσαι δὲ τεσσαράκοντα, καὶ ἀκμάζειν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα:* cui quominus fidem abrogemus vel id vetat, quod prorsus consentit cum iis, quae Plato in Menone p. 91 D. tradit: *Πρωταγόρας δὲ ἄρα ὅλην τὴν Ἑλλάδα ἐλάνθανε διαφθείρων τοὺς συγγιγνομένους καὶ μοχθηροτέρους ἀποπέμπων ἢ παρέλαβε, πλέον ἢ τετταράκοντα ἔτη· οἶμαι γὰρ αὐτὸν ἀποθανεῖν ἐγγὺς ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα, τετταράκοντα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα.* Iam Athenis cum versaretur, quod illo tempore omnium doctrinarum artiumque domicilium erat, celeriter magnam nominis celebritatem consecutus est atque etiam in Periclis notitiam venit, cuius gratia et familiaritate usus est: admodum enim ille sophistarum acute subtiliterque disserendi facultate delectabatur: cf. Plut. vit. Pericl. c. 36: *Τὸ δὲ μειράκιον ὁ Ξάνθιππος ἐπὶ τούτῳ χαλεπῶς διατεθεὶς ἐλοιδόρει τὸν πατέρα, πρῶτον μὲν ἐκφέρων ἐπὶ γέλωτι τὰς οἴκοι διατριβὰς αὐτοῦ καὶ τοὺς λόγους, οὓς ἐποίει μετὰ τῶν σοφιστῶν· πεντάθλου γάρ τινος ἀκοντίῳ πατάξαντος Ἐπίτιμον τὸν Φαρσάλιον ἀκουσίως καὶ κατακτείναντος ἡμέραν ὅλην ἀναλῶσαι μετὰ Πρωταγόρου διαποροῦντα, πότερον τὸ ἀκόντιον ἢ τὸν βαλόντα μᾶλλον ἢ τοὺς ἀγωνοθέτας κατὰ τὸν ὀρθότατον λόγον αἰτίους χρὴ τοῦ πάθους ἡγεῖσθαι.* Et videtur Pericles Protagora usus esse, cum Thurios coloniam deduceret, ut leges novae urbi describeret, vid. Diog. Laert. IX. 50: *Πρωταγόρας — Ἀβδηρίτης, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τοῖς περὶ νόμων, ὃς καὶ Θουρίοις νόμους γράψαι φησὶν αὐτόν.* nisi forte quis censeat, id Protagoram multo post fecisse, quod quidem minus est probabile. Diodorus quidem XII. 11 dicit Thurios, cum civitatis novae formam constituissent, Charondam, civem eruditissimum delegisse, qui legibus rempublicam fundaret atque institutis: atque deinde copiose Charondeas illas leges recenset: sed haec quidem refutare nihil adtinet: quamquam illud quidem prorsus non nego, postero tempore Thurios antiquas Charondae leges, quae in multis civitatibus Siciliae Graeciaeque magnae valebant, ascivisse magnaque cura integras conservasse. Fuerit autem Protagoras certe usque ad illud tempus Athenis commoratus, quo exitiosus iste morbus graviter afflixit omnem civitatem: coniicias hoc vel ex egregio illo fragmento, quod est apud Plutarch. Consol. ad Apoll. c. 33, in quo Protagoras Periclis in gravissimis rerum adversarum tempestatibus constantiam atque magnanimitatem ita expressit, ut ipsum arbitrum interfuisse satis appareat. Plurimos autem adolescentulos illo tempore, quo Athenis commoratus est,

artem dicendi docuit, in his etiam Euathlum: qui quidem mature se ad illum magistrum contulisse videtur, ita ut Cratinus in Thressis commode eum tanquam versutum calumniatorem perstringere potuerit. Neque enim ullo pacto licet asserere, Euathlum tum demum Protagora doctore usum esse, cum is denuo Athenas reversus esset: ille enim complures annos abfuit: Pericle enim mortuo Athenas videtur reliquisse ceteramque Graeciam et Italiam peragravisse: sed denuo illuc philosophum rediisse locupletissimorum testium auctoritate constat. Plato enim, cum Protagoram in cognomine sermone fingit ex peregrinatione Athenas reversum cum Socrate disputare, etsi plura negligenter et praepostere, illud tamen recte dixit alteram hanc esse peregrinationem philosophi: aliquot autem annos illum Athenis abfuisse apparet vel ex eo, quod Hippocrates Apollodori filius apud Platonem p. 310 D. dicit se Protagoram, cum Athenis primum domicilium collocaverit, quoniam ipse puer fuerit, nec vidisse nec audivisse: *Ἐγὼ γὰρ ἅμα μὲν καὶ νεώτερός εἰμι, ἅμα δὲ οὐδὲ ἑώρακα Πρωταγόραν πώποτε οὐδ᾽ ἀκήκοα οὐδέν· ἔτι γὰρ παῖς ἦ ὅτε τὸ πρῶτον ἐπεδήμησεν:* deverterat autem tunc apud Calliam, a quo maxima benignitate est exceptus (cf. Plato Protag. p. 311 A, p. 314 D, al.). itaque ille non ante Athenas pervenisse videtur, quam Hipponicus mortuus erat, quod quidem accidit Olymp. LXXXIX. 1. Confirmat hanc rationem Athenaeus V. p. 218 B: *Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ διάλογος, μετὰ τὴν Ἱππονίκου τελευτὴν γενόμενος, παρειληφότος ἤδη τὴν οὐσίαν Καλλίου, τοῦ Πρωταγόρου μέμνηται παραγεγονότος τὸ δεύτερον οὐ πολλαῖς πρότερον ἡμέραις· ὁ δ᾽ Ἱππόνικος ἐπὶ μὲν Εὐθυδήμου ἄρχοντος στρατηγῶν παρατέτακται μετὰ Νικίου πρὸς Ταναγραίους καὶ τοὺς παραβοηθοῦντας Βοιωτῶν καὶ τῇ μάχῃ νενίκηκε. Τέθνηκε δὲ πρὸ τῆς ἐπ᾽ Ἀλκαίου διδασκαλίας τῶν Εὐπόλιδος Κολάκων οὐ πολλῷ χρόνῳ κατὰ τὸ εἰκός· πρόσφατον γάρ τινα τοῦ Καλλίου τὴν παράληψιν τῆς οὐσίας ἐμφαίνει τὸ δρᾶμα. Ἐν οὖν τούτῳ τῷ δράματι Εὔπολις τὸν Πρωταγόραν ὡς ἐπιδημοῦντα εἰσάγει, Ἀμειψίας δ᾽ ἐν τῷ Κόννῳ δύο πρότερον ἔτεσι διδαχθέντι οὐ καταριθμεῖ αὐτὸν ἐν τῷ τῶν φροντιστῶν χορῷ· δῆλον οὖν ὡς μεταξὺ τούτων τῶν χρόνων παραγέγονεν.* quae satis probabiliter sunt disputata: nam Olymp. LXXXIX. 3 Alcaeo praetore Protagoram Athenis fuisse et apud Calliam commoratum esse satis comprobat Eupolidis fabula, quam ille ipso anno docuit,*) Adulatores, in qua quin praesentem rerum conditionem secutus sit, dubitari non potest: fuerunt autem huius philosophi in illa fabula vel primariae partes, conferas illos versus, qui apud Diog. Laert. IX. 50 leguntur:

---

*) Didascalia Aristoph. Pacis: *Ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητής. ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου ἐν ἄστει· πρῶτος Εὔπολις Κόλαξιν, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσιν.*

Ἔνδοθι μέν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήιος·
Ἀλαζονεύεται μὲν ἀλιτήριος
Περὶ τῶν μετεώρων, τὰ δὲ χαμᾶθεν ἐσθίει.

Adde Plutarchum in Symposio VII. 1, 3: Εὔπολιν μὲν γάρ, εἰ βούλει, πάρες ἐν Κόλαξιν εἰπόντα,

Ὁ Πρωταγόρας ἐκέλευε γὰρ πίνειν, ἵνα
Πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλυτον φορῇ.

Sed Olymp. LXXXIX. 1 praetore Isarcho, quo anno Amipsias Connum docuit, nondum videtur Athenas reversus esse, id quod Athenaeus recte ex eo colligit, quod in choro sophistarum tunc Athenis versantium ab Amipsia non recensetur, qui si Protagoras affuisset, vix eius memoriam neglexisset. Iam verisimillimum est, Protagoram non ita multo post quam induciae annuae inter Lacedaemonios et Athenienses factae tranquillitasque et otium restitutum erat, Athenas venisse, Olympiadis LXXXIX. 1 extremo, vel ineunte sequente anno. Et alio loco Athenaeus accuratius etiam studuit tempus indicare, quo Protagoras Athenas redierit: supra enim V. p. 506 A, ubi erroris convincit Platonem, quod Periclis filios cum Protagora secundum Athenis commorante loquentes induxerit, dicit illos quinto anno ante mortuos esse: Ἀλλὰ μὴν οὐ δύνανται Πάραλος καὶ Ξάνθιππος οἱ Περικλέους υἱοὶ τελευτήσαντες τῷ λοιμῷ Πρωταγόρᾳ διαλέγεσθαι, ὅτε δεύτερον ἐπεδήμησε ταῖς Ἀθήναις, οἱ πέμπτῳ ἔτει πρότερον τελευτήσαντες. Athenaeum secutus et interpretatus est Macrobius Saturn. I. 1, nisi quod extrema minus accurate convertit: *quos multo ante infamis illa pestilentia Atheniensis absumserat.* Pericles vero cum ineunte Olymp. LXXVII. 4 auctumni tempore, non celeri morbo correptus, sed sensim corporis viribus tabescentibus mortuus sit, vid. Plut. vit. Pericl. c. 38, filii autem aliquanto ante decesserint (vid. Plut. c. 36, qui quidem male rem sic exponit, ac si inter Xanthippi et Parali mortem longius temporis spatium intercesserit, cum octo diebus utrumque exstinctum esse Protagoras fide dignus auctor tradidit apud ipsum Plutarchum consol. ad Apoll. c. 33; neque vero recte dicit Plutarchus Periclis animum moerore fractum esse; equidem sequor Protagorae auctoritatem, qui illum neque vultum neque orationem neque quidquam aliud mutavisse, sed suo exemplo etiam multitudinis animos erexisse prodit: cf. etiam Valer. Max. V. 10.) illorum quidem mortem in Olymp. LXXXVII. 3 incidere statuo. Itaque si haec recte sunt disputata, non quinto anno post illorum iuvenum obitum sed sexto Athenas reversus est: nolim tamen ista ad hanc normam corrigere, paulo enim negligentius disputavisse videtur; nam cum reperisset quinque annos inter priorem alteramque Protagorae peregrinationem Atheniensem interiectos esse, continuo dixit a morte Parali et Xanthippi, quae non ita multo ante illius discessum accidit, quinquennium usque ad alterum adventum peractum esse. Et sane abfuit philosophus quinque annos, si Epaminone praetore, h. e. Olymp. LXXXVII. 4 post Periclis obitum discessit

et Isarcho praetore h. e. Olymp. LXXXIX. 1 sub anni finem reversus est. At Plato quidem a veritate prorsus aberravit, cum Periclis filios cum Protagora denuo Athenis commorante sermocinatos esse fingit, id quod temere ex priore peregrinatione, cum multum Periclis et filiorum consuetudine vir ille sapientissimus uteretur, repetiisse existimandus est: gravius etiam erravit Plato in eodem sermone infra p. 327 E: *Ἀλλ' εἰεν ἄγριοί τινες, οἷοίπερ οὓς πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ.* quae quidem fabula secundum Athenaeum V. p. 218 D. docta est Aristione praetore h. e. Olymp. LXXXIX. 4, ita ut Protagoras hunc sermonem cum Socrate ceterisque Olymp. XC. 1 habuisse fingatur eodemque etiam tempore Athenas reversus fuerit ex Platonis sententia, siquidem supra Socratem dixit triduo post quam philosophus advenerit eum convenisse, vid. p. 309 D. Illud quoque permirum, quod Protagoras, vix itineris labore remoto, continuo Pherecratis fabulam, quam superiore anno docuerat, perlegisse fingitur. Sed quod iam supra commendavi, hic quoque cavendum est, ne iniuste reprehendamus virum summum, qui liberius externam formam finxit eamque uti libuit proposito accommodavit, nec curiose omnia vel levissima ad calculum vocare sustinuit.

Dicendum denique est de alio fragmento ex Cratini Thressis, quod temporis aliquam notam, quo comoedia data sit, continere videtur: legitur autem apud Pollucem IX. 90: *Τὸν δὲ νῦν χαλκὸν οἱ Ἀττικοὶ χαλκίον εἰώθασι καλεῖν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀργύρου ἀργύριον καὶ ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ χρυσίον, ὥσπερ Ἀριστοφάνης μὲν ἐν Βατράχοις ἔφη* (v. 720.) — *σαφέστερον δ' Εὔβουλος ἐν Παμφίλῳ· Πρῶτον μὲν αὐτοῦ παραλαβὼν τὼ χαλκίω Τὸν ἰὸν ἐκ τῆς χειρὸς ἐξεσπόγγισεν. Οὕτως ἂν καὶ ὁ Κρατῖνος ἐν ταῖς Θρᾴτταις εἰρηκὼς εἴη τὸν χρυσὸν χρυσία·*

Ὅτι τοὺς κόρακας τὰξ Αἰγύπτου χρυσία κλέπτοντας ἔπαυσεν. vulgo legebatur *τοὺς κόλακας — ἔπαυσεν.* sed si recte satis divino, Cratinus scripsit:

Ὅτι τοὺς κόρακας τὰξ Αἰγύπτου χρυσία κλέπτοντας ἔπαυσα, ut poeta dicat se acerbe notando in aliqua fabula tandem effecisse, ut homines improbi, qui rei publicae summam administrent, furtim surripere pecuniam ex Aegypto missam desistant: fuerit igitur hic versus ex parabasi Thressarum petitus. Parabasi enim comici poetae ita utuntur, ut explanent quod propositum sequantur, ut se ab adversariorum aemulorumve poetarum iniuriis defendant, illorumque calumnias maledicas magnificis laudibus elevent, omninoque omnia, quae ad ipsos pertinent, libere profiteantur. Cratinus igitur videtur in aliqua fabula, quam non multo ante Thressas docuerat, improbam fraudulentiam quorundam reipublicae principum acerbe exagitavisse. Aegyptii autem cum Persicae dominationis iugum excussissent, Inarosque Libyae rex imperium obtinuisset, ab Atheniensibus, qui tunc magnam classem in Cyprum insulam miserant, auxilium petiverunt: Athenienses autem legatos

benigne exceperunt magnaque in Aegyptum miserunt subsidia, vid. Thucyd. I. 104. Diodor. Sic. XI. c. 71, qui parum accurate haec ad Tlepolemi praetoris annum, h. e. ad Olymp. LXXIX. 2 refert. Bellum deinde vario marte gestum, sed sexto denique anno Persae Aegyptios eorumque socios et amicos terra marique devicerunt; itaque Aegyptus denuo subacta praeter palustrem regionem, cui Amyrtaeus regulus praefuit: Inaros vero mala fraude captus gravique supplicio affectus est, vid. Thucyd. I. 109 et 110. Res in illo bello gestas etiam Diodorus exponit XI. 73—77, qui Aegyptum Phrasiclide praetore Olymp. LXXX. 1 a Persis pacatam esse contendit: at id quidem manifesto falsum esse deprehenditur, neque enim sex, sed tribus annis bellum confectum esset: porro proelia ad Halias, in Aegina et in Megaride Diodorus duobus annis subsequentibus assignat, verum has pugnas et uno anno et eodem tempore, quo Aegyptium fuerit bellum, accidisse commode docet titulus apud Boeckh. Corp. Inscr. T. I. n. 165: *Ἐρεχθηΐδος· οἵδε ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον ἐν Κύπρῳ, ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν Φοινίκῃ, ἐν Ἁλιεῦσιν, ἐν Αἰγίνῃ, Μεγαροῖ, τοῦ αὐτοῦ ἐνιαυτοῦ.* et in fine illius tituli inter mortuos etiam refertur *Στρατηγὸς ἐν Αἰγύπτῳ Ἱπποδάμας.* Bellum enim Aegyptium Olymp. LXXX et LXXXI gestum est, compositumque post pugnam ad Oenophyta. Quamquam autem Aegyptiorum vires fractae isto sunt bello, tamen Athenienses etiam postero tempore cum Libyae regibus palustrisque Aegypti regulis amicitia et foedere videntur coniuncti fuisse. Et ipsi Athenienses maximo studio bellum contra Persas in Aegypto renovavissent, nisi Pericles multitudinis impetum refrenasset: vid. Plutarch. vit. Pericl. 20: *Τἆλλα δ' οὐ ξυνεχώρει ταῖς ὁρμαῖς τῶν πολιτῶν οὐδὲ συνεξέπιπτεν ὑπὸ ῥώμης καὶ τύχης τοσαύτης ἐπαιρομένων Αἰγύπτου τε πάλιν ἀναλαμβάνεσθαι καὶ κινεῖν τῆς βασιλέως ἀρχῆς τὰ πρὸς θαλάσσῃ.* haec enim istuc referre non dubitavi. Nihilominus amicitiam Athenienses inter et Aegyptios intercessisse documento est id quod Philochorus tradidit, Psammetichum Libyae regem Lysimachide praetore (Olymp. LXXXIII. 4) magnam frumenti copiam Atheniensibus dono dedisse, vid. Schol. Aristoph. Vesp. 718: *Μήποτε δὲ περὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου δωρεᾶς ὁ λόγος, ἣν Φιλόχορός φησι Ψαμμήτιχον πέμψαι τῷ δήμῳ ἐπὶ Λυσιμαχίδου μυριάδας τρεῖς, πλὴν τὰ τοῦ ἀριθμοῦ οὐδαμῶς συμφωνεῖ; ἑκάστῳ δὲ Ἀθηναίῳ πέντε μεδίμνους· τοὺς γὰρ λαβόντας γενέσθαι μυρίους τετρακισχιλίους διακοσίους μ'.* idem alius interpres ibid. *Σιτοδείας ποτὲ γενομένης ἐν τῇ Ἀττικῇ, Ψαμμήτιχος ὁ τῆς Λιβύης βασιλεὺς ἀπέστειλε σῖτον τοῖς Ἀθηναίοις αἰτήσασιν αὐτόν.* Quem Libyae regem dicit, eumdem non minus recte Plutarchus in vita Pericl. 37, ubi praeteriens illius rei memoriam attigit, Aegypti regem vocat: *Ἐπεὶ δὲ τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων δωρεὰν τῷ δήμῳ πέμψαντος τετρακισμυρίους πυρῶν μεδίμνους ἔδει διανέμεσθαι τοὺς πολίτας, πολλαὶ μὲν ἀνεφύοντο δίκαι κτλ.* Etenim Psammetichus, ut pater Inaros (filium enim hunc illius fuisse non

improbabile est, quandoquidem Inaros patrem habuit Psammetichum, Thucyd. I. 104: Ἰνάρως *) δὲ ὁ Ψαμμητίχου, Λίβυς, βασιλεὺς Λιβύων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ) non solum Libyam sed etiam Aegypti aliquam partem tenuit, itaque modo Libyae, modo Aegypti rex vocatur. Idem vero eodem tempore etiam pecuniae magnam vim Atheniensibus donavisse videtur, quam cum ii qui reipublicae praeessent, mala fraude distraxissent et magnam partem surripuissent, Cratinus hos aerarii fures graviter insectatus est in aliqua comoedia, quam non ita multo ante Thressas docuisse censendus est. Sed postea quoque Aegypti reguli Atheniensium amicitiam studiose expetivisse saepiusque magnifica munera videntur populo misisse: ita Paapis quidam sive regulus aliquis sive sacerdos sive alius quis Aegyptius generosus Atheniensibus pocula pretiosa dono dedit, cuius rei memoriam servavit Hesychius: Παάπις· οὗτος ποτήρια τινὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἔπεμψε δῶρα. Λεύκων Φράτερσιν·

Ἀτὰρ ὁ Μεγακλέους ὑστάτου Παάπιδος
Ὑπέρβολος τἀκπώματα κατεδήδοκεν.

Paapin istum Aegyptium fuisse satis ipsum nomen arguit, ita Diogenes Antonius in libris quos de miraculis ultra Thulem condidit, Paapin Aegyptium quendam sacerdotem induxit, c. 3. p. 31 ed. Passov. Ταύτῃ Δεινίας ὁμιλῶν ἀναμανθάνει τήν τε τῶν ἀδελφῶν πλάνην καὶ ὅσα Παάπις τις, ἱερεὺς Αἰγύπτιος, τῆς πατρίδος αὐτοῦ λεηλατηθείσης καὶ παροικήσας Τύρον καὶ φιλοξενηθεὶς ὑπὸ τῶν τεκόντων, τοὺς ἀδελφοὺς Δερκυλλίδα καὶ Μαντινίαν καὶ δόξας τὰ πρῶτα εὔνους εἶναι τοῖς εὐεργέταις καὶ ὅλῳ τῷ οἴκῳ, μετὰ ταῦτα ὅσα κακὰ τόν τε οἶκον καὶ αὐτοὺς καὶ αὐτῶν γονέας εἰργάσατο, ὅπως εἰς Ῥόδον κτλ. Paapidis rursus fit mentio ibid. c. 5, 6, 7 et 8. Dona autem illa Paapis videtur Atheniensibus non ita multo ante Olymp. LXXXIX. 3 misisse: eo enim tempore Hyperbolus plurimum gratia et auctoritate valuit apud multitudinem, eodemque anno docta est etiam Leuconis fabula, ex qua hi versus sunt petiti, vid. Didascal. Pacis Aristophaneae: Ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου ἐν ἄστει· πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσι. Scripsit autem, ut coniicio, Leuco illam fabulam contra Hyperboli potissimum dominationem, quam Phratores inscripsit, quoniam ille non fuit relatus in phratores: barbara enim origine esse vulgo perhibebatur, de qua re dicetur infra ad Platonis Hyperbolum: huc fortasse pertinet quod est apud Photium p. 587, 17: Τίβιοι· ἔθνος· Λεύκων ἐν Φράτερσιν· τάχα δὲ οἱ αὐτοὶ τοῖς Τιβαρηνοῖς. Et Tibareni quidem, quem eundem populum fuisse asserit Photius, inter Scy-

*) Rectius Ἰναρῶς scribas, vid. Choeroboscus Bekk. Anecd. T. III. p. 1197: Εἰσὶ δὲ καὶ Περσικὰ ὀνόματα καὶ Αἰγύπτια εἰς ὡς λήγοντα, ἅτινα τὴν αὐτὴν κλίσιν ἐπιδέχονται τοῖς εἰς ὡς Ἀττικοῖς· οὐ μέντοι προπαροξύνεται, ἔστι γὰρ Ἰναρῶς ὄνομα βασιλέως, Σπαραμιζῶς, ὄνομα εὐνούχου, Σαβακῶς, Κανεῶς.

thiae populos referuntur: Chalybum vicinos esse dicit Pompon. Mela I. 20: *Tibareni Chalybas attingunt, quibus in risu lusuque summum bonum est.* Similiter Apoll. Rhod. II. 374:

Μετὰ δὲ σμυγερώτατοι ἀνδρῶν
Τρηχεῖην Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν
Ἐργατίναι· τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.
Ἄγχι δὲ ναιετάουσι πολύρρηνες Τιβαρηνοὶ
Ζηνὸς Εὐξείνοιο Γενηταίην ὑπὲρ ἄκρην.

et rursus v. 1009. morem prorsus singularem memorat:

Τοὺς δὲ μέτ' αὐτίκ' ἔπειτα Γενηταίου Διὸς ἄκρην
Γνάμψαντες σώοντο παρὲξ Τιβαρηνίδα γαῖαν·
Ἔνθ' ἐπεὶ ἄρ κε τέκωνται ὑπ' ἀνδράσι τέκνα γυναῖκες,
Αὐτοὶ μὲν στενάχουσιν ἐνὶ λεχέεσσι πεσόντες,
Κράατα δησάμενοι· ταὶ δ' εὖ κομέουσιν ἐδωδῇ
Ἀνέρας ἠδὲ λοετρὰ λεχώϊα τοῖσι πένονται.

Cf. Valer. Flacc. V. 148. Tibiis autem Athenienses servitiis uti solebant, v. Luciani Timon c. 22: Ἀντὶ τοῦ τέως Πυρρίου ἢ Δρόμωνος ἢ Τιβίου Μεγακλῆς ἢ Μεγάβυζος ἢ Πρώταρχος μετονομασθείς. Menander in Thessala p. 77 ed. Meineke:

Εὐθυμία τοι, Τίβιε, τὸν δοῦλον τρέφει.

sic enim recte restituit Bentleius, et rursus in Misogyne corrigendum p. 116:

Ἀλλ' οὐ τὰ Τιβίου νῦν ἴσως δεῖ φροντίσαι.

vulgo βίου legitur, Bentleius βιότου. Itaque videtur Leucon Hyperbolum, hominem barbarum et abiectum cum Megacle, nobilissima antiquissimaque gente oriundo composuisse: sed illi versiculi, quos Musurus pessime interpolavit (in codice enim Veneto: Μεγάκλεες ὑσθάτου legitur) ita sunt corrigendi:

Ἀτάρ, ὦ Μεγάκλεες, οἶσθά που, Παάπιδος
Ὑπέρβολος τἀκπώματα κατεδήδοκεν.

Scripsi ὦ Μεγάκλεες: haec enim vocativi forma ne comicis quidem poetis prorsus inusitata fuit, ita Eupolis in Urbibus apud Schol. Arist. Av. v. 1046:

Ἱερόκλεες, βέλτιστε χρησμῳδῶν ἄναξ.

imitatus ille quidem, ut homines docti recte animadverterunt, versum Aeschyli ex Sept. adv. Theb. 39:

Ἐτέοκλεες φέριστε Καδμείων ἄναξ.

Recte vero apud Hesychium scribitur ἐν Φράτερσιν: haec enim est germana et Atticis usitata forma, atque ita haec fabula etiam ab Athenaeo et Photio dicitur, deterius est quod in argumento Pacis legitur τρίτος Λεύκων Φράτορσιν, quamquam etiam Suidas v. Λεύκων hanc comoediam Φράτορας appellat. Sed antiquiores praetulerunt alteram formam per ε: Philemo p. 112 ed. Burn. Οἱ δὲ ἀρχαῖοι φράτερας διὰ τοῦ ε· οὐ, φασίν, εὐθεῖα φράτηρ· φέρεται καὶ ὅτι φρατὴρ Ἀττικοί φασιν, Ἴωνες δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου. et Theodosius in Bekkeri Anecd. T. III. p. 992: Τῶν εἰς ηρ βαρυτόνων ὅσα μὲν μακρᾷ παραλήγεται διὰ τοῦ ε κλίνεται, φράτερος,

Πίερος, ὅσα δὲ βραχείᾳ παραλήγεται, διὰ τοῦ η κλίνεται Ἴβηρος, ἐρίηρος. Et antiqua forma servata etiam nunc est in versibus Cratini iunioris in Chirone ap. Athenaeum XI. p. 460 F:

Πολλοστῷ δ' ἔτει
Ἐκ τῶν πολεμίων οἴκαδ' ἥκω, συγγενεῖς
Καὶ φράτερας καὶ δημότας εὑρὼν μόλις.
Εἰς τὸ κυλικεῖον ἐνεγράφην, Ζεὺς ἔστι μοι
Ἑρκεῖος, ἔστι φρατόριος, τὰ τέλη τελῶ.

ubi scribendum φρατέριος vel φράτριος, uti est apud Plat. Euthyd. p. 302 D: Ζεὺς δ' ἡμῖν πατρῷος μὲν οὐ καλεῖται, ἑρκεῖος δὲ καὶ φράτριος, καὶ Ἀθηναίη φρατρία. Germana autem vocabuli forma apud Atticos scriptores plerumque videtur oblitterata esse, nam apud Aristophanem quidem nunc ubique (ut in Ranis v. 418, in Equitt. v. 255, in Av. 765 et 1669.) legitur φράτορες: sed parum probabile est poetam hac ionica forma usum esse, in Ranis certe legendum est:

Ὃς ἑπτέτης ὢν οὐκ ἔφυσε φράτερας.

Vere enim scholiasta dicit: Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν οὐκ ἔφυσεν φραστῆρας (hoc recte ex Suida addidit Kusterus,) ὀδόντας, ἵνα ὡς ξένον διαβάλῃ· ἡ δὲ παροιμία· Ἑπτέτης ὢν ὀδόντας οὐκ ἔφυσεν. Pueri enim septennes dentes abiiciunt, vid. Solon Eleg. XIV. 1:

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος ἕρκος ὀδόντων
Φύσας, ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἕπτ' ἔτεσιν.

Apud oratores quoque vulgaris forma nunc plerumque reperitur, ut est apud Isaeum de Philoctemonis hered. 27, de Cirrhonis hered. 19, de Astyphili hered. 8, de Apollod. hered. 15 alibi. et apud Demosthenem adv. Macartat. II. 12, adv. Eubulid. 54.

Uno praeterea loco fit mentio Leuconeae comoediae, ap. Athen. VIII. p. 343 C: Τῆς αὐτῆς ἰδέας καὶ Μελάνθιος ἦν ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής· ἔγραψε δὲ καὶ ἐλεγεῖα· κωμῳδοῦσι δ' αὐτὸν ἐπ' ὀψοφαγίᾳ Λεύκων ἐν Φράτερσιν, Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ, Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ. Miserum sane hominem Melanthium istum dixeris, qui uno eodemque die ab omnibus poetis, qui comoedias docebant, magna cum contumelia sit lacessitus, nam non solum Leuco et Aristophanes in Pace v. 804 et non minus acerbe rursus v. 1009 illius gulositatem perstrinxerunt, sed etiam tertius poeta Eupolis in Adulatoribus illi non pepercit, vid. Schol. Pac. 804: Πολὺ μᾶλλον Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξιν ὡς κίναιδον τὸν Μελάνθιον διαβάλλει καὶ κόλακα.

Haec de Thressis: non dispar propositum Cratinus in obscura satis fabula secutus videtur, quae Ἐμπιπράμενοι fuit inscripta: hanc comoediam solus Clemens Alexandrinus Strom. VI. p. 628 commemorat, ubi Aristophanem plura arguit ex hac fabula in Thesmophoriazusas priores transtulisse: Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς ἐν ταῖς πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις τὰ ἐκ τῶν Κρατίνου Ἐμπιπραμένων μετήνεγκεν ἔπη. Quamquam nihil propemodum ex hoc Clementis loco de fabulae indole et argumento cognoscimus, commode

tamen memoriae prodidit Cratinea comoedia Aristophanem usum esse in Thesmophoriazusis: itaque apparet cum hac memoria componendum esse illud, quod legitur in Scholiasta Thesmoph. v. 215: *Ταδὶ] τὰ γένεια· ταῦτα δὲ ἔλαβεν ἐκ τῶν Ἰδαίων Κρατίνου.* Apud Aristophanem Euripides Mnesilocho muliebrem cultum induere et illum ad feminarum speciem levem reddere studet:

ΕΥ. Ἄγε νῦν, ἐπειδὴ σαυτὸν ἐπιδίδως ἐμοί,
Ἀπόδυθι τουτὶ θοἰμάτιον. ΜΝ. Καὶ δὴ χαμαί.
Ἀτὰρ τί μέλλεις δρᾶν μ'; ΕΥ. Ἀποξυρεῖν ταδί,
Τὰ κάτω δ' ἀφεύειν.

Hanc igitur potissimum imaginem Aristophanes transtulit ex Cratini Empipramenis sive Idaeis: nam illud quidem vix dubitari potest, qui una eademque fabula fuerit, inscripta illa quidem, ut saepenumero factum aliis quoque in comoediis, duobus nominibus *Ἐμπιπράμενοι ἢ Ἰδαῖοι:* et idem statuit etiam Dindorfius ad Aristoph. Fragm. p. 94. Et Idaeos quidem Cratinus hanc fabulam inscripsit, quoniam in ea cultum et religionem magnae matris, quae tunc ab Atheniensibus erat recepta, exagitare ausus erat. De his sacris Strabo X. 3. p. 364 ed. Tauchn. *Ἀθηναῖοι δ' ὥσπερ περὶ τὰ ἄλλα φιλοξενοῦντες διατελοῦσιν, οὕτω καὶ περὶ τοὺς θεούς. Πολλὰ γὰρ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, ὥστε καὶ ἐκωμῳδήθησαν· καὶ δὴ καὶ τὰ Θράκια καὶ τὰ Φρύγια· τῶν μὲν γὰρ Βενδιδείων Πλάτων μέμνηται, τῶν δὲ Φρυγίων Δημοσθένης, διαβάλλων τὴν Αἰσχίνου μητέρα καὶ αὐτόν, ὡς τελούσῃ τῇ μητρὶ συνόντα καὶ συνθιασεύοντα πολλάκις καὶ ἐπιφθεγγόμενον εὐοῖ σαβοῖ, ὕης ἄττης καὶ ἄττης ὕης· ταῦτα γάρ ἐστι Σαβάζια καὶ Μητρῷα.*

Idaei autem, quo nomine Cratinus fabulam inscripsit, sunt Dactyli illi, praesules et ministri matris deorum: Apollon. Rhod. I. 1125:

Μητέρα Δινδυμίην πολυπότνιαν ἀγκαλέοντες,
Ἐνναέτιν Φρυγίης, Τιτίην θ' ἅμα Κύλληνόν τε,
Οἳ μοῦνοι πολλῶν μοιραγέται ἠδὲ πάρεδροι
Μητέρος Ἰδαίης κεκλήαται, ὅσσοι ἔασιν
Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταιέες, οὕς ποτε νύμφη
Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσιν
Δραξαμένη γαίης Οἰαξίδος ἐβλάστησεν.

Qui quidem Idaeorum originem ex Creta repetit: Phrygia vero oriundos esse auctor Phoronidis apud Scholiastam Apollonii docet:

Ἔνθα γόητες
Ἰδαῖοι Φρύγες ἄνδρες ὀρέστεροι οἰκί' ἔναιον,
Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων,
Εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδρηστείης.

Et ipsa quidem Rhea matre usos esse Dactylos Nonnus XIV. 25 asserit. Conferas de his Strabonem X. 3. p. 367: *Δακτύλους δ' Ἰδαίους φασί τινες κεκλῆσθαι τοὺς πρώτους οἰκήτορας τῆς κατὰ τὴν Ἴδην ὑπωρείας;* et infra Sophocle auctore de numero eorum disserit: *Σοφοκλῆς δὲ οἴεται, πέντε τοὺς πρώτους ἄρσενας γενέ-*

σθαι, οἳ σίδηρόν τε ἐξεῦρον καὶ εἰργάσαντο πρῶτοι καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν πρὸς βίον χρησίμων· πέντε δὲ καὶ ἀδελφοὶ αὐτῶν· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ Δακτύλους κληθῆναι. Sophocles enim in fabula satyrica, quam *Κωφοὺς* inscripsit, Idaeorum deorum memoriam attigit, vid. Schol. Apoll. Rhod. I. 1126 Zenobius Prov. IV. 80. Alia de Idaeis refert Strabo in iis, quae sequuntur, ubi ab his ipsis Curetas et Corybantas repetit. Magnae autem matris sacra quanto studio Athenienses amplexi sint testantur tragici poetae potissimum Euripides: tangit superstitionem istam etiam Aristophanes in Lysistr. v. 387:

Ἐξέλαμψε γὰρ
Χὠ τυμπανισμὸς χοἰ πυκνοὶ Σαβάζιοι
Ὅ τ' Ἀδωνιασμός.

Et in Avibus v. 875:

Καὶ φρυγίλῳ Σαβαζίῳ καὶ στρουθῷ μεγάλῃ μητρὶ θεῶν καὶ ἀνθρώπων.
ΠΕΙ. Δέσποινα Κυβέλη, στρουθέ, μῆτερ Κλεοκρίτου.

Quam quidem superstitionem post etiam auctam esse documento sunt oratores et mediae comoediae poetae. Antiquitate sane sacrata fuit magnae matris apud Athenienses religio, id quod vel eius templum celeberrimum (*τὸ μητρῷον*), in quo libelli publici servabantur, satis testatur: testantur vero etiam fabulae antiquae, quae de huius deae cultu primum repudiato, mox recepto ferebantur: vid. Schol. Aristoph. Plut. v. 431, ubi de *βαράθρῳ* disserit: *Ἐνταῦθα τὸν Φρύγα τὸν τῆς μητρὸς τῆς Θεῶν ἐνέβαλλον ὡς μεμηνότα, ἐπειδὴ προέλεγεν, ὅτι ἔρχεται ἡ μήτηρ εἰς ἐπιζήτησιν τῆς Κόρης· ἡ δὲ θεὸς ὀργισθεῖσα ἀκαρπίας ἔπεμψε τῇ χώρᾳ καὶ γνόντες τὴν αἰτίαν διὰ χρησμῶν τὸ μὲν χάσμα κατέχωσαν, τὴν δὲ θεὸν ἵλεων ταῖς θυσίαις ἐποίησαν.* Sed sanctus atque sobrius hic Deae Phrygiae fuit cultus: at cum Athenienses Persas infestissimos imperio Graecorum hostes propulsavissent, tum vero subita commutatio facta est rerum omnium: tum a pristinis sacris patriisque ritibus desciverunt, et cum animi omni pietate ac religione carentes aliquid tamen flagitarent, in quo acquiescerent, peregrina numina ex Asia potissimum in patriam receperunt: peregrinae enim istae religiones ita erant comparatae, ut graviter mentes hominum imbecillas commoverent et admirabili quadam superstitione devincirent. Itaque illa aetate etiam Magnae matris sacra Phrygiaca maximo studio culta sunt: atque Periclis ut videtur auctoritate et liberalitate deae fanum magnifice est exornatum, Phidiam enim eius imaginem finxisse testis est Pausanias I. 3, 5: *Ὠικοδόμηται δὲ καὶ μητρὸς θεῶν ἱερόν, ἣν Φειδίας εἰργάσατο, καὶ πλησίον τῶν πεντακοσίων καλουμένων βουλευτήριον.* Praeterea etiam apud Anagyrasios fuit Matris deorum sacellum, vid. Pausan. I. 31. 1: *Προσπαλτίοις δέ ἐστι καὶ τούτοις Κόρης καὶ Δήμητρος ἱερόν, Ἀναγυρασίοις δὲ μητρὸς θεῶν ἱερόν.*

Quare Cratinus cum videret novitiis his sacris corrumpi civium

animos et ad mala facinora admittenda inflammari, acri commotus odio hanc pestem ac perniciem patriorum morum aggredi constituit et hanc ipsam fabulam, de qua agitur, docuit. Videtur autem poeta ipsas numinum istorum species mirum in modum, ut consentaneum est, exornatas spectantibus exhibuisse: huius rei obscura quaedam vestigia reperiuntur apud Scholiastam Aristoph. Eccles. v. 1089, ubi cum de Cannoni decreto egisset, haec satis mira subiunxit: *Καὶ ὁ Κρατῖνος ἐν τοῖς ἰδίοις τὰς θείας μορφὰς ἐν ἀρχῇ φανείσας.* quae nullo modo cum iis quae praegressa sunt cohaerent: illud quidem manifestum est scribendum esse *Κρατῖνος ἐν Ἰδαίοις*, quem Phrygia ista numina in exordio fabulae induxisse prorsus convenit ingenio veteris comoediae. Existimabam autem hoc scholion temere huc ex sua sede esse translatum et dubitanter quidem referebam ad v. 1069:

Ὦ Πᾶνες, ὦ Κορύβαντες, ὦ Διοσκόρω.

nam potuit ibi scholiasta, cum istorum numinum naturam explanaret, Cratini testimonio uti. At probabilius videtur, haec non divellere ex suo loco: fortasse enim Cratinus similem quandam imaginem exhibuerat atque Aristophanes in hoc loco, ubi duae vetulae acriter instant atque fatigant iuvenem, qui ira fervidus exclamat:

Τουτὶ τὸ πρᾶγμα κατὰ τὸ Καννώνου σαφῶς
Ψήφισμα, βινεῖν δεῖ με διαλελημμένον.
Πῶς οὖν δικωπεῖν ἀμφοτέρας δυνήσομαι.

Excidisse autem aliquid post illa verba: *μορφὰς ἐν ἀρχῇ φανείσας* satis apparet. Fuit autem cum his magnae matris sacris, uti cum aliis, quae clandestino et nocturno tempore celebrabantur, foeditas maxima coniuncta: solebant enim his solemnitatibus libidines gliscentes et quasi sub cinere latentes inflammari hominesque ad turpissima facinora impellere. Itaque Cratinus hanc spurcitiem ac foeditatem sacrorum Atheniensibus sub conspectu collocare studuit claraque imagine illustrare: chorum enim induxit hominum perditissimorum, qui deae sacris initiati atque penitus effeminati corpus levigarent et crines omnes igni amburerent: inde nomen fluxit *Ἐμπιπράμενοι*: huc etiam spectat illud, quod iam supra attuli, quod dicunt Aristophanem in Thesmophoriazusis, ubi Mnesilochus in feminam mutatur, ad Cratini exemplum se composuisse, maxime in his verbis:

Ἀποξυρεῖν ταδί,
Τὰ κάτω δ' ἀφεύειν.

Molles homines potissimum huius deae sacris initiatos fuisse dicit Scholiast. Aristoph. Av. 876: *Ὁ δὲ Δίδυμος μητέρα Κλεοκρίτου, ὅτι ὡς γυναικίας καὶ κίναιδος κωμῳδεῖται· ἐν δὲ τοῖς μυστηρίοις τῆς Ῥέας μαλακοὶ πάρεισιν.* Adde Synesium in Calvit. Enc. p. 86: *Τοὺς ἐν τοῖς Κυβελείοις τούτους τοὺς κατεαγότας.*

CAPUT V.

Admodum difficilis est ratio alius comoediae, quae *Κλεοβουλῖναι* fuit inscripta: quae quidem fabula unde appellationem traxerit docet Diogenes Laertius I. 89: *Κλεόβουλος Εὐαγόρου Λίνδιος, ὡς δὲ Δοῦρις, Κάρ· ἔνιοι δὲ εἰς Ἡρακλέα ἀνέφερον τὸ γένος αὐτόν· ῥώμῃ δὲ καὶ κάλει διαφέρειν, μετασχεῖν τε τῆς ἐν Αἰγύπτῳ φιλοσοφίας· γενέσθαι τε αὐτῷ θυγατέρα Κλεοβουλίνην, αἰνιγμάτων ἑξαμέτρων ποιήτριαν, ἧς μέμνηται καὶ Κρατῖνος ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, πληθυντικῶς ἐπιγράψας.* Ut Cleobulus pater aenigmata composuit, vid. Diog. Laert. infra: *Οὗτος ἐποίησεν ᾄσματα καὶ γρίφους εἰς ἔπη τρισχίλια.* et 91: *Φέρεται δ' αὐτοῦ ἐν τοῖς Παμφίλης ὑπομνήμασι καὶ αἴνιγμα τοῖον·*

Εἷς ὁ πατήρ, παῖδες δὲ δυώδεκα, τῶνδε δ' ἑκάστῳ
Παῖδες δὶς τριάκοντα διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι·
Αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι,
Ἀθάνατοι δέ τ' ἐοῦσαι, ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι.

ita etiam filia Cleobulina sive Eumetis huic arti operam dedit, famamque celeberrimam est consecuta: vid. Plutarch. Conviv. Sept. Sapient. c. 3: *Τὴν σοφήν, ἔφη, καὶ περιβόητον ἀγνοεῖς Εὔμητιν; οὕτω γὰρ ταύτην ὁ πατὴρ αὐτός, οἱ δὲ πολλοὶ πατρόθεν ὀνομάζουσι Κλεοβουλίνην. Ἦπου τὴν περὶ τὰ αἰνίγματα δεινότητα καὶ σοφίαν, ἔφη, τῆς κόρης ἐπαινεῖς· καὶ γὰρ εἰς Αἴγυπτον ἔνια τῶν προβαλλομένων ὑπ' αὐτῆς διῖκται. Οὐκ ἔγωγε, εἶπε Θαλῆς. τούτοις γάρ, ὥσπερ ἀστραγάλοις, ὅταν τύχῃ, παίζουσα χρῆται, καὶ διαβάλλεται πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἀλλὰ καὶ φρόνημα θαυμαστὸν καὶ νοῦς ἔνεστι πολιτικὸς καὶ φιλάνθρωπον ἦθος, καὶ τὸν πατέρα τοῖς πολίταις πρᾳότερον ἄρχοντα παρέχει καὶ δημοτικώτερον.* Commode autem Plutarchus ibid. c. 10, ubi Aesopum loquentem inducit, notum illud de cucurbita medicorum aenigma Cleobulinae esse docet:

Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα,

quod integrum servavit altero versu addito Athenaeus X. p. 452 C:

Οὕτω συγκόλλως ὥστε σύναιμα ποιεῖν.

Adde Aristotel. Rhetor. III. 2, Demetrii de elocut. 102 et Ioann. Siceliotam Schol. Hermog. in Rhetor. Walzii T. VI. p. 200 et Schol. Anonym. in Ide. ibid. T. VII. p. 949, ubi prior versus ita legitur:

Εἶδον ἐγὼ πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα.

Sed puto etiam alius aenigmatis, quod Cleobulina composuit, vestigia latere apud Plutarchum ibid. c. 5, ubi Aesopus dicit: *Εἴγε εἰδείης, ὦ ξένε, τοὺς νῦν αὐλοποιούς, ὡς προέμενοι τὰ νεβρεῖα, χρώμενοι τοῖς ὀνείοις βέλτιον ἠχεῖν λέγουσιν· διὸ καὶ Κλεόβουλον ἡ πρὸς τὸν Φρύγιον αὐλὸν νεβρογόνος κνήμη κεκρασφόρον οὖας ἦξε*

θαυμάζειν ἕνατι κρούσεως· ὥστε θαυμάζειν τὸν ὄνον, εἰ παχύτατος καὶ ἀμουσότατος ὢν τἄλλα, λεπτότατον καὶ μουσικώτατον ὀστέον παρέχεται. Homines docti quid de hoc loco corruptissimo censuerint, prorsus ignoro, cum commentariis uti non licuerit: at satis certo est corrigendum: *Κλεοβουλίνη*, latentque deinde reliquiae aenigmatis, cuius haec nisi fallor fuit sententia: *Tibia ex cervi ossibus confecta obstupescit, cum audit cantum tibiae ex asininis ossibus elaboratae, miraturque, quod asini, animalis omnium maxime a Musis alieni, ossa suavissimos edant sonos.* Ita autem haec corrigenda esse coniicio: *Διὸ καὶ Κλεοβουλίνη πρὸς τὸν Φρύγιον αὐλὸν ἠνίξατο:*

Νεβρογόνος κνήμη τὸ κερασφόρον οὖας ἄϊξεν.

θαυμάζειν ἕκατι κρούσεως τὸν ὄνον, εἰ παχύτατος καὶ ἀμουσότατος ὢν κτλ. Nam haec quidem Plutarchi sunt verba, qui iam sententiam tantum aenigmatis proponit, uno alterove verbo ex Cleobulinae versibus servato: recte autem mihi videor ista verba *ὥστε θαυμάζειν* delevisse, quae sine dubio a librario explicandi causa sunt adscripta. Sed viderit de hoc loco restituendo Winckelmannus, felicissimus Plutarchi emendator. Cleobulinae autem fortasse vindicanda sunt etiam alia aenigmata, quae vulgo sine auctoris nomine circumferuntur, uti illud, quod legitur apud Athenaeum X. p. 457 B:

Πέντ' ἄνδρες δέκα νανσὶ κατέδραμον εἰς ἕνα χῶρον,
Ἐν δὲ λίθοις ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ ἦν ἀνελέσθαι·
Δίψῃ δ' ἐξώλλυντο, ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γενείου.

Aliud aenigma incerti auctoris affert Trypho de figuris in Rhetorr. Walzii T. VIII. p. 737:

Εἰσίν μοι δύο κασίγνητοι· οἱ δύο μοῦνοι
Ὄφρα μὲν οὖν ζώωσι, τὸν ἥλιον οὐκ ἐσορῶσι,
Αὐτὰρ ἐπεί κε θάνωσι καὶ ἀνδρῶν χεῖρας ἵκωνται,
Ἠέλιόν τε ὁρῶσι καὶ ἀλλήλοισι μάχονται.

versus primus fortasse ita fuerit corrigendus:

Εἰσὶν ἔμοιγε κασίγνητοι δύο· οἳ δύο μοῦνοι κτλ.

Cratinus, suam consuetudinem secutus, videtur Cleobulinam una cum sociis mulieribus in scenam induxisse, quae aenigmata proponeret, perplexa illa quidem et obscura, quae alius quis expediret: largam autem hic poetae iocandi ridendique materiam suppeditatam fuisse facile quilibet animadvertet: at Cratini ars non est in ludicro tota posita, sed altius solet incrementa repetere et sub hilari licentiae specie delitescens, in ipsa veritatis indagatione versatur: huius autem comoediae sententiam quominus accuratius perspiciamus, fragmentorum paucitas et exilitas maxime impedit: sed si coniectura verum reperiri potest, arbitror poetae consilium ad tragicae poesis depravationem spectavisse. Tragoediam enim mira quaedam labes et prava consuetudo aliquando occupaverat, cuius auctor fuit Callias, qui singulari quodam modo tragicam artem cum comoedia coniunxit; quod etsi vix posse fieri vulgo credebant,

tamen vel Socrates contendit apud Platonem in Symposio, docens utramque artem specie quidem differre, reapse immutabili quadam necessitate coniunctam esse, ita ut qui bonus sit tragicus, idem etiam possit comoedias scribere: dicit enim p. 223 D: *Τὸ μέντοι κεφάλαιον ἔφη προσαναγκάζειν τὸν Σωκράτη ὁμολογεῖν αὐτοὺς* (Aristophanem et Agathonem) *τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς εἶναι κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπίστασθαι ποιεῖν, καὶ τὸν τέχνῃ τραγῳδοποιὸν ὄντα καὶ κωμῳδοποιὸν εἶναι.* Fuit autem hic Callias adversarius Cratini, id quod indicat Scholiasta Aristophan. Eqq. v. 526:

Ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς προθελύμνους.

ubi haec adscripsit: *Κατέβαλλε τοὺς ἀνταγωνιζομένους πρὸς αὐτὸν ὑψηλοὺς ὄντας· τοὺς ἐχθροὺς δὲ τοὺς περὶ τὸν Καλλίαν αἰνίττεται.* quamquam minus recte haec ad aemulos Cratini poetas refert (nam Aristophanes viros dicit populares, quibus aeternum quasi bellum indixisse videbatur Cratinus,) commode tamen memoriae prodidit, Calliam fuisse unum ex aemulis huius poetae: et confirmant hoc ipsae carminum reliquiae: Hephaestio enim, ubi de metro Cratineo agit p. 96, exempli loco tres versus servavit, qui quidem ex unius eiusdemque comoediae parabasi videntur petiti esse:

Εὔιε κισσοχαῖτ' ἄναξ, χαῖρ', ἔφασκ' Ἐκφαντίδης.
Πάντα φορητὰ πάντα τολμητὰ τῷδε τῷ χορῷ.
Πλὴν Ξενίου νόμοισι καὶ Σχοινίωνος, ὦ Χάρων.

Conqueritur enim Cratinus de artis comicae depravatione, et primo quidem versu tangit Ecphantidem, quocum iuvenis inimicitias exercuerat, quoniam ille antiquum morem secutus nihil nisi iocularia quaedam et ludicra conquirebat, quae populo propinaret; Cratinus vero novo prorsus modo comoediam in sublime extulit fastigium, unde omnes et humanas et divinas res contemplaretur et sub iudicium vocaret. Itaque utitur ipsius Ecphantidis verbis *Εὔιε κισσόχαιτ' ἄναξ χαῖρε,* non tam ut in his aliquid reprehendat, quid enim iure vituperare potuisset, sed ut humilem istam et antiquam comoediam significet: videntur enim haec verba ab Ecphantide in exordio alicuius cantilenae in Bacchi honorem posita esse, quae tunc vulgi ore terebatur. Ceterum Naekius de Choerilo p. 53 ingeniose suspicatur haec ex Dionyso fabula petita esse, usus Suidae testimonio: *Εὔιε, Διονύσῳ· ὕμνος ἐνθουσιαστικός.* sed hoc fateor incertum admodum et ambiguum. Possit fortasse aliquis opinari haec ad hyporchema aliquod, quod cyclius chorus cecinerit, referenda esse, nam Ecphantidem etiam talia carmina composuisse colligere mihi videor ex Aristotele Polit. VIII. 6: *Καὶ γὰρ ἐν Λακεδαίμονί τις χορηγὸς αὐτὸς ηὔλησε τῷ χορῷ, καὶ περὶ Ἀθήνας οὕτως ἐπεχωρίασεν, ὥστε σχεδὸν οἱ πολλοὶ τῶν ἐλευθερίων μετεῖχον αὐτῆς· δῆλον δὲ ἐκ τοῦ πίνακος, ὃν ἀνέθηκε Θράσιππος Ἐκφαντίδῃ χορηγήσας:* hic enim de comoedia aliqua agi minus probabile: atque similiter Pratinas in hyporchemate Bacchum compellavit ap. Athen. XIII. p. 617 F:

Κισσόχαιτ' ἄναξ, ἄκουε τὰν ἐμὰν Δώριον φορμίαν.

Sed nihil necesse, ut haec ad Ecphantidis comoedias pertinere negemus: priscae enim comoediae haec fuit ratio, ut cantilena in dei honorem caneretur a choro, adiicerenturque iocularia quaedam ac ludicra dicta, qualia servi solent crepare. Altero autem versu Cratinus chorum facit conqueri, quod necessitate coactus sit, omnes fabulas, vel pessimas, agere:

Πάντα φορητά, πάντα τολμητὰ τῷδε τῷ χορῷ.

Tertio denique versu poeta invehitur, opinor, in depravationem artis musicae, quae comoediás quoque iam occupaverit, ita ut carmina a prisca severitate et simplicitate plurimum abhorreant, atque prorsus mollia et delicata sint. Duos autem ex aequalibus poetis propter numerorum depravationem perstringit, obscuratis tamen nominibus, Xenium (sive Xeniam) et Schoenionem. Neque enim recte interpretantur *Σχοινίωνα* tibiarum quendam modum: fuit sane modus carminis, qui ita appellabatur, quem ab antiquissimis artis musicae auctoribus originem ducere existimabant, vid. Plut. de music. c. 3: *Καὶ γὰρ τὸν Τέρπανδρον ἔφη κιθαρῳδικῶν ποιητὴν ὄντα νόμων, κατὰ νόμον ἕκαστον τοῖς ἔπεσι τοῖς ἑαυτοῦ καὶ τοῖς Ὁμήρου μέλη περιτιθέντα, ᾄδειν ἐν τοῖς ἀγῶσιν· ἀποφῆναι δὲ τοῦτον λέγει ὀνόματα πρῶτον τοῖς κιθαρῳδικοῖς νόμοις· ὁμοίως δὲ Τερπάνδρῳ Κλονᾶν, τὸν πρῶτον συστησάμενον τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσόδια, ἐλεγείων τε καὶ ἐπῶν ποιητὴν γεγονέναι· καὶ Πολύμνηστον τὸν Κολοφώνιον, τὸν μετὰ τοῦτον γενόμενον, τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι ποιήμασιν. Οἱ δὲ νόμοι οἱ κατὰ τούτους, ἀγαθὲ Ὀνησίκρατες, αὐλῳδικοὶ ἦσαν, Ἀπόθετος, Ἔλεγοι, Κωμάρχιος, Σχοινίων, Κηπίων τε καὶ Δεῖος καὶ Τριμελής· ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ καὶ τὰ Πολυμνάστια καλούμενα ἐξευρέθη.* et infra dilucide Plutarchus c. 5 prodit Clonam hunc modum invenisse: *Περὶ δὲ Κλονᾶ, ὅτι τὸν Ἀπόθετον νόμον καὶ Σχοινίωνα πεποιηκὼς εἴη, μνημονεύουσιν οἱ ἀναγεγραφότες.* Cf. praeterea Pollux IV. 65 et 79. At hic manifesto poetarum quorundam nomina intelligenda sunt; et *Σχοινίων* quidem vocatur Callias, evolvas Suid. T. II. p. 230: *Καλλίας, Ἀθηναῖος, κωμικός, υἱὸς Λυσιμάχου· ὃς ἐπεκλήθη Σχοινίων διὰ τὸ σχοινοπλόκον εἶναι πατρός.* Athenienses enim, ut erant lepidi nec insulsi homines, ita solebant, si quid vitiosum aut ridiculum in alio animadvertissent, continuo illi cognomen indere, quo illud quidquid esset, non inficete notarent. Exagitat hoc popularium suorum studium Anaxandrides in Ulixe ap. Athen. VI. p. 242 E:

Ὑμεῖς γὰρ ἀλλήλους ἀεὶ χλευάζετ', οἶδ' ἀκριβῶς.
Ἂν μὲν γὰρ ᾖ τις εὐπρεπής, ἱερὸν γάμον καλεῖτε·
Ἐὰν δὲ μικρὸν παντελῶς ἀνθρώπιον, σταλαγμόν.
Λαμπρός τις ἐξελήλυθ', εὐθὺς ὄλολυς οὗτός ἐστιν·
Λιπαρὸς περιπατεῖ Δημοκλῆς, ζωμὸς κατωνόμασται·
Χαίρει τις αὐχμῶν ἢ ῥυπῶν, κονιορτὸς ἀναπέφηνεν·
Ὄπισθεν ἀκολουθεῖ κόλαξ τῳ, λέμβος ἐπικέκληται.

aetatem referenda sit, quoniam auctor tragoediae ionicis litteris usus sit. Et hoc quidem constat, harum litterarum usum Euclide demum praetore, h. e. Olymp. XCIV. 2, legem ferente Archino, publica auctoritate confirmatum esse: itaque etiam in iis titulis, qui ante Euclidis annum scripti sunt, nulla vestigia ionicarum litterarum reperiuntur; at antequam tale quid publico usu recipitur, vulgari consuetudine dudum fuerit tritum necesse est, itaque etiam ionicae litterae, quarum auctor fuerat Simonides, Athenis multo ante Euclidis annum usurpatae sunt. Existimo autem Calliam hac ipsa tragoedia usum harum litterarum popularibus commendasse atque effecisse etiam, ut tragici poetae ipsius exemplum studiose aemularentur. Euripides certe his litteris usus est, id quod ipse prodit in Theseo, ubi figuram litterae *H* accurate describit, vid. Athenaeus X. p. 454 B: *Εὐριπίδης δὲ τὴν ἐν τῷ Θησεῖ ἐγγράμματον ἔοικε ποιῆσαι ῥῆσιν· βοτὴρ δ' ἐστὶν ἀγράμματος αὐτόθι δηλῶν τοὔνομα τοῦ Θησέως ἐπιγεγραμμένον οὕτως:*

Ἐγὼ πέφυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἴδρις,
Μορφὰς δὲ λέξω καὶ σαφῆ τεκμήρια·
Κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος.
Οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές·
Τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο,
Ταύτας διείργει δ' ἐν μέσαις ἄλλη μία.
Τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος.
Τὸ δ' αὖ τέταρτον ἣν μὲν εἰς ὀρθὸν μία,
Λοξαὶ δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι
Εἰσίν· τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι·
Γραμμαὶ γάρ εἰσιν ἐκ διεστώτων δύο,
Αὗται δὲ συντρέχουσιν εἰς μίαν βάσιν.

Iam cum ex his probabiliter conficias Euripidem secutum esse Calliae exemplum, ne ea quidem, quae Athenaeus tradidit, in dubitationem sunt vocanda, quamquam sane nimis exaggerata sunt. Protagoras enim primus grammaticis studiis operam dedit, de natura litterarum, de genere et significatione vocabulorum, denique de numero modisque quaesivit: itaque eius grammatica doctrina maxime tribus partibus constabat, quas Aristophanes in Nubibus v. 637 recenset, ubi Socrates fingitur ex Strepsiade ista quaerere:

Ἄγε δή, τί βούλει πρῶτα νυνὶ μανθάνειν,
Ὧν οὐκ ἐδιδάχθης πώποτ' οὐδέν; εἰπέ μοι
Πότερα περὶ μέτρων ἢ περὶ ἐπῶν, ἢ ῥυθμῶν;

Nam Aristophanes in Socratis personam omnia transtulit, quae tunc sophistarum principibus propria erant: Protagoras autem principio imbuebat iuvenes his disciplinis, itaque ad percipiendas graviores doctrinas animos eorum praeparabat. Callias autem hanc Protagorae doctrinam potissimum tragicae poesi accommodavit, praeceptaque de ratione, vi et natura litterarum, syllabarum, metrorum et modorum dedit satis docta et recondita, ita tamen ut ipsas litteras colloquentes faceret et ad dramatis speciem omnia confor-

maret, unde γραμματικὴν τραγῳδίαν appellavit, quam Athenaeus operis propositum respiciens alio loco γραμματικὴν θεωρίαν vocat. Sed quo maiorem dignitatem haberet nova haec res et a poesis natura quam maxime abhorrens, multis verborum ambagibus ornamentisque usus etiam ea quae erant levissima admodum exaggeravit. Neque vanum fuit aut irritum Calliae exemplum. Athenienses enim qua erant animi alacritate atque, ut recte dicam, levitate, quidquid novitatis specie commendabatur, id maxime admirabantur, id studiose sequebantur, id praeferebant ceteris omnibus. Itaque non mirum, quod tradit Athenaeus, Euripidem ad Calliae illius praecepta Medeam composuisse, imprimisque numeros conformasse, item Sophoclem in Oedipo rege ad eandem normam multa in numerorum ratione novavisse: nam quod Athenaeus dicit Euripidem τὴν διάθεσιν inde hausisse, illud de verborum compositione orationisque conformatione explicandum puto: vid. Harpocratio p. 57, 15: Διάθεσις — καὶ ἀντὶ τοῦ διοίκησις — Φρύνιχος Τραγῳδοῖς· Τῇ διαθέσει τῶν ἐπῶν φησί· καὶ τὸ ῥῆμα διαθέσθαι λέγουσιν ἐπὶ τοῦ διοικῆσαι. Sed accuratius quaerere, quatenus Sophocles et Euripides in istis fabulis Calliae praecepta secuti fuerint, non est huius instituti; adiungam vero duo alia exempla ex monumentis tragoediae Atticae petita, in quibus manifesta vestigia illius consuetudinis animadvertimus, qua vel levissimas res abiectasque multis et obscuris verborum ambagibus involvebant, ut sermonis illa insolentia dignitatem quandam rebus conciliaret. Huc pertinet primum quod de Sophocle tradit Athenaeus X. p. 454 F: Καὶ Σοφοκλῆς δὲ τούτῳ παραπλήσιον ἐποίησεν ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ τὰ γράμματα παράγων ὀρχούμενον. Porro eodem studio ductus Euripides in Theseo pastorem litterarum ignarum Thesei nomen per litterarum figuras describentem induxit, unde quale hoc genus orationis fuerit optime cognoscimus: Euripides enim ut litterarum illam doctrinam a Callia ascivit, ita etiam videtur genus dicendi ab eodem petivisse. Sed illum locum supra exhibui. Videntur autem Euripides et Sophocles indicare voluisse his exemplis, quam facile iam Calliae doctrina proposita vel homines litterarum ignari legendi periculum facere possint. Iam commode accidit ut certe aliquo modo liceat definire, quo tempore hae fabulae Athenis fuerint commissae: nam Aristophanes in Vespis v. 1501 Sophoclis Amphiaraum et ibid. v. 312 Euripidis Theseum attigit, Vespae autem sunt doctae Olymp. LXXXIX. 2, ita ut illae tragoediae Olymp. LXXXVII vel LXXXVIII doctae esse videantur, h. e. ea aetate, qua Medea et Oedipus rex: praeterea vero Euripides etiam in aliis fabulis, quos eo tempore scripsit, ad Protagorae Calliaeque regulas se videtur composuisse, ut in Antiopa, de qua tragoedia dicetur infra: ad eandem autem aetatem etiam Cratini Cleobulinas referendas esse arbitror.

Iam si vel principes poetae ad Calliae institutum se conformabant, quanto veri similius est inferiores tragicos hoc dictionis conformationisque genere in fabulis abusos esse, videturque

Cratinus hoc ipsum in Acestore reprehendere. Viguisse autem etiam postea hanc consuetudinem, documento est Agatho poeta subtilissimus in Telepho apud Athen. X. p. 454 D et Theodectes ibidem, secuti illi quidem Euripidis exemplum in Thesei nomine describendo, aemulati vero alter alterum: in primo quidem versu Agathonis scribendum est:

Γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν μεσόφθαλμος κύκλος.

vulgo *μεσόμφαλος*, et eodem modo apud Theodectem, pro vulg. *μαλακόφθαλμος*. Et Theodectes etiam aenigmata inseruit tragoediis, uti illud, quod ex Oedipo affert Athenaeus X. p. 451 F. de nocte et die:

Εἰσὶ κασίγνηται διτταί, ὧν ἡ μία τίκτει
Τὴν ἑτέραν, αὐτὴ δὲ τεκοῦσ' ὑπὸ τῆσδε τεκνοῦται.

quod quidem Cleobulinae illis aenigmatis simillimum est. Et ex tragoedia petitum videtur etiam illud Theodectis, quod Athenaeus ibidem affert, de umbra:

Τίς φύσις οὔθ' ὅσα γαῖα φέρει τροφὸς οὔθ' ὅσα πόντος,
Οὔτε βροτοῖσιν ἔχει γυίων αὔξησιν ὁμοίαν.
Ἀλλ' ἐν μὲν γενέσει πρωτοσπόρῳ ἐστὶ μεγίστη,
Ἐν δε μέσαις ἀκμαῖς μικρά, γήρᾳ δὲ πρὸς αὐτῷ
Μορφῇ καὶ μεγέθει μείζων πάλιν ἐστὶν ἁπάντων.

Sed ex aequalibus poetis Calliae maxime Achaeus Eretriensis ad sophistarum modum orationem istis orationis luminibus exornavit vel ut recte dicam obscuravit, quandoquidem etiam in oratione, ubi omnia sunt collustrata, ut nulla sit usquam umbra, legentium animi taedio obruuntur ingeniique acies quasi obtunditur. Neque ignoravit hoc Athenaeus qui X. p. 451 C. dicit: *Ἀχαιὸς δ' ὁ Ἐρετριεύς, γλαφυρὸς ὢν ποιητὴς περὶ τὴν σύνθεσιν, ἔσθ' ὅτι καὶ μελαίνει τὴν φράσιν καὶ πολλὰ αἰνιγματωδῶς ἐκφέρει, ὥσπερ ἐν Ἴριδι σατυρικῇ· λέγει γάρ·*

Λιθάργυρος δ'
Ὄλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος πλέα,
Τὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν ἐν διπλῷ ξύλῳ
Κύρβιν. —

Ita haec corrigo, vulgo *πλεκτὸν Σπαρτιάτην γρ. κύρβιν ἐν δ. ξ.* Achaeus ut Sophocles ex Calliae praecepto elisionem in fine trimetri admisit. Item ex hoc fonte repetendum est, quod Achaeus in Omphalo nomen Bacchi in poculo descripsit, vid. Athenaeus XI. p. 466 F:

Ὁ δὲ σκύφος με τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι
Τὸ γράμμα φαίνων, δέλτ', ἰῶτα καὶ τρίτον
Ὦ νῦ τό τ' ὖ πάρεστιν, οὗ κἀπουσίαν
Ἐκ τοὐπέκεινα σὰν τό τ' οὖ κηρύσσετον.

Et reperiuntur in Achaei fabularum reliquiis praeterea multa alia, quae quam studiose sophistarum de arte dicendi praecepta secutus sit, manifesto prodant. Idem etiam in Ionem cadit, ex cuius Phoenice Athenaeus hoc exempli loco proponit X. p. 451 D:

Δρυὸς μὲν ἱδρὼς
Καὶ θαμνομήκης ῥάβδος ἢ τ' Αἰγυπτίη
Βόσκει λίνουλκος χλαῖνα θήραγρος πέδη.

cui exemplo alia non minus insolenter dicta ex fragmentis addi possunt. Sed omnium maxime magnificum hoc dicendi genus sectatus est Chaeremon, quod omnes fere tragoediarum reliquiae arguunt; subiiciam unum ex Centauro ap. Athen. XIII, p. 608 E:

Ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν
Ἀνθέων ἀλόγχων ἐστράτευσαν, ἡδοναῖς
Θηρωμένων πάμμικτα λειμώνων τέκνα.

Itaque contra hanc corruptelam tragicae artis a Callia profectam Cratinus Cleobulinas docuisse videtur, ut luculento exemplo doceret, quantopere artificiosa illa compositio, ludicra illa et nebulosa oratio, obscuris verborum ambagibus unamquamque rem ad aenigmatis modum involvens ab artis dignitate, ab aeterna illa specie, quae animo Aeschyli et priorum tragicorum semper fuerat obversata, esset aliena.

Iam in reliquiis fabulae nonnulla documenta reperiuntur, quae nostram de argumento coniecturam confirment. Ex Cleobulinae aenigmate sine dubio ille versus est petitus, quem Hephaestio p. 17 affert: *Πρὸς γὰρ τῷ μυρίαν εἶναι τὴν χρῆσιν παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐδείξαμεν ἔτι καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Κρατίνῳ πολλάκις οὖσαν, ὡς ἐν Κλεοβουλίναις·*

Ἔστιν ἄκμων καὶ σφῦρα νεανίᾳ εὔτριχι πώλῳ.

Sed quae sententia huius aenigmatis sit quaerere differo: ad eundem locum, ubi Cleobulina obscuris verborum ambagibus utebatur, videtur etiam illud pertinere, quod Photius p. 645, 8 affert: *Φέροικος· ἐν Κλεοβουλίναις· ζῷον ὅμοιον γαλῇ, λευκόν. φωλεῦον ἐν ταῖς ῥίζαις τῶν δρυῶν, βαλανηφάγον, οὕτω καλούμενον.* Ambigebant autem grammatici, quod bestiarum genus intelligendum esset, hinc Photius supra p. 644, 16: *Φερέοικος· ὁ κοχλίας· ἔνιοι ζῷον λευκόν, ὅμοιον γαλῇ, ὑπὸ δρυσὶ καὶ ἐλαίαις γιγνόμενον, οἱ δὲ ζῷον σφηκὸς εὐμεγέθους μέγιστον* (l. *μεῖζον*). Hesychius eadem fere exhibet. Credo Cratinum obscuro verborum amfractu significavisse cochleam, quae propter tortuosae formae insolentiam Graecis, sicuti pueris etiam nunc apud nos, multam aenigmatum opportunitatem suppeditavit. Prorsus eodem nomine Hesiodus in Operibus v. 569 cochleam appellavit:

Ἀλλ' ὁπόταν φερέοικος ἀπὸ χθονὸς ἂν φυτὰ βαίνῃ,
Πληϊάδας φεύγων τότε δὴ σκάφον οὐκέτι οἰνέων.

quae Athenaeus respicit II. p. 63 A: *Ἡσίοδος δὲ τὸν κοχλίαν φερέοικον καλεῖ.* idem ibid. aenigma, quod vulgo in conviviis proponi solebat, servavit: *Προβάλλεται δὲ κἀν τοῖς συμποσίοις γρίφου τάξιν ἔχον περὶ τῶν κοχλιῶν οὕτως·*

Ὑλογενής, ἀνάκανθος, ἀναίματος, ὑγροκέλευθος.

Aliud aenigma eiusdem modi servavit X. p. 455 E: *Καὶ ἐπὶ τοῦ κοχλίου· φέρεται δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς Τεύκρου Ὁρισμοῖς·*

Ζῷον ἄπουν, ἀνάκανθον, ἀνόστεον, ὀστρακόνωτον·
Ὄμματά τ' ἐκκύπτοντα προμήκεα κεἰσκύπτοντα.

Adde Ciceronem Divinat. II, 64: „Ut si quis medicus aegroto imperet, ut sumat:

Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam.

potius quam hominum more cochleam dicere. Ea quae sequuntur apud Ciceronem, confirmant quod dixi de tortuoso illo genere dicendi, quod tragici poetae tunc usurpaverunt: ex Pacuvii enim Antiopa haec profert Cicero: „Nam Pacuvianus Amphion:

Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera,
Capite brevi, cervice anguina, adspectu truci,
Eviscerata, inanima, cum animali sono,

cum dixisset obscurius, tum Attici respondent:

Non intelligimus, nisi si aperte dixeris.

At ille uno verbo, Testudo. Non potueras igitur hoc a principio, citharista, dicere?" Pacuvium autem secutum esse Euripidis cognominem fabulam testes satis locupletes evincunt, ita ipse Cicero de Finibus I, 2: Quis tam inimicus paene nomini Romano est, qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii spernat aut reiiciat, qui se iisdem Euripidis fabulis delectari dicat." et ibid. supra Cicero tradit hanc fabulam accuratissime conversam esse: „In quibus hoc primum est, in quo admirer, cur in gravissimis rebus non delectet eos patrius sermo, cum iidem fabellas Latinas ad verbum de Graecis expressas non inviti legant." iam ipsas has tragoedias nominatim appellat. Itaque ut apud Euripidem, sic etiam apud Ennium fratres graviter de musica, de sapientia, de virtute disputaverant, Cicero ad Herennium II. c. 27: „Aut tota causa mutata in aliam causam derivetur: uti apud Pacuvium Zethus cum Amphione, quorum controversia cum de musica inducta sit, disputatio in sapientiae rationem et virtutis utilitatem consumatur." de Invent. I. c. 50: „Aut si non id, quod accusabitur, defendet, ut si quis, cum ambitus accusabitur, manu se fortem esse defendet: ut Amphion apud Euripidem, item apud Pacuvium, qui vituperata musica sapientiam laudat." Quo pertinet illud quod est apud eundem de Orat. I. c. 37: Miror, cur philosophiae sicut Zethus ille Pacuvianus prope bellum indixeris." et de Republ. I. 18: „Atque idem, multum enim illum audiebam et libenter, Zethum illum Pacuvii nimis inimicum doctrinae esse dicebat." Pacuvianum illum versiculum, quem Cicero potissimum intelligit, servavit, opinor, Gellius XIII. 8: Item versus est in eandem fere sententiam Pacuvii, quem Macedo philosophus vir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium templorum:

Odi ego homines ignava opera et philosopha sententia.

In andem sententiam etiam apud Euripidem Zethus disserit vide Fr. XXIII:

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις εὖ βίον κεκτημένος
Τὰ μὲν κατ' οἴκους ἀμελίᾳ παρεὶς ἐᾷ,

Μολπαῖσι δ' ἡσθεὶς τοῦτ' ἀεὶ θηρεύεται,
Ἀργὸς μὲν οἴκοις καὶ πόλει γενήσεται,
Φίλοισι δ' οὐδείς· ἡ φύσις γὰρ οἴχεται,
Ὅταν γλυκείας ἡδονῆς ἥσσων τις ᾖ.

Adde Dionem Chrysost. Or. LXXIII. p. 635. Itaque cum Pacuvius haec accurate ex Euripide expresserit, etiam in illo aenigmate, quod proposuit, Graecum poetam secutus videtur, ita ut Euripidis Antiopam ad eandem aetatem referendam censeam, qua ista tragicae artis corruptela invasit: itaque Cratinus in isto Cleobulinarum versu videtur potissimum ipsam hanc Euripidis fabulam maximeque aenigma ab Amphione propositum spectavisse: quamquam accuratius vix investigare possumus annum, quo Antiopa edita sit, nisi quod Aristophanes in Thesmophoriazusis alteris irrisit hanc fabulam, vid. Etym. M. p. 92, 72. Ceterum ad illum Pacuvii locum referendi sunt praeterea duo versus quamvis corrupti, quos Nonius in v. septuose ex Livii Antiopa affert:

Ita septuose dictio abs te datur,
Quod consecutum sapiens aegre contulit,

ubi in Livii locum substituendum *Pacuvii* nomen.

Eandem vero labem, quae tragicam artem infecit, comicus videtur etiam Acestoris exemplo demonstravisse, quo pertinent duo versiculi, quos interpres Aristophanis Avv. v. 31 affert: *Οὗτός ἐστιν Ἀκέστωρ, τραγῳδίας ποιητής· ἐκαλεῖτο δὲ Σάκας διὰ τὸ ξένος εἶναι· Σάκες γὰρ Θρᾷκές εἰσιν· Θεόπομπος δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Σάκα προσηγόρευσεν Τισαμενῷ· ὁ δ' αὐτὸς καὶ Μυσὸν ἐκάλεσεν· εἰς δὲ τὴν ποίησιν αὐτὸν κεχλευάκασιν· Καλλίας μὲν ἐν Πεδήταις· Καὶ Σάκον οἱ χοροὶ μισοῦσιν. Κρατῖνος ἐν Κλεοβούλοις· Ἀκέστορα γὰρ ὅμως εἰκὸς λαβεῖν πληγάς, ἐὰν μὴ συστρέψῃ τὰ πράγματα.* Qui quidem versus ita corrigendi videntur:

Ἀκέστορ' ἐστὶ τἄρ' ὅμως εἰκὸς λαβεῖν
Πληγάς, ἐὰν μὴ συστρέφῃ τὰ πράγματα.

Priorem versum Bentleius sic redintegrat:

Ἀκέστορα γὰρ ὅμως Σάκαν εἰκὸς λαβεῖν.

Sane Acestori, ignobili poetae tragico, peregrinam originem et acerbissime et saepissime exprobrant comici eumque Sacam appellant, a barbara gente, quae Scythiam incolebat, Photius p. 496, 17: *Σάκαι· ἔθνος Σκυθικόν. Σάκας· ἐπεκαλεῖτο ὁ τραγῳδοποιὸς Ἀκέστωρ ὡς ξένος καὶ βάρβαρος· οἱ γὰρ Σάκαι Σκυθικὸν γένος.* cf. ipse Cratinus in Seriphiis apud Stephanum Byzant. v. *δούλων πόλις·*

Εἴς τε Σάκας ἀφικνεῖ καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς
Εἴς τε πόλιν δούλων, ἀνδρῶν νεοπλουτοπονήρων,

ubi comicus perstringit homines barbara gente oriundos servilique genere natos, qui atticam civitatem sibi vindicaverant. Hoc igitur nomine Aristophanes exagitat Acestorem et in Avibus v. 30:

Ἡμεῖς γάρ, ὦνδρες οἱ παρόντες ἐν λόγῳ,
Νόσον νοσοῦμεν τὴν ἐναντίαν Σάκᾳ·
Ὁ μὲν γὰρ ὢν οὐκ ἀστὸς εἰσβιάζεται,

Ἡμεῖς δὲ φυλῇ καὶ γένει τιμώμενοι,
Ἀστοὶ μετ' ἀστῶν, οὐ σοβοῦντος οὐδενὸς
Ἀνεπτόμεσθ' ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν ποδοῖν.

et in Vespis v. 1220 non inscite peregrinam originem ei probro vertit:

Αὐλητρὶς ἐνεφύσησεν· οἱ δὲ συμπόται
Εἰσὶν Θέωρος, Αἰσχίνης, Φανός, Κλέων,
Ξένος τις ἕτερος πρὸς κεφαλῆς Ἀκέστορος.

ubi interpres Theopompi locum, quem respexit etiam interpres Avium affert: *Ἐπεὶ καὶ αὐτὸν τὸν Ἀκέστορα ξένον κωμῳδοῦσι τὸν τραγικόν, ὃς ἐκαλεῖτο Σάκος* (corrig. *Σάκας*, et in Calliae versiculo, quem supra exhibui, *καὶ Σάκαν, ὃν οἱ χοροὶ Μισοῦσιν* scribendum est pro *καὶ Σάκον οἱ χ.*). *Θεόπομπος Τισαμενῷ οὐ κοινῶς ξένον, ἀλλὰ Μυσόν·*

Τὸν δὲ Μύσιον
Ἀκέστορ' ἀναπέπεικεν ἀκολουθεῖν ἅμα.

(vulgo et hic et supra *Ἀκέστερον*, quod corruptum videtur ex altera forma: *Ἀκέστερα.* Pausanias X. 16, 6: *Ἐποίησε δὲ Ἀμφίων Ἀκέστερος Κνώσσιος.* sed cod. Ven. utroque loco *Ἀκέστορα*) *καὶ Μεταγένης Φιλοθύτῃ ὁμοίως·*

Ὦ πολῖται δεινὰ πάσχω. τίς πολίτης δ' ἐστὶ νῦν
Πλὴν ἄρ' εἰ Σάκας ὁ Μυσὸς καὶ τὸ Καλλίου νόθον.

Ita enim hi Metagenis versus videntur corrigendi esse, vulgo: *τίς πολίτης δ' ἐστὶ πλὴν Ἀρισάκα ὁ Μυσός. πλὴν εἰ ἄρα* est *nisi forte*, id quod alias *εἰ μὴ ἄρα* dici solet. Et obscurum genus Eupolis quoque in Adulatoribus, ubi Acestoris abiectos humilesque mores describit, indicat, cum illum *στιγματίαν* appellat, vid. Athen. VI. p. 237 A:

Οἶδα δ' Ἀκέστορ' αὐτὸ τὸν στιγματίαν παθόντα·
Σκῶμμα γὰρ εἴπ' ἀσελγές, εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς θύραζε
Ἐξαγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ.

Sed ut comici poetae Acestori peregrinam originem exprobrare soliti fuerint, non tamen necesse est eum ubique Sacam appellari, neque conficitur hoc ex verbis scholiastae: scripsi igitur: *Ἀκέστορ' ἐστὶ τἄρ' ὅμως κτλ.* sed nihil certi proponi potest. Altero autem versu recte Bentleius et Meinekius Quaest. Scen. I. p. 54 *συστρέφῃ* scripserunt. Videtur autem Cratinus his ipsis verbis tortuosam et obscuram poesin, qua et alii tragici et Acestor tunc maxime delectabatur, reprehendere. Sed nolo diutius his quaestiunculis sane obscuris de argumento huius fabulae immorari: verendum enim est ne ipse, dum tenebras illas rei offusas dispellere studeam, in errores incidam.

Accedo ad aliam comoediam, quae inscripta fuit *Μαλθακοί.* Periclis aetate maximeque sub oriens belli Peloponnesii incendium magna Athenis morum mutatio atque corruptela facta est: maiorum enim disciplina neglecta, pristinaeque virtutis immemores Athenienses non iam labores, pericula, res adversas aequo animo tolera-

bant, sed otium, divitias, voluptates, summo studio expetebant: quae quidem mollities non magis corpora quam animos enervavit, omnemque virtutem et honestatem funditus sustulit. Crescebat autem in dies aucta voluptatum libidinumque materia. Origo huius depravationis potissimum ex nimia navigandi mercandique cupiditate, quae tanquam pestilentia aliqua invaserat Athenienses, repetenda est. Nam cum multae merces ex peregrinis terris importarentur, invitamenta quoque plurima ad luxuriam libidinumque lenocinia advehebantur: ita ut Athenienses iam desidiosam sumptuosamque vitam mallent agere, quam agros colere aut aliud utile opus profiteri. Accedit illud, quod peregrini etiam mores atque disciplinae a civibus sunt receptae, ita ut maiorum instituta prorsus negligerentur. Adde etiam illud, quod cum Athenae sedes quasi esse atque domus omnis humanitatis crederentur, cumque maximas praeberent commoditates voluptatesque, multi peregrini in urbe versabantur, qui divitiis opibusque abundantes civium cultum victumque magis etiam depravabant. Cratinus igitur, antiquae disciplinae et patriorum institutorum acerrimus vindex, causas huius morum commutationis corruptelaeque videtur in hac fabula indicavisse. Itaque chorum in scenam induxit hominum effeminatorum, ut hac imagine quam vana quamque perniciosa esset ista mollities et luxuria spectantes edoceret. Insignem particulam ex oratione chori servavit Athenaeus XV. p. 685 B:

Παντοίοις γε μὴν κεφαλὴν ἀνθέμοις ἐρέπτομαι,
Λειρίοις, ῥόδοις, κρίνεσιν, κοσμοσανδάλοις, ἴοις,
Καὶ σισυμβρίοις, ἀνεμωνῶν κάλιξί τ' ἠριναῖς,
Ἑρπύλλῳ, κρόκοις, ὑακίνθοισιν, ἑλιχρύσου κλάδον,
Οἰνάνθῃσιν, ἡμεροκαλλεῖ τε τῷ φιλουμένῳ,
Ἀνθρύσκου φόβῃ,
Τῷ τ' ἀειφρούρῳ μελιλώτῳ κάρα πυκάζομαι·
Καί μοι κύτισος αὐτόματος παρὰ Μέδοντος ἔρχεται.

Sunt hi versus ex ipsa parabasi petiti: coryphaeus hominum effeminatorum, caput variis floribus redimitus, ad spectatores conversus haec loquitur. Comicus enim poeta exagitare voluit insanam luxuriam et mollitiem Atheniensium, qui maximos sumtus illo tempore facere solebant in flores atque corollas, ita ut in hac quoque re, ut in multis aliis, ad Parisiensium mores proxime accesserint. Eo ipso nomine etiam Pherecrates in Persis facete suos populares exagitat:

Ὦ μαλάχας μὲν ἐξερῶν, ἀναπνέων δ' ὑάκινθον,
Καὶ μελιλώτινον λαλῶν καὶ ῥόδα προσεσηρώς·
*Ὦ φιλῶν μὲν ἀμάρακον, προσκινῶν δὲ σέλινα,**)

---

*) *Προσκινῶν δὲ σέλινα* ita explicant, ut obscena quaedam subsit significatio, sed si Pherecrates tale quid indicare voluisset, non *προσκινῶν*, sed *κινῶν* dixisset. Neque congruit haec obscenitas cum reliqua oratione:

Γελῶν δ' ἱπποσέλινα καὶ κοσμοσάνδαλα βαίνων,
Ἔγχει κἄπιβόα τρίτον παιῶν', ὡς νόμος ἐστίν.

nam hic quoque Pherecrates tangit insanam illam variorum florum cupiditatem, quae Atheniensium animos occupaverat: quamquam autem orationis conformatio multum discrepat ab his Cratini versibus, de quibus dixit: (magna enim intercedit similitudo inter haec Pherecratea atque ista Eupolidea in Adulatoribus apud Athenaeum XIV. p. 646 F:

Ὃς Χαρίτων μὲν ὄζει,
Καλλαβίδας δὲ βαίνει,
Σησαμίδας δὲ χέζει,
Μῆλα δὲ χρέμπτεται.)

tamen haec quoque ab Atheniensium consuetudine cultuque translata sunt fecitque hoc Pherecrates etiam aliis in fabulis, ut in ea quae *Μεταλλεῖς* inscribitur, ap. Athenaeum XV. p. 685 B:

Ὑπ' ἀναδενδράδων ἁπαλὰς ἀσπαλάθους πατοῦντες
Ἐν λειμῶνι λωτοφόρῳ, κύπειρόν τε δροσώδη,
Κἀνθρύσκου μαλακῶν τ' ἴων λείμακα καὶ τριφύλλου.

Et erat Athenis foris pars non ignobilis, ubi flores et corollae vendebantur: solebant autem in illo loco homines otiosi et delicatuli convenire et confabulari: tangit hanc consuetudinem Pherecrates in Bonis Hominibus ap. Athen. XV. p. 685 B:

Λουσάμενοι δὲ πρὸ λαμπρᾶς
Ἡμέρας ἐν τοῖς στεφανώμασιν, οἱ δ' ἐν τῷ μύρῳ
Λαλεῖτε περὶ σισυμβρίων κοσμοσανδάλων τε.

et Aristophanes in Eccles. v. 301:

Ὅσοι πρὸ τοῦ
Μὲν, ἡνίκ' ἔδει λαβεῖν
Ἐλθόντ' ὀβολὸν μόνον
Καθῆντο λαλοῦντες,
Ἐν τοῖς στεφανώμασιν.

Item forum, ubi unguenta venalia erant, iuvenes delicati frequentare solebant, vid. Aristoph. Eqq. v. 1372:

Τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω· τἀν τῷ μύρῳ,
Ἃ στωμυλεῖται τοιαδὶ καθήμενα.

Eodem spectant Pherecratis versus in Pervigilio apud Athen. XIII. p. 612 A:

---

quare mihi quidem scribendum videtur *προσκυνῶν δὲ σέλινα:* quod ne mireris; neque enim haec omnia ad Graecorum mores sunt exigenda, a quibus ista adorandi consuetudo prorsus abhorrebat, sed, ut vel ipse comoediae titulus docet, ad Persas referenda sunt; recte igitur potuit Pherecrates *προσκυνῶν σέλινα* dicere. In extremo versu *κἄπιβόα τρίτον παιῶνα* nequaquam est corrigendum, quod nonnullis est visum, sed etiam alibi apud comicos poetas haec forma reperitur, ut apud Antiphanem (Athen. XI. p. 503 E):

Ἔπειτα μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων
Τούτων περάνῃς, τὸν Τελαμῶνα, μηδὲ τὸν
Παιῶνα μηδ' Ἁρμόδιον.

Κἆτα μυροπωλεῖν τί μαθόντ' ἄνδρ' ἐχρῆν καθημένον
Ὑψηλῶς ὑπὸ σκιαδείῳ, κατεσκευασμένον
Συνέδριον, τοῖς μειρακίοις ἵν' ἐλάλει δι' ἡμέρας.

Theophrast. Char. XI: *Καὶ διηγεῖσθαι προστὰς πρὸς κουρεῖον ἢ μυροπώλιον, ὅτι μεθύσκεσθαι μέλλει.* Quin etiam probro dedit Demosthenes Aristogitoni, quod ita ab hominum consuetudine abhorreret, ita omnem humanitatem exuisset, ut ista loca non frequentaret, in Aristogit. I. T. V. p. 82 ed. Bekk.: *Ἀλλὰ πορεύεται διὰ τῆς ἀγορᾶς ὥσπερ ἔχις ἢ σκορπίος ἠρκὼς τὸ κέντρον ἄττων δεῦρο κἀκεῖσε, σκοπῶν τίνι συμφορὰν ἢ βλασφημίαν ἢ κακόν τι προστριψάμενος καὶ καταστήσας εἰς φόβον ἀργύριον εἰσπράξεται· οὐδὲ προσφοιτᾷ πρός τι τούτων ἐν τῇ πόλει κουρείων ἢ μυροπωλείων ἢ τῶν ἄλλων ἐργαστηρίων οὐδὲ πρὸς ἕν, ἀλλ' ἄσπειστος, ἀνίδρυτος, ἄμικτος, οὐ χάριν, οὐ φιλίαν, οὐκ ἄλλ' οὐδὲν ὧν ἄνθρωπος μέτριος γιγνώσκων.*

Omnino autem Atheniensium multitudo, quae versus meridiem in forum conveniebat, cum esset et confabulandi et spectandi cupidissima, solebat officinas, tabernas, tonstrinas, alia quae erant ad forum adire ibique vario sermone tempus laetissime fallere, vid. praeter ceteros Lysias de Invalido 19: *Ἔτι δὲ καὶ συλλέγεσθαί φησιν ἀνθρώπους ὡς ἐμὲ πονηροὺς καὶ πολλούς, οἳ τὰ μὲν ἑαυτῶν ἀνηλώκασι, τοῖς δὲ τὰ σφέτερα σώζειν βουλομένοις ἐπιβουλεύουσιν. Ὑμεῖς δὲ ἐνθυμήθητε πάντες, ὅτι ταῦτα λέγων οὐδὲν ἐμοῦ κατηγορεῖ μᾶλλον ἢ τῶν ἄλλων ὅσοι τέχνας ἔχουσιν, οὐδὲ τῶν ὡς ἐμὲ εἰσιόντων μᾶλλον, ἢ τῶν ὡς τοὺς ἄλλους δημιουργούς. Ἕκαστος γὰρ ὑμῶν εἴθισται προσφοιτᾶν, ὁ μὲν πρὸς μυροπωλεῖον, ὁ δὲ πρὸς κουρεῖον, ὁ δὲ πρὸς σκυτοτομεῖον, ὁ δ' ὅποι ἂν τύχῃ, καὶ πλεῖστοι μὲν ὡς τοὺς ἐγγυτάτω τῆς ἀγορᾶς κατεσκευασμένους, ἐλάχιστοι δὲ ὡς τοὺς πλεῖστον ἀπέχοντας αὐτῆς, ὥστ' εἴ τις ὑμῶν πονηρίαν καταγνώσεται τῶν ὡς ἐμὲ εἰσιόντων, δῆλον ὅτι καὶ τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις διατριβόντων, εἰ δὲ κἀκείνων, ἁπάντων Ἀθηναίων, ἅπαντες γὰρ εἴθισθε προσφοιτᾶν καὶ διατρίβειν ἁμοῦ γέ που.* Eandem luxuriam Eubulus, mediae comoediae poeta, certe quasi praeteriens tetigisse videtur in fabula, cui *Στεφανοπώλιδες* nomen est: virgines enim corollas sponsae vendentes induxit, quorsum pertinent illi versus apud Athenaeum XV. p. 679 E:

Στεφάνους ἴσως βούλεσθε· πότερ' ἑρπυλλίνους,
Ἢ μυρτίνους ἢ τῶν διεξηνθισμένων;
B. Τῶν μυρτίνων βουλόμεθα τούτων τῶν καλῶν,
Σὺ δὲ τἄλλα πώλει πάντα πλὴν τῶν μυρτίνων.

Sic enim haec restituenda arbitror, item alios versus ex eadem fabula apud Athenaeum ibid. ita corrigas:

Αἰγίδιον, σὺ δὲ τόνδε φορήσεις
Στέφανον πολυποίκιλον ἀνθέων,
Γρυπότατον, χαριέστατον, ὦ Ζεῦ.
Τί γάρ; αὐτὸν ἔχουσα φιλήσει.

Ceterum in hoc Cratini fragmento non recte Coraes in versu

primo *παντοίοις γ' ἐμὴν κεφαλὴν ἀνθέμοις ἐρ.* scribi voluit; prorsus enim conveniunt particulae *γε μήν* institutae sententiae, et adversatur quodam modo ipse Athenaeus, qui supra p. 681 B. dicit: *Κοσμοσανδάλων δὲ μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς διὰ τούτων·*

Κεφαλὴν ἀνθέμοις ἐρέπτομαι,

Λειρίοις, ῥόδοις, κρίνοισιν, κοσμοσανδάλοις.

qui vix prima verba omisisset, si pronomen, arctissime cum substantivo copulatum, praegressum esset. Sextum versum non integrum esse patet. Legebatur *ἀνθρυσκίσσου φοβήτω τ' ἀεὶ φρούρῳ κτλ.* sed ultima rectius repetuntur infra p. 685 F: *Καὶ μετὰ ταῦτα ἡμῖν εἰπέ, διὰ τί Κρατῖνος εἴρηκε· Τῷ τ' ἀειφρούρῳ μελιλώτῳ.* ubi itidem legebatur *ἀεὶ φρούρῳ·* recte vero Canterus adiectivum *ἀείφρουρος* restituit, vid. Hesychius: *Ἀείφρουρος· ἀεὶ διαμένων, ἀειθαλής· Σοφοκλῆς Τηλέφῳ.* et minus recte infra: *Αἴφρουρος· ἀειθαλής, Σοφοκλῆς.* Deinde Schweighaeuserus non male restituit reliqua: *ἀνθρύσκου φόβη·* at vero quod in codicibus legitur *ἀνθρυσκίσσου* subindicat aliud praeterea nomen floris latere, ut mihi quidem videtur, *ναρκίσσου.* Ego enim existimo non solum posteriorem partem huius versus excidisse, sed praeterea integrum alium: et hic quidem exordium cepisse videtur ab illo *ἀνθρύσκου,* ille vero ab eo vocabulo, quod indagavi, *ναρκίσσου·* librarii autem oculus propter similitudinem litterarum aberravit et temere haec partim conturbavit, alia prorsus praetermisit. Aliquid ad hunc locum redintegrandum confert Pollux VI. 106, ubi omnes propemodum flores a Cratino commemoratos eodem fere ordine recenset, ita ut satis sit probabile illum hac Cratini parabasi usum esse: sed enumerantur a Polluce etiam praeterea alii flores, quorum nulla fit mentio apud Cratinum, inter quos narcissus quoque refertur: haec autem grammaticus affert: *Τὰ δὲ ἐν τοῖς στεφάνοις ἄνθη, ῥόδα, ἴα, κρίνα, σισύμβρια, ἀνεμῶναι, ἕρπυλλος, κρόκος, ὑάκινθος, ἑλίχρυσος, ἡμεροκαλλές, ἑλένειον, θρυαλλίς, ἀνθρίσκος, νάρκισσος, μελίλωτον, ἀνθεμίς, παρθενίς, καὶ τἄλλα, ὅσα τοῖς ὀφθαλμοῖς τέρψιν ἢ ῥισὶν ἡδεῖαν ὄσφρησιν ἔχει·* Atqui cum hi tres flores una cum anthrysco enumerentur, consentaneum est, etiam apud Cratinum una hos flores commemoratos fuisse: itaque sic ille locus restituendus videtur:

Ἀνθρύσκου (vel *ἀνθρύσκῳ*)

Ναρκίσσου φόβῃ θ', ἑλενείῳ τε καὶ θρυαλλίδι,

Τῷ τ' ἀειφρούρῳ μελιλώτῳ κάρα πυκάζομαι.

Pollucem hunc Cratini locum respexisse satis superque apparet ex iis quae continuo sequuntur: *Μέμνηται δὲ τῶν πλείστων Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς, ὥσπερ καὶ κοσμοσανδάλου καὶ μίλου, ὅπερ ἦν τῆς μίλακος ἄνθος.* *Μίλου* mentionem fecerat poeta fortasse in isto versu imperfecto. Ceterum smilacem floribus insignem esse, etiam Euripides dicit in Bacchabus v. 702:

Ἐπὶ δ' ἔθεντο κισσίνους

Στεφάνους δρυός τε μίλακος τ' ἀνθεσφόρου

et similiter v. 107:

Βρύετε, βρύετε χλοῆρει
Μίλακι καλλικάρπῳ.

Et nescio an Aristophanes quoque in Nubibus v. 1006 florem smilacis maxime intellexerit:

Στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου
Μίλακος ὄζων καὶ ἀπραγμοσύνης καὶ λεύκης φυλλοβολούσης.

Extremum versum recte puto a Porsono emendatum esse, nisi quod ille *κἀμοὶ* scripsit: Medon ille fortasse fuit unus ex iis, qui corollas venales habebant: quamquam alibi huius hominis nusquam fit mentio. De flexione nominis conferas Choerobosc. in Bekk. Anecd. T. III. p. 1393: *Τὸ Μέδων, ἔστι δὲ κύριον ὄνομα, ὁ μὲν ποιητὴς* (*Ὅμηρος*) *διὰ τοῦ ντ κλίνει, οἷον Μέδοντος, τῷ λόγῳ τῶν μετοχικῶν, Ἰσαῖος δὲ ὁ ῥήτωρ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Ὀπουντίων πολιτείᾳ Μέδωνός φασιν ἀναλόγως.* At grammatici certe, qui huius Isaei orationis mentionem faciunt, semper *Ἰσ. πρὸς Μέδοντα* dicunt, vid. Harpocr. p. 9, 1. 143, 24. 186, 17. Et Codri quoque filius ubique *Μέδων, Μέδοντος* appellatur; vid. Photius p. 27, 25. Scholiasta Aristid. T. III. p. 78 et p. 119 ed. Dind. Alia fragmenta huius fabulae, in quibus poeta Atheniensium mollitiem exagitat, praetereo.

Ad hanc Cratini comoediam referendum videtur etiam illud, quod Herodianus *περὶ μον. λέξ.* p. 8, 31 affert. *Τῶν δὲ ἐπὶ τέλους ταῦτα Τισαμενός, Δεξαμενός, Ἀκεσαμενός, Κλαυσαμενός· καλεῖται δὲ ἐν μαλακοῖς.* Scribendum est *ἐν Μαλθακοῖς*, ut ipsa haec Cratini fabula indicetur, quam sine poetae nomine laudari, cum non ignobilis fuerit, nequaquam est mirum, vel etiam corrigendum: *καλεῖται δ' ἐν Μαλθακοῖς Κρατίνου.* Neque enim haec verba ita sunt explicanda, ac si significent *Κλαυσαμενὸν* nomen esse viri effeminati. Offendit autem hoc nomen *Κλαυσαμενὸς* propterea, quod non ut reliqua, quae recenset Herodianus, a verbo medio descendit: itaque nescio an *Κλαυσομενὸς* scribendum sit, ut eo nomine Cratinus appellaverit hominem infelicem et poena dignum. Aristophanis verba, quae subsequuntur, non expedio, sed Sophoclea ista: *Φαμενός Σοφοκλῆς· μάντεσσι ξουθὸς φαμενὸς τειρεσίου παῖς* sic sunt corrigenda: *Φ. Σοφοκλῆς Μάντεσι·*

Ξανθὸς Φαμενὸς Τειρεσίου παῖς.

Huius Phameni nomen restituendum est etiam Philetae ap. Antig. Caryst. Hist. mirab. 23: *Ὧι καὶ φαίνεται Φιλητᾶς προσέχειν, ἱκανῶς ὢν περίεργος· προσαγορεύει οὖν αὐτὰς βουγενεῖς λέγων·*

Βουγενέας Φαμενὸς προσεβήσατο μακρὰ μελίσσας.

Haec enim verba refero ad Phamenum, quem Minos de filii morte sollicitus videtur una cum aliis vatibus arcessivisse: nam quod vulgo tradunt Polyidum indicavisse Minoi, ubi filii corpus esset, (vid. Hygin. 136: ***Quod Polyidus dum auguratur vidit noctuam super cellam vinariam sedentem atque apes fugantem: augurio accepto puerum exanimem de dolio eduxit***), id credo Philetam, diversam famam secutum, Phameno, Tiresiae filio, tri-

buisse, ita ut ille hoc versiculo apes adiisse atque sic Glauci corpus reperisse perhibeatur.

In Nemesin Cratini cum incido, in mentem mihi revocatur nomen alius fabulae, quam solus Clemens Alexandrinus commemorat Strom. VI. p. 619 B: *Πάλιν δ' αὖ Ὁμήρου εἰπόντος·*

Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι,
'Αρχίλοχός τε καὶ Κρατῖνος γράφουσιν, ὁ μὲν,
Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν·
Κρατῖνος δὲ ἐν τοῖς Λάκωσιν·
Φοβερὸν ἀνθρώποις τόδ' αὖ
Κταμένοις ἐπ' αἰζηοῖσι καυχᾶσθαι μέγα.

Corrupta haec verba esse satis manifestum: et pro illo quidem verbo *φοβερὸν* videtur *φθονερὸν* scribendum esse: sed aliud vitium haeret in illo *τόδ' αὖ*, quod in exordio tantum orationis collocari potest: atque haud scio an non recte Grotius scripserit *τόδε:* sed quomodo vitium tollendum sit in praesentia non habeo. Illud vero nego, Cratinum fabulam eius nominis scripsisse: existimo enim Clementem eandem comoediam dicere, quae vulgo *Νέμεσις* vocatur, ita ut integrum fabulae nomen hoc fuerit: *Νέμεσις ἢ Λάκωνες.* Ita Eubuli fabula inscripta fuit *Λάκωνες ἢ Λήδα*, vid. Athenaeus III. p. 108 A. VII. p. 330 C. IX. p. 380 F. eadem simpliciter *Λήδα* appellatur ibid. XI. p. 460 E. sed de argumento huius Cratineae comoediae hoc loco disserere supersedeo, nisi quod contra Periclis potissimum potentiam scriptam esse contendo.

CAPUT VI.

Cratini fabulas plerasque, quae numero plurali inscriptae sunt, nomen a choro traxisse, veri simillimum est: eandemque rationem etiam in ceterorum poetarum, qui antiquam comoediam illustraverunt, reliquiis animadvertere licet: at non videtur ad eandem normam redigi posse illa comoedia, quae *Νόμοι* inscripta est: nam bestias quidem aliaque animalia, urbes et pagos in scenam inductos esse non abhorret ab ingenio graecae comoediae: at legum quae tandem in theatro fuerit conditio vix perspicias: et tamen a Cratinei ingenii audacia et ubertate minime videtur alienum esse, si statuamus chorum in orchestram legum tabulas prae se ferentem prodiisse atque inde comoediam nomen accepisse. Nam antiquae illae comoediae nomina non tam ab argumento ac proposito trahebant, quam a choro, qui id quod poeta petebat, indicabat, aut ab una aliqua persona, quae primas agebat partes, aut denique ab actione aliqua, quae in

scena repraesentabatur, prorsus ut titulorum eadem fuerit ratio, quam in fabulis componendis secuti sunt poetae: neque enim id quod propositum habebant, diserte exponebant, sed pulcra aliqua specie usi significabant: et ab hac ipsa specie nomina quoque indi solebant fabulis. Observare illud licet in omnibus et Cratini et ceterorum comicorum poematis, si a paucis quibusdam discesseris, quorum vel dubia vel prorsus obscura est ratio: et de *Διδασκαλίαις* quidem Cratini, quas solus Suidas in testimonium vocat T. I. p. 180: *Ἀναρύτειν, ἀναντλεῖν, ἀπὸ τοῦ ἀρύεσθαι· Κρατῖνος Διδασκαλίαις·*

Ὅτε σὺ τοὺς καλοὺς θριάμβους ἀναρύτουσ' ἀπηχθάνου.

admodum fateor ambigi licet, quamquam illius versus sententia nequaquam ab isto nomine abhorret: suspicor autem non novam aliquam hanc esse Cratini fabulam, sed eandem illam, quae *Βουκόλοι* vocatur, ut *Διδασκαλίαι* (vel quod malim *Διδασκαλία*) appellata sit propterea, quod ibi de impedimentis, quae poetae fabulam docturo obiiciebantur, comicus questus erat. *Πλοῦτους* autem, etsi mira est inscriptio fabulae, item ad chorum refero: videntur enim ibi homines omnibus divitiis opibusque abundantes, comites quasi quidam Pluti, in scenam inducti fuisse, ut huius comoediae eadem sit ratio, quae Archilochorum. In Cratetis quidem fabula, cui *Παιδιαὶ* nomen est, opinor choreutas variorum ludorum genera repraesentavisse, speciem quandam et instrumenta ludendi prae se ferentes: conferas illud fragmentum, quod legitur apud Polluc. IX. 114. Difficilior est ratio alius fabulae Crateteae, quae *Τόλμαι* inscribitur, quoniam e reliquiis aegre institutum eius perspicias. Pherecratis autem fabula, quae *Κραπάταλοι* vocatur, sitne a choro appellata necne potest sane addubitari, quoniam huius quoque comoediae institutum vix potest satis dilucide explanari: sed alia fabula eiusdem poetae, *Ἄγριοι*, manifesto inde traxit appellationem, quod chorus mulierum nimiis ornamentis et quasi magis quibusdam instructus in orchestram procedebat. De Eupolidis *Νουμηνίαις*, quoniam praeter titulum nihil restat, ne coniecturae quidem ullus est locus. Difficilis admodum et, ut mihi quidem videtur, prorsus diversa fuit ratio duarum fabularum Aristophanis, quarum una *Δράματα ἢ Κένταυρος*, altera *Δράματα ἢ Νίοβος* fuit inscripta. Sed has quidem fabulas non arbitror a choris ita appellatas esse, verum cum in ipsa fabula quasi nova quaedam fabula media ageretur, plurali numero *Δράματα* insignitae esse videntur, ita ut in altera comoedia Centaurus, in altera Niobus fuerit tanquam integrum drama repraesentatum. Simile quid summus ille Britannorum scenicus poeta in nobilissima fabula, quae *Aestivum Somnium* inscribitur, exhibuit: nec disparem rationem non ita multo post apud nos Andreas Gryphius in comoedia, quam *absurdam comicam* appellavit, suopte ut videtur ingenio est secutus. Alio prorsus modo Hermippi fabulam, quae vocatur *Ἀθηνᾶς γοναί*, nomen illud traxisse arbitror: videntur enim Graeci constanti usu, *γονὰς* numero plurali eodem modo,

quo Latini *natales* dixisse, hinc etiam ceterorum comicorum fabulae consimiles omnes pluralem prae se ferunt: ita Polyzelus *Μουσῶν γονὰς* et *Διονύσου γονὰς* scripsit, Araros autem *Πανὸς γονάς*, Nicophon *Ἀφροδίτης γονάς*, atque ad eandem normam alii multi. Sed Platonis *Ἑορταὶ* ita actae videntur, ut choreutae dierum festorum et solemnitatum speciem quandam assimilarent: eiusdem vero *Νῖκαι* quid spectaverint et quomodo titulus sit expediendus ignoro, neque ausim de ratione nominis illius comoediae, quae *Σκεύαὶ* inscribitur, coniecturam proponere, quamquam probabile est, ne harum quidem comoediarum admodum disparem fuisse rationem. Philonidis autem *Κόθορνοι* appellati sunt a choro hominum levissimorum et astutissimorum, quos Therameni similes finxerat poeta: Theramenem autem *κόθορνον* appellatum esse tradit Xenophon Hellen. II. 3, 31: *Ὅθεν δή που καὶ κόθορνος ἐπικαλεῖται· καὶ γὰρ ὁ κόθορνος ἁρμόττειν μὲν τοῖς ποσὶν ἀμφοτέροις δοκεῖ, ἀποβλέπει δ' ἐπ' ἀμφότερον.* erat enim mos et consuetudo Atheniensium, ut ingenium moresque hominum lepida aliqua et acuta appellatione notarent. Fortasse autem choreutae illi cothurnis utebantur, ut vel externa specie ingenium et mores proderent: et ad versutos hos et callidos homines referendus est ille versus, quem ex hac ipsa fabula servavit Pollux IX. 29 et X. 202:

Παναγεῖς γενεάν, πορνοτελῶναι, Μεγαρεῖς, δειλοί, πατραλοῖαι.

Ita enim corrigo. Itaque illud censeo plerasque comoedias, quae numerum pluralem prae se ferant, si a paucis illis, quarum satis obscura et dubia est ratio, discesseris, a choro nomina accepisse: nolo autem singulas orando percensere: atque de nonnullis iam disputatum est et dicetur infra quoque. Iam huius quidem fabulae Cratineae instituta sententia in nulla versatur dubitatione. Atheniensium civitas cum iam antiquissimis temporibus domestica discordia valde esset agitata et perturbata, tandem Solon, vir divino ingenio, rem publicam summa et sapientia et moderatione ita constituit, ut fastidium et superbia earum familiarum, quae vetustate et divitiis maxime pollebant, suis comprimeretur determinata finibus, populi autem multitudo a servitute et dominatione liberaretur. Sapientissimas autem leges dedit Atheniensibus, ut et optimates et populus suum ius tenerent, atque aequabilitate iuris constituta omnis civium societas firmissimo vinculo coniuncta esset. In legibus autem ferendis atque institutis, quibus rem publicam firmavit, illud maxime spectavit, ut virtutis honestatisque amor patriaeque caritas in omnium animis altissimas ageret radices: itaque opulenti et copiosi nobilique genere orti, quoniam etiam tunc servabant maiorum virtutes, moderabantur plebis temeritatem et licentiam. Solon igitur sapientissime incolumitatem reipublicae stabilivit, cum neque legum quasi claustro ingenia civium cingeret aut retardaret, neque vero licentiae aut libidini locum concederet, sed medium quoddam et temperatum imperium constitueret, in quo omnes suum statum atque decus tuerentur, libertasque firmum haberet domicilium. Haec

tamen rei publicae forma propius iam ad populare imperium accedebat, quoniam non solum nobilitatis, sed etiam opulentiae ratio habebatur: At vehementer erraverit qui in Solonem effrenatae illius licentiae, quae postea civitatem perturbavit, culpam et crimen conferat: quamquam iam apud veteres fuerunt, qui propterea Solonem reprehenderent: quorum sententiam refutavit summus philosophus Aristoteles in Polit. II. 9, ubi de rei publicae forma, quam ille fundavit, scite disserit. Pisistrati autem eiusque filiorum dominatio, si dominationem appellare licet imperium aequissimum saluberrimumque, tantum abest ut rem publicam a Solone constitutam imminuerit aut labefactaverit, ut egregie illam ornavisse et stabilivisse censenda sit. Sed Pisistratidis eiectis gravissima civium dissensio et discordia insecuta est: tandem Clisthenes superior factus id, quod inchoaverat Solon, perficere studuit. Hic enim cum intellexisset quantopere Attica terra sacrorum et ordinum et generum diversitate esset dirempta et disturbata, in unum omnia congregare conatus est. Atque cum tribuum numerum auxisset pagosque ad iustum ordinem revocasset, denique sacra quoque et privata et publica, quorum ingens erat numerus et maxima diversitas, omni modo conciliare et in unum redigere tentavit; consiliumque illud Clisthenis felicissimus secutus est eventus, ita ut incredibile dictu sit quam brevi omnes ordines coaluerint. Verissime igitur Aristoteles Polit. VI. 2 dicit Clisthenem populare imperium, quod primus instituerat Solon, auxisse et firmavisse; et scite animadvertit, quo pacto et antiquae consuetudinis morisque vincula dissolverit, et communione sacrorum magistratuum, iuris omnes conciliaverit et quasi conglutinaverit: *Ἔτι δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα κατασκευάσματα χρήσιμα πρὸς τὴν δημοκρατίαν τὴν τοιαύτην, οἷς Κλεισθένης τε Ἀθήνησιν ἐχρήσατο, βουλόμενος αὐξῆσαι τὴν δημοκρατίαν, καὶ περὶ Κυρήνην οἱ τὸν δῆμον καθιστάντες· φυλαί τε γὰρ ἕτεραι ποιητέαι πλείους καὶ φρατρίαι καὶ τὰ τῶν ἰδίων ἱερῶν συνακτέον εἰς ὀλίγα καὶ κοινά, καὶ πάντα σοφιστέον, ὅπως ἂν ὅτι μάλιστα ἀναμιχθῶσι πάντες ἀλλήλοις, αἱ δὲ συνήθειαι ἀναζευχθῶσιν αἱ πρότερον.* Iam cum Pericles ad rei publicae gubernacula accessisset, vir ingenio prope divino omnibusque virtutibus ornatus, sed idem dominandi cupidissimus, optimatium auctoritatem imminuere, populare vero imperium augere studuit, illudque consilium quam diu vixit strenue persecutus est, ita ut aequabilitas illa, qua nobiles ignobilibus antecederent tolleretur, in eius autem locum succederet aequitas illa, sive ut vere dicam iniquitas, in qua nulli distincti essent gradus dignitatis. Sed Pericles ut summam rerum ad unum populum transferret, sustulit Areopagum, cuius auctoritas libidines furoresque multitudinis facile domuerat, quod quidem perfecit Olymp. LXXX. 1 vel 2 auctore Ephialte usus: itaque iam omnia populi arbitrio, omnia populi scitis atque decretis agebantur, leges pro lubidine fingebantur et refingebantur, prorsus ut nihil esset firmum certumque, nihil suum statum suamque dignitatem obtineret. Et Pericles quidem quam diu rebus publicis

praefuit, potestas illa rerum omnium populo commissa neququam ad licentiam effrenatam furoremque est conversa: insigni enim moderatione et prudentia et ingenii magnitudine multitudinis libidines coercuit: non tamen sola auctoritate et sapientia rei publicae cursum moderari et in sua potestate retinere potuisset, nisi ut ipse erat aequus et sapiens, ita etiam cives fuissent morati: nam quas virtutes in Pericle fulgentissimas admiramur, easdem in ceteris Atheniensibus licet minus splendidas nec prorsus intaminatas animadvertimus: quamquam sane etiam Pericli eorundem vitiorum macula quaedam inhaeret, plane ut intelligamus, ne summa quidem ingenia, licet audaci nisu summum fastigium petant longeque aequales superent, prorsus expertes esse eius turbinis, quo ceteri omnes agantur: profecto enim quaecunque in singulis unius cuiusque saeculi hominibus animadvertimus, ea in uno aliquo, qui eximio ingenio praeditus est, consummata tanquam in minore quodam mundo miramur. Cratinus autem, cum quasi divinitus perspexisset, quam incertus esset ille status rerum, et quam facile ex tolerabili imperio posset existere dominatus multitudinis vix ferendus, eo ipso tempore, quo Areopagi auctoritas est sublata, videtur hanc fabulam docuisse, ut quam perniciosa ea commutatio esset quantaque legum neglectio futura esset ostenderet: itaque idem fere consilium propositum habuit, quod Aeschylus in admirabili illa Eumenidum tragoedia, qui saepissime praescio quasi animo dolet, qualis conditio rerum publicarum et privatarum imminuta legum auctoritate sit futura, ut v. 517:

Ἔσθ᾽ ὅπου τὸ δεινὸν εὖ
Καὶ φρενῶν ἐπίσκοπον
Δεῖ μένειν καθήμενον.
Συμφέρει σωφρονεῖν ὑπὸ στένει·
Τίς δὲ μηδὲν ἐν δέει
Καρδίαν ἂν ἀνατρέφων
Ἢ πόλις βροτός θ᾽ ὁμοί —
Ὡς ἔτ᾽ ἂν σέβοι δίκαν;
Μήτ᾽ ἄναρκτον βίον
Μήτε δεσποτούμενον
Αἰνέσῃς· παντὶ μέσῳ τὸ κράτος θεὸς ὤπασεν.

et rursus infra v. 690:

Πάγος τ᾽ Ἄρειος· ἐν δὲ τῷ σέβας
Ἀστῶν φόβος τε συγγενὴς τὸ μὴ ᾽δικεῖν
Σχήσει τό τ᾽ ἦμαρ καὶ κατ᾽ εὐφρόνην ὁμῶς,
Αὐτῶν πολιτῶν μὴ ᾽πικραινόντων νόμους.
Κακαῖς δ᾽ ἐπιρροαῖσι βορβόρῳ θ᾽ ὕδωρ
Λαμπρὸν μιαίνων, οὔποθ᾽ εὑρήσεις ποτόν.
Τὸ μήτ᾽ ἄναρχον μήτε δεσποτούμενον
Ἀστοῖς περιστέλλουσα βουλεύω σέβειν,
Καὶ μὴ τὸ δεινὸν πᾶν πόλεως ἔξω βαλεῖν.
Τίς γὰρ δεδοικὼς μηδὲν ἔνδικος βροτῶν;

Sic enim haec corrigenda videntur.

Igitur Cratinus, ut hanc legum et iuris depravationem, hanc pristinae cousuetudinis morumque corruptelam sub conspectu omnium collocaret, ita videtur instituisse, ut Solonem, integerrimum et sapientissimum virum, loquentem induceret: nam ipse Solon, ut coniicio, illum dixit versum, quem servavit Suidas T. I. p. 125: *Ἀλώπηξ· ὄνομα κύριον· καὶ παροιμία. Ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται· ἐπὶ τῶν μὴ ῥᾳδίως δώροις πειθομένων. Κρατῖνος Νόμοις·*

Ὑμῶν εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται.

Etiam si concedam, revera fuisse in usu illud proverbium, quod Suidas commemorat, *ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται*, de iis qui non facile corrumpi se patiantur, quod quidem vel per se admodum est improbabile, non tamen Cratinus ita scripsit, sed quod etiam Runkelius assecutus est:

Ὑμῶν εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπηξ δωροδοκεῖται.

Confirmat hoc Grammaticus Bekkeri T. I. p. 218, 29: *Ἀλώπηξ δωροδοκεῖται· παροιμία ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως δώροις ἁλισκομένων.* Arsenius in Violeto consentit. Fecit autem poeta ingeniosissimus legis latorem illum improbos rei publicae rectores, qui integritate et sinceritate animi plane carerent, ita reprehendentem, ut suis ipse versibus uteretur: Solon enim in Elegiis, cum Pisistratus rerum esset potitus, ita increpat populares (vid. Diog. Laert. I. 52, Plutarch. vit. Sol. c. 13).

Εἰ δὲ πεπόνθατε λυγρὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,
Μή τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε.
Αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὐξήσατε, ῥύσια δόντες,
Καὶ διὰ ταῦτα κακὴν ἴσχετε δουλοσύνην.
Ὑμέων δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει,
Συμπᾶσιν δ' ὑμῖν χαῦνος ἔνεστι νόος.
Εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε καὶ εἰς ἔπος αἱμύλου ἀνδρός,
Εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε.

Solonis sunt etiam illa verba ex eadem hac fabula, quae leguntur apud Suidam T. III. p. 683: *Χρῆς δὲ τὸ χρήζεις καὶ δέῃ· Κρατῖνος Νόμοις·*

Νῦν γὰρ δή σοι παρὰ μὲν θεσμοὶ
Τῶν ἡμετέρων, παρὰ δ' ἄλλ' ὅ τι χρῇς.

quod iniuria tentaverunt: restitutum est hoc verbum a Dindorfio Sophocli in Aiace v. 1373:

Οὗτος δὲ κἀκεῖ κἀνθάδ' ὢν ἔμοιγ', ὅμως
Ἔχθιστος ἔσται· σοὶ δὲ δρᾶν ἔξεσθ' ἃ χρῇς.

et in Antigona v. 887:

Ἄφετε μόνην ἔρημον, εἴτε χρῇ θανεῖν
Εἴτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα τυμβεύειν στέγῃ.

Et restituendum est Euripidi in versibus illis nobilissimis (Clem. Alex. Strom. VI. p. 670, Cicer. ad Attic. VIII. 8, Suid. T. III. p. 5.):

Πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρῇ καὶ παλαμάσθω
Καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω.

Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ καὶ τὸ δίκαιον
Σύμμαχον ἔσται,
Κοὐ μή ποθ' ἁλῶ κακὰ πράσσων.

Existimo autem haec ex Euripidis Telepho petita esse, ita ut Ulixis fraudulentia et astutia notetur: confirmatur haec suspicio vel maxime eo, quod Aristophanes in Acharnensibus v. 659 his versibus propemodum integris contra Cleonis potentiam usus est: Aristophanes autem in illa fabula potissimum Euripidis Telephum perstrinxit.

Iam illud lubet mirari, qui factum sit, ut Aristophanes Telephum, quae tragoedia multo ante Acharnenses fuit docta, tanto studio tantaque cupiditate insectatus sit. Ex didascalia enim, quam edidit nuper Guil. Dindorfius, cognoscimus Telephum Olymp. LXXXV. 2 doctam esse, vid. eius praef. ad Alcestid p. VI: *Τὸ δρᾶμα ἐποιήθη ιζ'. ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίνου ἄρχοντος τὸ λ'.* (Dindorfius: *πέ ὀλ.*) *πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς, δεύτερος Εὐριπίδης Κρήσσαις, Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος, Τηλέφῳ, Ἀλκήστιδι.* Acharnenses autem Aristophanes docuit Olymp. LXXXVIII. 3, ita ut tredecim annorum spatium intercesserit. Atque ipse Aristophanes v. 415 Dicaeopolin ita loquentem fecit:

Ἀλλ' ἀντιβολῶ πρὸς τῶν γονάτων σ', Εὐριπίδη,
Δός μοι ῥάκιόν τι τοῦ παλαιοῦ δράματος.

antiquam enim tragoediam Telephum dicit. Euripides autem cum prius Oenea, Phoenicem, Philoctetam, Bellerophontem nominet, quam Telephi mentionem faciat, non obscure indicat has quoque tragoedias ad antiquiores referendas esse. At vero comici poetae non ea quae diuturnitatis situ sunt obducta renovant et sub conspectu collocant, sed ex praesentia petunt, quae exhibeant spectantibus: ea enim demum hominum animos commovent, quae nota sunt omnibus, quae recenti memoria acciderunt. Itaque admodum mirum, quod Aristophanes hanc tetralogiam (nam praeter Telephum in Acharnensibus etiam Cressas et Alcestidem attigit, insecuto autem anno in Equitibus Alcmaeonem respicit*) tantopere vexaverit, neque

*) Acharn. v. 433:
Κεῖται δ' ἄνωθεν τῶν Θυεστείων ῥακῶν.
ubi Schol. *Ἤτοι τὰ τῶν Κρησσῶν ἢ αὐτοῦ τοῦ Θυέστου.* Sed Euripides non scripserat Thyestem. Ibid. v. 893:
Ἀλλ' εἴσφερ' αὐτήν· μηδὲ γὰρ θανών ποτε
Σοῦ χωρὶς εἴην ἐντετευτλανωμένης.
quae petita sunt ex tragici Alcestide v. 367:
Μηδὲ γὰρ θανών ποτε
Σοῦ χωρὶς εἴην τῆς μόνης πιστῆς ἐμοί.
Atque in Equitibus v. 1302:
Οὐδὲ πυνθάνεσθε ταῦτ', ὦ παρθένοι, τἀν τῇ πόλει;
ubi Schol. *ὁ στίχος παρὰ τὰ ἐξ Ἀλκμαίωνος Εὐριπίδου.* Quamquam sane sciendum est Aristophanem hanc tetralogiam non solum in Acharnensibus, sed etiam in aliis fabulis multis annis post vexavisse, maxime Telephum,

vero aliam tetralogiam Euripidis modo doctam elegerit, in qua non minorem opinor reprehendendi materiam reperisset. At dixerit fortasse quispiam Telephus si quae alia Euripidis tragoedia digna fuit, quae reprehenderetur: fateor; sed magnopere errant, qui existimant Aristophanem hoc unice spectavisse, ut hoc illudve praepostere ac perverse dictum in Euripide reprehenderet: prorsus enim hoc a dignitate antiquae comoediae abhorret, minime autem convenit instituto huius fabulae: quamquam hoc quidem quale fuerit, homines docti omnino ignoraverunt. Aristophanes cum in Daetalensibus vitam privatam, in Babyloniis publicas res attigisset, iam in Acharnensibus imaginem vitae Atheniensium proposuit, quae et latius pateret et magis etiam clara et perspicua esset. Qua quidem in re maxime admiramur poetae animi magnitudinem et constantiam. Nam cum in Babyloniis severa castigatione, seiuncta tamen iracundia aut contumelia, adversus viros populares usus esset, adversariorum potentia nequaquam in timorem coniectus, quod quidem a iuvene poeta, qui tantam prae se tulerat modestiam verecundiamque, nemo quisquam exspectaverat, Cleon, qui illa aetate post Periclis discessum rei publicae gubernaculum tenebat, poetam in ius vocavit, quod populi rectoribus maledixisset, sed frustra. Enim vero Aristophanes, cuius animum optimi consilii conscientia summusque patriae amor obfirmaverant, nullis minis perterritus, nulla spe inductus, magna animi perseverantia id quod verum rectumque esse perspexerat secutus est. Mala autem gravissima, quae belli diuturnitas et acrimonia in dies auxerat, hoc quoque anno vehementer Athenienses vexabant: nam cum hostes quotannis irruptionem in Atticam facerent, omnesque vicos et aedificia incenderent, agros depopularentur, incolasque spoliarent, agricolarum inopum maxima multitudo in urbem compulsa vitam ibi traxit miserrimam: maximeque ista calamitas oppresserat Acharnenses, qui cum impetum hostium non possent sustinere, relictis domiciliis Athenas se coniecerunt splendidamque speciem urbis sordido cultu (erant enim maximam partem carbonarii,) foedaverunt. Quamvis autem in gravissima calamitate versaretur populi multitudo, tamen nolebat ex his procellis et tempestatibus in tutum portum confugere, et praeter ceteros Acharnenses, copia et virtute sua freti, bellum expetebant. Hoc bellandi studium populares homines callide excitabant excitatumque confirmabant, qui tum demum multitudinis animos ad suos usus convertere, ad suam voluntatem adiungere poterant, si civium studia extrinsecus erant occupata. Iam populi voluntatem ut flecterent quo vellent, oratione potissimum usi sunt: hac enim flexanima atque omnium rerum regina animos facile acri et vehementi qua-

vid. Eqq. 810 et 1237, Nub. 888, Pac. 527, Thesmoph. 517, Lysistr. 707, Ran. 1447. Cressas autem in Vespis v. 759, Alcestidem Nub. 1419, Thesmophor. 194.

dam incitatione impellebant: itaque eloquentiae iam summum fuit momentum in rebus publicis administrandis, animadvertimusque viros populares et civiles, imperatores, omninoque omnes qui gratia atque auctoritate apud populum valere vellent, studiosissime facultatem aliquam dicendi expetivisse. Studia autem illa multum aucta sunt et confirmata sophistarum, hominum doctissimorum et malo publico eloquentissimorum opera, quorum scholas Athenis non solum pueri, verum etiam iuvenes, quin viri confirmata iam aetate frequentabant. Verum subtilitas ista dialecticae artis, quam sophistae illi profitebantur, non solum in rebus publicis, in concione, in senatu, in foro, in iudiciis versata est, sed continuo ampliorem sibi aperuit campum, ubi latissime evagaretur, ita ut brevi per omnia genera vitae manaverit eaque conformarit. Quanta autem vis fuerit dialecticae huius artis apertissime intellectum est in tragoedia, quam Euripides, correptus praecipiti aevi sui turbine, de summo fastigio, in quod Aeschyli et Sophoclis opera evecta erat, deturbavit atque in dialecticae gyrum compulit: hac autem ratione, nihil enim tragoedia erat maius antiquiusve populo Atheniensi, novitiae illae doctrinae se in omnes ordines omnesque aetates insinuaverunt, ita ut patrii mores, instituta, religiones perturbarentur et propemodum funditus everterentur. Haec cum esset conditio civitatis Atticae, Aristophanes universa animo complexus versansque in omnes partes, imaginem praeclaram exhibuit, quae omnia illa quasi lineamenta claris coloribus repraesentaret. Poeta enim ut claro documento doceret ista studia artesque aevi sui quam essent pravae, noxiae, inanes, exhibuit tanquam exemplar civem iustum et probum, cui virtute morumque probitate nihil antiquius esset, qui veterum morem et maiorum instituta summo studio retineret, quem intuentes Athenienses non solum intelligerent, quantum desciverint de disciplina maiorum, quanta oblivione essent obsoleti antiqui illi, quibus res Atheniensium fundata erat et servata, mores, sed etiam itinere devio relicto in pristinum statum redirent. Hac igitur persona usus poeta id quod propositum erat exsequitur, atque depravationem tragicae artis inde a v. 393 perstringit, ubi Dicaeopolis, cum esset ab importunis illis Acharnensibus in certamen vocatus, ut contra hos secundo successu causam ageret, sophistarum artificia et fallacias requirere se fingit, itaque Euripidem adit ab eoque tandem id quod petit impetrat, ita ut illum omnibus adiumentis et artificiis privaverit. Et in hoc quidem actu eximie docet Aristophanes, quanta sit depravatio tragoediae, quam vana et inanis sit subtilitas ista disserendi, quae cum non accedat ad divinam illam et aeternam artis speciem, prorsus sit caduca et interitura. Sed quo clarius ostenderet quantum Euripides de dignitate tragicae artis detraxerit, exempli loco nonnullas fabulas recenset, quas ille sophistarum studiis artibusque imbutus docuerat, in his Telephum, in qua tragoedia Euripides, gravitate omni et dignitate neglecta omnia ad subtilem istam disserendi rationem revocaverat. Haec

autem tragoediam sicut ceteras, quas Aristophanes ibi commemorat, composuit cum esset recens a disciplina Protagorae, cuius illum auditorem fuisse constat vel diserto testimonio grammatici ap. Emsl. post Bacchas Euripidis p. 172: *Ἀναγνοὺς δὲ ἐπὶ τραγῳδίαν ἐτράπη καὶ πολλοὺς προσεξεῦρε λόγους φυσιολογίας, ῥητορείας, ἀναγνωρισμούς, ὡς δὴ ἀκουστὴς γενόμενος Ἀναξαγόρου καὶ Προδίκου καὶ Πρωταγόρου καὶ Σωκράτους ἑταῖρος.* Verum haec accuratius persequi alienum est ab hoc loco, praesertim cum iam adumbratio Acharnensium Aristophanis nos ab instituto retraxerit.

Iam ad Cratini Leges videntur duo versiculi referendi esse, quos non adiecto comoediae nomine affert Plutarchus in vita Solonis c. 25 et Scholiasta Aristoph. Nub. v. 248:

Πρὸς τοῦ Σόλωνος καὶ Δράκοντος, οἷσι νῦν
Φρύγουσιν ἤδη τὰς κάχρυς τοῖς κύρβεσιν.

voluit enim poeta indicare, quantopere Athenienses antiquas illas Draconis et Solonis leges contemnant et despiciant.

Videtur autem Cratinus duos homines in scenam induxisse, alterum antiquitatis tenacissimum, novitiis alterum moribus imbutum: et ille quidem, qui nondum a patrum virtute et probitate desciverat, minus quidem liberaliter erat institutus, at mente leges tenebat et in vita agenda exsequebatur: alter artibus et litteris excultus, iuris quoque scientiam sibi comparaverat et in forensibus causis satis erat versatus: huc referenda puto illa, quae leguntur apud Grammaticum Bekkeri T. I. p. 436, 6 et Suidam T. I. p. 296: *Ἀπὸ στόματος ὡς ἡμεῖς· τὸ μὴ διὰ γραμμάτων, ἀλλ' ἀπὸ μνήμης. Φιλήμων Νεμομένοις· — Κρατῖνος δὲ ταὐτὸ τοῦτ' ἀπὸ γλώττης Νόμοις·*

Ἀλλὰ μὰ Δί' οὐκ οἶδ' ἔγωγε γράμματ' οὐδ' ἐπίσταμαι·
Ἀλλ' ἀπὸ γλώττης φράσω σοι· μνημονεύω γὰρ καλῶς.

Videtur autem Cratinus etiam nimiam illam iudicandi libidinem, quam Pericles primus excitaverat, attigisse, quorsum spectat id quod est apud Schol. Aristoph. Eqq. v. 1147: *Κημὸς ὁ ἐπὶ τοῦ καδίσκου, εἰς ὃν τὰς ψήφους καθίεσαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Κρατῖνος δὲ αὐτὸν ἐν Νόμοις σχοίνινον ἠθμὸν καλεῖ.* Ea autem quae subsequuntur ita sunt corrigenda: *Τοιοῦτος γὰρ ἐγίνετο καὶ ἦν παρόμοιος χώνῃ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ. ὕστερον δὲ ἀμφορεῖς* (vulgo *ἀμφότεροι*) *δύο ἵσταντο ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ὁ μὲν χαλκοῦς, ὁ δὲ ξύλινος, καὶ ὁ μὲν κύριος ἦν, ὁ δὲ ἄκυρος. Ἔχει δὲ καὶ ὁ χαλκοῦς, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, διῃρημένον ἐπίθημα, εἰς τὸ μίαν μόνην* (*αὐτὴν μόνην* vulgo legitur) *τὴν ψῆφον καθίεσθαι.* Respicit autem Cratini versiculum etiam Hesychius: *Σχοίνινος ἠθμός· δι' οὗ τὰς ψήφους οἱ δικασταὶ εἰς τὰς ὑδρίας καθιᾶσιν.* Ex iuncis compositum videtur colum illud sive infundibulum prorsus ut illud, quo piscatores utebantur, vid. Schol. Aristoph. ibid.: *Πλέγμα τι ἐκ σχοινίων γενόμενον ὅμοιον ἠθμῷ, ᾧ τὰς πορφύρας λαμβάνουσιν, εἰς ὃ αἱ πορφύραι καὶ τὰ κογχύλια εἰσέρχουσιν.* Figuram huius coli accurate describit Schol. ad Vespas v. 99: *Κημὸς καλεῖται τὸ τοῖς καδίσκοις ἐπιτιθέμενον, δι' οὗ τὰς*

ψήφους καθίεσαν, ἵνα μὴ ὀλισθάνωσιν· ἔστι δὲ πλέγμα τι δικτυῶδες καὶ ἠθμῶδες, ἄνωθεν πλατύ, κάτωθεν στενόν.

Iam vero Cratinus ita videtur instituisse, ut quo gravius acriusque desiderium antiquae virtutis et integritatis in civium animis excitaret, imaginem felicissimae vitae exhiberet, quae reditura esset, si Athenienses non tam metu supplicii turpitudinem fugiant aut utilitate aliqua fructuque moti honestatem colant, sed sua sponte naturam secuti legibus obtemperent ipsamque virtutem per se expetant. Ad huius vitae felicitatem refero illud, quod est apud Photium p. 553, 8: Ὀσταφίδα, οὐχ ὅπως Κρατῖνος Νόμοις·

Ὁ δὲ Ζεὺς ὀσταφίσιν ὕσει τάχα.

ἀλλὰ καὶ Πλάτων κτλ. Vix dici enim potest, quantopere antiquae comoediae poetae in hac summa felicitate atque vita opulentissima exaggeranda sibi placuerint: quo plures autem taedium vitae miserae ceperat, eo frequentius tales imagines in scena proponebantur: et sic etiam alii poetae pluviam quoque copia omnium rerum abundare finxerunt, ut Pherecrates in Persis apud Athen. VI. p. 269 D:

Ὁ Ζεὺς δ' ὕων οἴνῳ καπνίᾳ κατὰ τοῦ κεράμου βαλανεύσει,
Ἀπὸ τῶν δὲ τεγῶν ὀχετοὶ βοτρύων μετὰ ναστίσκων πολυτύρων
Ὀχετεύσονται, θερμῷ σὺν ἔτνει καὶ λειριοπολφανεμώναις.

et Nicophon in Sirenibus ibidem:

Νιφέτω μὲν ἀλφίτοις
Ψακαζέτω δ' ἄρτοισιν, ὑέτω δ' ἔτνει,
Ζωμὸς διὰ τῶν ὁδῶν κυλινδείτω κρέα.

Plane autem persuasum habeo non ipsos poetas comicos venustam hanc imaginem finxisse, sed populum Atticum fabulam quandam antiquam de futura felicitate aureoque saeculo reversuro a patribus traditam diu fovisse et hac spe in summis calamitatibus se consolatos esse: commode igitur poetae hanc fabulam lepide exornaverunt: sed dicetur de his infra. Nescio autem an ad eundem hunc locum pertineat etiam ille versus, qui est apud Athenaeum XIV. p. 646 E: Ταγηνίτης· πλακοῦς ἐν ἐλαίῳ τετηγανισμένος — καὶ Κρατῖνος ἐν Νόμοις·

Καὶ δρόσον βάλλων ἕωθεν χλιαρὸς ταγηνίας.

magnifice autem, ut solet, placentae descriptionem exornavit, ita ut prope ad tragicorum similitudinem evectus sit: non tamen facile credam tragici alicuius poetae verba ridendi causa huc translata esse. Suspicor autem non solum ad hanc fabulam sed etiam ad hanc omnibus deliciis abundantis vitae descriptionem illos versus pertinere, quos sine fabulae titulo adscripsit Athenaeus II. p. 49 A: Τράπεζαι ἐλεφαντώδεις τῶν ἐπιθημάτων ἐκ τῆς καλουμένης σφενδάμνου πεποιημένων· Κρατῖνος·

Γαυριῶσαι δ' ἀναμένουσιν ὧδ' ἐπηγλαϊσμέναι
Μείρακες φαιδρὰι τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμιναι.

Haec servavit solus codex C, vulgo ultima tantum verba, τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμιναι legebantur, eademque etiam Eustathius p. 1398, 20 affert. Valckenarius, qui Diatr. de Eurip. Fr. p. 163

primus haec edidit, non recte perspecta loci sententia, legendum censuit: *τραπέζας τρισκελεῖς σφενδαμνίνας*, sed recte *μείρακες* pro vulgato *μεῖραξ* restituit. At Cratinus mensas beatissimis epulis abunde cumulatas comparans cum virginibus lascivientibus, quae laetis oculis circumspiciant, solita audacia statim ipsas mensas appellavit virgines. Eadem ambiguitatis audacia usus est etiam in illis versibus apud Athenaeum I. p. 29 D. fabulae nomine non addito, qui ex Pytine videntur petiti esse, ubi Poesis vinolentiam Cratini reprehendens vinum cum pulcro puero componit:

Νῦν δ' ἣν ἴδῃ Μενδαῖον ἡβῶντ' ἀρτίως
Οἰνίσκον, ἕπεται κἀκολουθεῖ καὶ λέγει·
Οἴμ' ὡς ἁπαλὸς καὶ λευκός· ἆρ' οἴσει τρία;

Iam si illi duo versus pertinent ad descriptionem felicitatis futurae, quae in Legibus repraesentabatur, scribendum fuerit: *ἀναμενοῦσιν*. Ceterum usum verbi *γαυριᾶν* improbant Attici sermonis magistri, quorum praeceptum impugnat Antiatticista Bekkeri T. I. p. 87, 29: *Γαυριᾶν· καὶ τοῦτο μέμφονται· Δημοσθένης περὶ τοῦ στεφάνου, Εὐριπίδης Βάκχαις.* Inter maxima autem futurae illius felicitatis commoda poeta suo iure lautum convivium retulit, quoniam Attici magnopere exquisitis epulis et cibis delectabantur: cum Bacchicis autem sacris quoniam coenae et epulae splendidissimae coniunctae erant, propterea etiam in antiqua comoedia plurima exhibebantur convivia: recteque Plutarchus in vita Luculli c. 39 dicit: *Ἔστι δ' οὖν τοῦ Λουκούλλου βίου, καθάπερ ἀρχαίας κωμῳδίας, ἀναγνῶναι τὰ μὲν πρῶτα πολιτείαν καὶ στρατηγίας, τὰ δ' ὕστερα πότον καὶ δεῖπνα καὶ μονονουχὶ κώμους καὶ λαμπάδας καὶ παιδιὰν ἅπασαν.*

Ulixes Cratini forma quidem et externa specie, non tamen ingenio et proposito a ceteris huius poetae fabulis abhorruisse videntur: ad hanc formae diversitatem illud referendum est, quod Platonius p. VIII dicit prope accedere ad similitudinem mediae comoediae; et recte ille quidem ita statuit, dicit autem, ubi de Aristophanis Aeolosicone disserit: *Σκοποῦ γὰρ ὄντος τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ τοῦ σκώπτειν δήμους καὶ δικαστὰς καὶ στρατηγούς, παρεὶς ὁ Ἀριστοφάνης τὰ συνήθως ἀποσκῶψαι διὰ τὸν πολὺν φόβον Αἴολον τὸ δρᾶμα τὸ γραφὲν τοῖς τραγῳδοῖς ὡς κακῶς ἔχον διασύρει. Τοιοῦτος οὖν ἐστιν ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας τύπος, οἷός ἐστιν ὁ Αἰολοσίκων Ἀριστοφάνους καὶ οἱ Ὀδυσσεῖς Κρατίνου καὶ πλεῖστα τῶν παλαιῶν δραμάτων, οὔτε χορικὰ οὔτε παραβάσεις ἔχοντα.* Haec extrema cavendum est, ne secus interpretemur: neque enim hoc dicit Platonius plerasque antiquae comoediae fabulas et choricis carminibus et parabasi carere, id quod esset absurde mentientis, sed plerasque fabulas antiquae comoediae, quae his cantibus chori et parabasi destitutae sint, eandem speciem referre atque Aristophanis Aeolosiconem et Cratini Ulixes: nihil aliud igitur refert, quam plures etiam huiusmodi fabulas in antiqua comoedia reperiri, id quod verum esse satis superque docent comicorum reliquiae. Metus vero et formido, qua Aristophanem commotum esse Platonius dicit,

ut Aeolosiconem aliasque eiusmodi fabulas componeret, etiam Cratinum videtur impulisse, ut hoc argumentum tractaret. Memoriae enim proditum est comoediae antiquae licentiam iam illo tempore, quo Cratinus floruit, aliquamdiu fuisse lege refrenatam; vid. Scholiast. Aristoph. Acharn. v. 671, qui ubi de Euthymenis anno mentio facta est haec adiungit: *Οὗτος ὁ ἄρχων, ἐφ' οὗ κατελύθη τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν, γραφὲν ἐπὶ Μορυχίδου, καὶ ἴσχυσεν ἐκεῖνόν τε τὸν ἐνιαυτὸν καὶ δύο τοὺς ἑξῆς ἐπὶ Γίνου τε καὶ Θεοδώρου, μεθ' οὓς ἐπ' Εὐθυμένους κατελύθη.* Igitur inde ab Olymp. LXXXV. 1 quo anno Morychides fuit praetor, usque ad Olymp. LXXXV. 4, cuius anni Euthymenes fuit eponymus valuit illa lex. *Γίνου* autem, quod est apud Scholiastam, corrigendum est: *Γλαυκίνου*, vid. Dindorf. praef. ad Euripid. Alcest. p. VIII, ubi in didascalia illius tragoediae exstat: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίνου ἄρχοντος πέ ὀλ.* in Diodoro autem Siculo XII. 30 *Glaucides* appellatur.

Sed quod Scholiasta Aristophanis dicit *ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν* non ita est intelligendum ac si omnino vetitum fuisset comoedias docere, sed breviter est dictum pro *μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν.* Hoc vero quid sit recte mihi videor explanavisse in Fritzschii Quaest. Aristophan. p. 319, ubi haec scripsi: „Et mihi quidem non satis vere et pensiculate ii videntur statuere, qui illud quod vetitum erat, ne quis nominatim laederetur in comoedia, ita intelligunt, ac si posthac omnino non licuisset quemquam in scena nomine non celato notari, verum illis legibus nihil aliud fuit interdictum, nisi viros potentes et rei publicae gubernatores in scena repraesentari et nominatim integra comoedia famam eorum laedi: licuit sicut antea quemcumque vel nomine addito attingere passim atque lacessere." Satis superque illud possumus perspicere ex Cicerone de Republ. IV. 10. Confirmatur haec sententia etiam iis quae Xenophon in republ. Athen. 2, 18 de comoedia illius temporis hoc est media disserit: *Κωμῳδεῖν δ' αὖ καὶ κακῶς λέγειν τὸν μὲν δῆμον οὐκ ἐῶσιν, ἵνα μὴ αὐτοὶ ἀκούωσι κακῶς, ἰδίᾳ δὲ κελεύουσιν, εἴ τίς τινα βούλεται, εὖ εἰδότες ὅτι οὐχὶ τοῦ δήμου ἐστὶ οὐδὲ τοῦ πλήθους ὁ κωμῳδούμενος ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἀλλ' ἢ πλούσιος ἢ γενναῖος ἢ δυνάμενος· ὀλίγοι δέ τινες τῶν πενήτων καὶ τῶν δημοτικῶν κωμῳδοῦνται, καὶ οὐδ' οὗτοι ἐὰν μὴ διὰ πολυπραγμοσύνην καὶ διὰ τὸ ζητεῖν πλέον τι ἔχειν τοῦ δήμου· ὥστε οὐδὲ τοὺς τοιούτους ἄχθονται κωμῳδουμένους.* Eodem autem pacto quo hoc *μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν*, illud *μὴ κωμῳδεῖν* dictum esse, satis etiam apparet ex Aristidis oratione XL quae inscripta est *Συμβουλευτικὸς περὶ τοῦ μὴ δεῖν κωμῳδεῖν* (apud Dindorfium T. I. p. 751 — 761) nam haec quoque oratio sive potius inanis declamatio non tam ad universam comoediam reprimendam et evertendam, quam ad istam maledicendi et nominatim vexandi licentiam coercendam spectat. Neque conticuit hoc quadriennio comoedia antiqua, id quod satis luculento documento potest confirmari: ex inscriptione enim quae

est apud Boeckh. C. Inscr. T. I. N. 229 quamvis lacerata satis et magnis difficultatibus impedita, cognoscimus et Morychide archonte, cuius anno lata est illa lex, et Theodori anno, quo eadem valuit, comoedias doctas esse: haec enim ibi leguntur:

ΠΙ ΑΝΤΙΟΧΙΔΟΥ ΚΥ
Σ ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ Δ ΕΝΑ
ΜΩΙΔΙΑΙ ΕΠΙ ΤΙΜΟΚΛΕ
ΕΠΙ ΘΕΟΘΩΡΟΥ ΣΑΤΥΡΟΙΣ
ΕΡ ΟΙΣ ΣΙΔΗΡΟΙΣ ΕΠΙ ΠΥ
ΟΙΣ Ε ΕΠΙ ΑΝΤΙΟΧΙΔΟΥ
ΥΣΙΠΠΟΣ ΕΝΙΚΑΜΕΝ

ΠΟΥ ΚΑΤΑΧΗΝΑΙΣ
ΑΙΣ ΑΥΤΑΙ ΜΟΝΑΙΣΩ
ΠΙ ΔΙΟΦΑΝΤΟΥ ΔΙΟΝΥ
ΤΕΙ ΕΠΙ ΝΙΚΟΤΕΛΕΟΥΣ
Ε ΕΠΙ ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ
Ι ΕΠΙ ΜΟΡΥΧΙΔΟΥ
ΟΣ ΚΟΛΕΟΦΟΡΟΙΣ.

De qua inscriptione alibi pluribus erit disserendum, neque enim omni ex parte cum doctissimo interprete consentire possum: illud certe constat in hoc titulo plures poetas comicos, nescio quo ordine enumeratos eorumque fabulas addito praetorum nomine recensitas fuisse: et in hac quidem particula certe trium poetarum comoediae enumerantur, ex quibus primus inter priores poetas, qui antiquam comoediam illustraverunt, referendus est, isque edidit praetore Theodoro, hoc est eo tempore quo comoediae licentia fuit refrenata, *Satyros*, quae quidem fabula ut vel ex ipsa appellatione coniicere possis, aliena fuit ab ista, quam lex vetabat, maledicentia, sed tota in laetitia atque festivitate versabatur. Ecphantidis dramata crederem recenseri, si quidem Satyros docuit iste comicus (vid. Athen. III. p. 96 C: Ἐκφαντίδης δ' ἐν Σατύροις· Πόδας τ', ἐπεὶ δέοι, πριάμενον καταφαγεῖν Ἑφθοὺς ὑός.), sed non verisimile arbitror Ecphantidem poetam paulo antiquiorem Cratino usque ad Theodori annum (Olymp. LXXXV. 3) comoedias docuisse, quamquam sane Ecphantides etiam Cratini tempore viguit, hoc est post Olymp. LXXX. ita enim a Cratino non uno loco notatur, ut ista dicteria nisi in aemulum poetam aequalemque non possint cadere. Secundus autem poeta, cuius comoediae enumerantur, referendus est ad ea tempora, quibus antiqua comoedia iamiam labescere coepit: Lysippum fuisse ipse titulus dilucide monstrat: eius autem fabula, cui nomen fuit *Καταχῆναι*, quo nomine etiam Antimachus carmen inscripsit, quem secutus est Hadrianus, videtur iam antiquitus periisse: deinde ita titulum illum redintegro: (Βάκχ)αις, αὗται μόναι σώ(ζονται), nam huius solius fabulae memoria multis testimoniis firmatur, vid. Athen. III. p. 124 D, VIII. p. 344 E, Pollux VII. 37 et 41, VII. 89,

X. 50, X. 154, ita ut etiam ea omnia, quae sine fabulae nomine proferuntur, ad hoc drama revocanda videantur, vid. Photius p. 498,4. Hesychius v. *Βούδιος* et maxime Dicaearchus in vita Graeciae apud Creuz. Melett. III. p. 183 seqq. Nam quod Suidas dicit in v. *Λύσιππος· τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Βάκχαι, ὡς Ἀθήναιος λέγει ἐν γ' δειπνοσοφιστῶν καὶ ἐν τῷ η' καὶ ἕτερα αὐτοῦ δράματα Θυρσοκόμος*, id omni probabilitatis specie caret: vereor enim ne illud *Θυρσοκόμος* (si germanum est vocabulum, notat eum, cuius caput ad speciem thyrsi hedera est revinctum) cognomen fuerit ipsius Lysippi, quemadmodum Aristomenes *Θυροποιός* vel *Θυροκόπος* est vocitatus, Callias *Σχοινίων*, alii aliter. Tertius denique poeta rursus ad antiquiora tempora pertinet, eius enim fabulae ante bellum Peloponnesiacum sunt editae, archonte Lysimacho h. e. Olymp. LXXXVI. 1 (nisi forte Lysimachus is vocatur, qui alias Lysimachides audit quique Olymp. LXXXIII. 4 fuit praetor) et Morychide, et ut videtur Euthymene vel si malis Apseude praetore, certe quoniam in titulo isto legitur *ΥΣ ΚΟΛΕΟΦΟΡΟΙΣ* nomen praetoris in *ους* cadens requiritur: praetoris autem nomen non ita multo post Morychidem requiritur, ita ut prorsus arbitrer (*ἐπ' Εὐθυμένο*)*υς Κολεοφόροις* scribendum esse: fuerit igitur etiam haec fabula docta eo tempore, quo arctioribus terminis antiqua comoedia fuit circumsepta. Illud igitur facile quilibet intelligit auctorem legis non id egisse, ut comoediae prorsus nullae docerentur, neque enim id aequo animo tulissent Athenienses, praecipue cum coniunctae essent istae fabulae cum sacris Bacchi solemnitatibus, sed ut nimis effrenata licentia comicorum poetarum coerceretur.

Illa autem lex, quae lata est Morychide praetore, ad maledicendi licentiam minuendam, potissimum contra Cratinum videtur proposita fuisse: aequales enim poetae omnes videntur in componendis fabulis antiquum morem secuti esse, ita ut iocularia tantum et ridicula, licet frigida et saepe lepore prorsus destituta in medium proferrent: in hos igitur non cadebat illud populiscitum: sed Cratinus primus multa novavit altiusque extulit comoediae propositum, ita ut summa gravitate et severitate usus quaecumque vitiosa et noxia animadvertisset in rebus vel publicis vel domesticis, ea notaret et perstringeret: id vero cum principes civitatis aegre ferrent, videntur lege cavisse, ne ista licentia latius serperet. Et Cratinus quidem cum non posset libere quem vellet vexare, illo ipso tempore, quo comoediae licentia arctioribus circumsepta est terminis, hanc fabulam quam *Ὀδυσσεῖς* inscripsit, videtur composuisse: id nisi fuisset impedimentum obiectum, Cratinus, cuius ingenium vehemens sed generosum et omnino Aeschyleo simillimum fuit, vix compescuisset musam effervescentem luxuriantemque: qui quo animo fuerit Aristophanes aureis versibus in Equitibus v. 526 prodidit memoriae:

Εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ
Διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει καὶ τῆς στάσεως παρασύρων:

Ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς προθελύμνους·
Ἄισαι δ' οὐκ ἦν ἐν συμποσίῳ πλὴν Δωροῖ συκοπέδιλε,
Καὶ τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων· οὕτως ἤνθησεν ἐκεῖνος.

Cratini vim insignem et ubertatem ingenii idem rursus in Ranis celebrat v. 354, ubi iudicat, quanto intervallo recentiores comici poetae a Cratino diremti sint:

Εὐφημεῖν χρὴ κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν
Ὅστις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων ἢ γνώμῃ μὴ καθαρεύει,
Ἢ γενναίων ὄργια Μουσῶν μήτ' εἶδεν μήτ' ἐχόρευσεν,
Μηδὲ Κρατίνου τοῦ ταυροφάγου γλώττης βακχεῖ' ἐτελέσθη,
Ἢ βωμολόχοις ἔπεσιν χαίρει μὴ 'ν καιρῷ τοῦτο ποιοῦσιν.

Itaque Cratinus tunc, cum lascivia ista claustris legum firmissimis esset circumdata, nova argumenta debebat conquirere, in quibus eniteret: applicuit autem se ad fabulas mythicas tractandas, quae partim in populi ore vigebant, partim vel ab epicis vel a tragicis poetis saepe multumque erant exhibitae. Sed multum erraverit, qui ex hac externa specie tales comoedias eo fine esse compositas ut et fabulae istae, et poetae, qui antea serio easdem tractaverant, irriderentur: quamquam haec pervulgata plurimorum est opinio, qui existimant istas comoedias nihil aliud nisi parodias esse: at hi vim et naturam veteris Atticorum comoediae parum perspexerunt.

Et primum quidem non recte illi statuunt, qui Cratinum ceterosque Atheniensium comicos poetas cum Epicharmo componunt, et ex Sicula comoedia ludicram illam fabularum tractationem Athenas translatam esse censent, immemores veteris proverbii, duo cum faciant idem, non esse idem. Nam Epicharmi quidem comoediarum prorsus alia fuit ratio atque Cratini: uterque sane argumenta ex antiquis illis fabulis, quae de diis ferebantur, tractanda sibi sumsit, sed dispari consilio et ratione hac in re versati sunt. Nam Epicharmus, cum multum studii operaeque in Pythagorae doctrina collocavisset, voluit secundum illius placita ea quae ad res divinas pertinerent conformare et populo proponere: itaque deos non sustulit penitus, sed ad rerum naturam numina revocavit: nullo igitur pacto Epicharmi comoedia illud spectavit, ut sanctitas deorum violaretur aut religio ex animis hominum exstirparetur, sed potius ut omnem de rebus divinis dubitationem, quae hominum mentes sollicitaret, penitus removeret. Solebant enim tunc, iam religionis sanctitate cultuque deorum imminuto, aucta vero animorum alacritate ingeniique acumine, rerum naturam perscrutari multumque de divina vi et natura quaerere; documento est ipse ille Hiero, Epicharmi aequalis; vid. Cicero de Natura Deor. I. 22: „Rogas me, quid aut quale sit deus: auctore utar Simonide, de quo cum quaesivisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi sibi unum diem postulavit: cum idem ex eo postridie quaereret, biduum petivit: cum saepius duplicaret numerum dierum admiransque Hiero requireret, cur ita faceret, Quia quanto, inquit,

diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. Sed Simonidem arbitror, non enim poeta solum suavis, verum etiam ceteroqui doctus sapiensque traditur, quia multa venirent in mentem acuta atque subtilia, dubitantem quid eorum esset verissimum, desperasse omnem veritatem.“ His igitur dubitationibus ut adversaretur, Epicharmum comoedias scripsisse existimo: pravas enim de diis opiniones, quibus hominum mentes imbutae erant vanaque commenta pariter atque stultam arrogantiam, quae rationem et providentiam in mundo inesse negaret, tollere et ex animis delere studuit: non igitur sustulit religionem et sanctitatem deorum, sed eam ita firmare studuit, ut ad rerum naturam omniaque ea, quae sub oculos caderent, referret: omnibus enim his naturis divinitatem et aeternitatem inesse, numina igitur quasi species quasdam esse, quibus tanquam involucro aliquo rerum omnium divinitas significaretur; quorsum spectat Menandri illud apud Meinekium p. 196:

Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει
Ἀνέμους, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀστέρας.

Et aeternitatem quidem deorum luculenter docet Epicharmus illis versibus, quos ex Alcimo Diogenes Laert. III. 10 servavit:

A. Ἀλλ' ἀεὶ τοὶ θεοὶ παρῆσαν χὐπέλιπον οὐπώποκα.
Τάδε δ' ἀεὶ πάρεσθ' ὅμοια, διά τε τῶν αὐτῶν ἀεί.
B. Ἀλλὰ λέγεται μὰν χάος πρᾶτον γενέσθαι τῶν θεῶν.
A. Πῶς δέ κ'; ἀμάχανον γ' ἀπό τινος μολέν, ὅ τι πρᾶτον μόλοι.)*
B. Οὐκ ἄρ' ἔμολε πρᾶτον οὐδέν; A. Οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον.

---

*) Ita corrigendum: vulgo legitur: *ἀμάχανόν γ' ἀπό τινος μηδὲν ὅτι* (vel *ὅττι*) *πρᾶτον μόλοι.* scripsi *μ ο λ έ ν*, quod et institutae sententiae convenit et a litterarum vestigiis proxime abest: versus autem numero cave offendaris: nam ut Doriensium sermo popularis potissimum horridus est et inconditus, ita versus quoque Epicharmi pingue quiddam et asperum sonant; itaque in locum trochaeorum sine ullo discrimine anapaesti, dactyli, et quod non recte homines docti negarunt, etiam spondei substituuntur: mixti autem sunt in Epicharmi fabulis versus satis laeves et leniter profluentes cum horridis, qui impari incessu os legentis vastissime diducant, uti est in illo notissimo carmine:

Νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει· τἆλλα κωφὰ καὶ τυφλά.
Πῶς κεν ἴδοιεν τὰν σοφίαν πέλας ἑσταχυῖαν ἀνέρες,
Ὧν τὸ κέαρ πάλῳ σέσακται καὶ δυσεκνίπτῳ τρυγί;

ubi cave *πῶς κ' ἴδοιεν* aut *ὧν τὸ κῆρ* substituas: male vero duo extremi versus apud Stobaeum ex Cercidae meliambis proferuntur, quod homines doctos in errorem induxit: Cercidae enim fragmentum prorsus excidit. Hoc ipsum autem quod numeri essent asperi et inconditi, in Epicharmo notavit Horatius, ubi Plautum ad Siculi poetae exemplum se conformavisse contendit, Epist. II. 1, 58:

Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi.

Nam nimiam festinationem maxime in versibus componendis reprehendit in Plauto, eodem prorsus modo dixit in Epist. ad Pisones v. 258, ubi exulare iubens spondeos ex pari sede trimetri, Accii et Ennii versus ita culpat:

Hic et in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus, et Enni

et quae sequuntur. Item deum esse potentissimum, eumque observare quid quisque hominum agat aut sentiat docet illis versibus apud Clement. Alex. Strom. V. p. 708:

In scenam missos magno cum pondere versus
Aut *operae celeris nimium curaque carentis*
Aut ignoratae premit artis crimine turpi.

Et ibidem v. 270 hanc ipsam negligentiam in Plauto animadvertit:

At vestri proavi Plautinos et numeros et
Laudavere sales, nimium patienter utrumque,
Ne dicam stulte, mirati: si modo ego et vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto,
Legitimumque sonum digito callemus et aure.

Ceterum homines docti, qui illo loco:

Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi,

ipsius Horatii iudicium exhiberi existimant, a veritate prorsus aberrant: quamquam sane Horatius quoque Plauti versuum asperitatem improbavit: verum enim vero Horatius illic inde a v. 50 reprehendit criticorum perversitatem, qui antiquorum tantum poetarum carmina probarent, Varronem autem potissimum respexit eiusque iudicia recensuit. Varro enim cum animadvertisset quantopere Romani a maiorum more descivissent quantaque corruptela et depravatio omnes et humanas et divinas res infecisset, summo studio ex perditis rebus revocare et instaurare conatus est, in qua quidem re ita versatus est, nihil ut fingeret aut artificiose componeret, sed omnia in maiorum moribus et institutis collocaret, ex quibus nova quasi vita, sed melior diuturniorque propagaretur altasque ageret radices. Itaque cum ingentem vim et materiam doctrinarum complexus, etiam liberalium artium litterarumque optimarum studia attigisset, quaesivit maxime, quantum Romani maioribus natu in his quoque rebus deberent, reiecta, ut videtur, sui aevi doctrina. Varronis autem cum esset summa auctoritas, ii poetae qui Graecarum litterarum studiis posthabitis ad antiqua Romana exempla se componebant, eius iudiciis usi impugnabant illam rationem, quam Virgilius, Horatius, alii sequebantur: erant enim sane tunc Romae duae quasi poetarum familiae, quarum una Graecas litteras unice admirabatur et aemulabatur, altera nihil nisi antiquorum Romanorum opera probabat: sed de his disserere non est huius instituti. Horatius igitur cum vellet se ab istorum criminationibus defendere, acriter illa iudicia impugnavit: itaque hoc loco Varronis sententias, quas ille in libris de lingua Latina, de proprietate sermonum, de poematis, de poetis, aliis fortasse proposuerat, examinat et sub iudicium vocat. Varronis censuram maxime prodit ille versus, (Dicitur)

Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte,

qui quidem prorsus congruit cum Varronis iudicio, quod ex libro V de lingua Latina ad Marcellum affert Charisius II. p. 215: *Ἤθη nulli alii servare convenit, quam Titinnio et Terentio: πάθη vero Trabea et Attilius et Caecilius facile moverint.* et idem in satira Menippea quae inscripta fuit Parmeno, apud Nonium v. Melos: *In argumentis Caecilius poscit palmam, in ethesi Terentius, in sermonibus Plautus.* Caecilio igitur, cum ea argumenta eligeret, quae vehementer spectantium animos permoverent et incitarent, cum flumine gravissimorum verborum sententiarumque uteretur, Varro πάθη dixit convenire, gravitatem Horatius: uti Terentio ille ἤθη, ita hic artem tribuit, quoniam suaviter et artificiose mores hominum vitaeque quotidianae consuetudinem describeret eamque comitate verborum sententiarumque facilitate exornaret. Singulari autem cura Varro Plautinas fabulas fuit complexus, scripsit enim de comoediis Plauti, item quaestionum Plautinarum edidit libros, denique idem argumentum in libris de Poetis tractavit. Varroni autem maxime probatum esse Plautinum sermonem apparet ex illo loco,

Οὐδὲν ἐκφεύγει τὸ θεῖον· τοῦτο γινώσκειν σε δεῖ·
Αὐτός ἐσθ' ἁμῶν ἐπόπτας· ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν θεός.

Ipsae comoediarum reliquiae satis docent Epicharmum ita his fabulis, quas maiores tradiderant, usum esse, ut aequales de rerum natura meliora edoceret: et in fabuloso quidem argumento ex tri-

---

quem supra adscripsi, qua quidem in re maxime secutus est Aelii Stilonis, hominis doctissimi, cuius institutione ipse usus erat, sententiam, vid. Quinctilian. X. 1: „In comoedia maxime claudicamus, licet Varro dicat, Musas Aelii Stilonis sententia Plautino sermone locuturas fuisse, si latine loqui vellent: licet Caecilium veteres laudibus ferant; licet Terentii scripta ad Scipionem Africanum referantur: quae tamen sunt in hoc genere elegantissima et plus adhuc habitura gratiae, si intra versus trimetros stetissent." Quinctilianus autem etiam in iis, quae de Caecilio et Terentio dixit, Varronis censuram videtur respexisse. Sed Varro quamvis sermonem Plautinum eximie laudaret, numerorum tamen negligentiam improbavit, videturque ad illam incuriam notandam usus esse ipsius Plauti epigrammate, vide Gellium Noct. Att. I. 24: „Epigramma Plauti, quod dubitassemus an Plauti foret, nisi a M. Varrone positum fuisset in libro de poetis primo:
Postquam morte datust Plautus, comoedia luget,
Scena est deserta: dein Risus, Ludu' Iocusque
Et *numeri innumeri* simul omnes collacrumarunt."
numeri enim *innumeri* non pedestris oratio sed versus sunt arte et numeri lege carentes, est igitur eodem modo dictum, quo Ennius *innuptas nuptias* dixit. Istam igitur numerorum asperitatem Varro videtur repetiisse a diligenti Epicharmearum comoediarum studio itaque Plautum excusavisse: pertinet huc fortasse, quod ex libro primo de poetis affert Priscianus IX. T. I. p. 452 ed. Krehl: *Deinde se ad Siculos applicavit.* Horatius igitur, Varronis censuram respiciens dixit:
Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi.
Et sic reliqua quoque prorsus Varroni conveniunt, ut illud de Afranio iudicium:
Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.
Quinctilianus illo loco, quem modo dixi, in iis quae de Afranio censet, sane Varronem ante oculos habuisse videtur: „Vix levem consequimur umbram adeo ut mihi sermo ipse Romanus non recipere videatur illam solis concessam Atticis venerem, quando eam ne Graeci quidem in alio genere linguae obtinuerint: togatis excellit Afranius utinamque non inquinasset argumenta puerorum foedis amoribus, mores suos fassus." sed Quinctilianus hic ut alibi, nimium de laude Latinarum litterarum detrahit. Iam vero ipse Afranius testatus est in Compitalibus (apud Macrob. VI. 1) se studiose aemulatum esse Menandrum:
Ego fateor, sumsi non ab solo illo modo,
Sed ut quisque habuit, conveniret quod mihi,
Quod me non posse facere melius credidi,
Etiam a Latino.
Adde Ciceronem de Finibus I. 3: „Locos quidem quosdam si videbitur transferam et maxime ab iis, quos modo nominavi, cum inciderit, ut id apte fieri possit, ut ab Homero Ennius, Afranius a Menandro solet." Varronis vero iudicia secutus est etiam Velleius I. 17: „Nisi aspera et rudia repetas et inventi laudanda nomine, in Attio circaque eum Romana tragoedia est: dulcesque Latini leporis facetiae per *Caecilium Terentiumque* et *Afranium* suppari aetate nituerunt." et idem infra II. 9: „Clara etiam per idem aevi spatium fuere ingenia, in togatis *Afranii*, in tragoediis Pacuvii: atque Attii, usque in Graecorum ingeniorum comparationem evecti." Illud quoque, quod

ginta sex fabulis, tot enim Epicharmum scripsisse existimo,*) versatae sunt fere duodeviginti, quod vel comoediarum tituli arguunt: ceterarum argumenta plerumque ex vitae communis consuetudine petita sunt, sed ne hae quidem comoediae plane expertes fuerunt

---

de Accio et Afranio dicit Velleius, tanquam Romanae tragoediae auctoribus, prorsus componi potest cum illis Horatii versibus:

Ambigitur quoties uter utro sit prior, aufert
Pacuvius docti famam senis, Attius alti.

uterque enim Varronem secutus est: conferas Quinctilianum X. 1: „Tragoediae scriptores veterum Attius atque Pacuvius clarissimi gravitate sententiarum, verborum pondere, auctoritate personarum: ceterum nitor et summa in excolendis operibus magis videri potest temporibus, quam ipsis defuisse: *virium* tamen *Attio* plus tribuitur, *Pacuvium* videri *doctiorem*, *qui esse docti affectant*, volunt." ubi eos qui docti videri velint, Varronis doctissimi latina lingua loquentium sectatores dicere videtur. Item quae criticorum de Ennio et Naevio iudicia Horatius affert, Varronis sunt existimanda:

Ennius et sapiens et fortis et alter Homerus
Ut critici dicunt, leviter curare videtur,
Quo promissa cadant et somnia Pythagorea.
Naevius in manibus non est et mentibus haeret
Paene recens? adeo sanctum et vetus omne poema.

Verum haec longiorem disputationem requirunt.

*) Ambigunt de numero fabularum, quas Epicharmus scripserit. Grammaticus de comoedia antiqua apud Dindorf. p. XII: *Ἐπίχαρμος· οὗτος πρῶτος τὴν κωμῳδίαν διερριμένην ἀνεκτήσατο πολλὰ προσφιλοτεχνήσας· χρόνοις δὲ γέγονε κατὰ τὴν ογ΄ Ὀλυμπιάδα, τῇ δὲ ποιήσει γνωμικὸς καὶ εὑρετικὸς καὶ φιλότεχνος, σώζεται δὲ αὐτοῦ δράματα μ΄, ὧν ἀντιλέγονται δ΄.* At vero Suidas p. 1415 ed. Gaisf.: *Ἐπίχαρμος — ἐδίδαξε δὲ δράματα νβ΄, ὡς δὲ Λύκων φησὶ τριάκοντα πέντε*, ubi haud scio an corrigendum sit *μβ΄*: similiter prorsus in numero fabularum Aristophaniarum fuit erratum: ita autem ex parte certe imminuitur nimia illa discrepantia, si Suidas quadraginta duas comoedias fuisse tradit, Lyco autem, qui videtur Iasensis ille esse, qui de Pythagora scripserat, vid. Athenaeus X. p. 418 E, triginta quinque, auctor vero libelli illius de comoedia, quadraginta. Lyco enim eandem fere rationem iniit, quam grammaticus ille, qui ex his quadraginta fabulis quatuor subditicias esse censuit, ita ut germanae sint triginta sex. Totidem autem iure mihi videor ad auctorem Epicharmum referre: sunt autem hae: *Ἀγρωστῖνος, Ἁλκύων, Ἄμυκος, Ἁρπαγαί, Βάκχαι, Βούσιρις, Γᾶ καὶ Θάλασσα, Διόνυσοι, Ἐλπὶς ἢ Πλοῦτος, Ἑορτὰ καὶ Νᾶσοι, Ἐπινίκιος, Ἄβας γάμος, Ἡρακλῆς ὁ παρὰ Φόλῳ* (ita enim fuit haec fabula inscripta, vid. Eustratius ad Aristotel. Eth. Nicom. III. 5, 5; recte enim Camerarius haec emendavit: fabulam non ignobilem in Geryonide etiam Stesichorus attigit, vid. Athen. XI. p. 499 A; ceterum hunc vel alterum illum Herculem respexit Antiatticista Bekkeri T. I. p. 83, 28) *Ἡρακλῆς ὁ ἐπὶ τὸν ζωστῆρα*, (Schol. Venet. ad Aristoph. Pac. v. 73.) *Θεαροί, Κύκλωψ, Κωμασταὶ ἢ Ἅφαιστος, Λόγος καὶ Λογίνα* (sic fuit ista comoedia inscripta, a vocabulo *λόγος* descendit *λογίνη* eodem pacto, quo *Κλεοβουλίνη* a *Κλεόβουλος*, *Εὐηνίνη* ab *Εὐηνός*, alia: cf. Grammaticum Crameri, qui T. II. p. 134 *Εὐκολίνη* et *Λογίνη* componit:) *Μεγαρίς, Μῆνες* (si revera ita fabula fuit inscripta, restituendum est *Μᾶνες*, sed vereor ne uterque Hesychii locus v. *Σκυφοκώνακτος* et v. *Σκωρνυφίαν* sit corruptus, scribendumque sit *Μύες*, quo nomine Xenocles Atheniensis docuit fabulam, si vera refert Scholiasta Aristoph. Pac. v. 770: quamquam de hac re admodum dubito: *Minyas* commemorari crederem, quo nomine etiam Chaeremonis tragoedia inscripta fuit, vid. Athenaeus XIII. p. 608 F, sed ipsa interpretis verba omne

eius rationis, quam studiosissime secutus est Epicharmus. Sed quo facilius perspiciatur, quo pacto fabulosa illa argumenta Siculus poeta tractaverit, uno aliquo exemplo defungar. Ex iis enim versibus, quos Diogenes ex Alcimo affert, satis intelligimus, qua ratione Epicharmus doctrinam, quam a Pythagora acceperat, fabulis istis accomodaverit atque ad popularem captum propius adduxerit: sic in Ulixe naufrago illum heroem cum Eumaeo subulco de ratione, quae fusa sit et manet per omnia, quae in rerum natura conspiciantur, disserentem induxit, vid. Diog. Laert. III. 16:

Εὔμαιε, τὸ σοφόν ἐντι οὐ καθ' ἓν μόνον,
Ἀλλ' ὅσσα περ ζῇ, πάντα καὶ γνώμαν ἔχει.
Καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τῶν ἀλεκτορίδων γένος,
Αἰ λῇς καταμαθῆν ἀτενές, οὐ τίκτει τέκνα
Ζῶντ', ἀλλ' ἐπώζει καὶ ποιῇ ψυχὰν ἔχειν·
Τὸ δὲ σοφὸν ἁ φύσις τόδ' οἶδεν ὧς ἔχει
Μόνα· πεπαίδευται γὰρ αὐταύτας ὕπο.

item de similitudine et cognatione, qua quasi vinculo firmissimo natura animantes coniunxerit, Ulixes disputat:

Θαυμαστὸν ὧν οὐδέν με ταῦθ' οὕτω λέγειν,
Καὶ ἁνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς καὶ δοκῆν
Καλῶς πεφύκην· καὶ γὰρ ἁ κύων κυνὶ
Κάλλιστον ἦμεν φαίνεται, καὶ βοῦς βοΐ,
Ὄνος δ' ὄνῳ κάλλιστον, ὗς δέ θην ὑΐ.

Epicharmus igitur cum argumenta ex ingenti ista fabularum copia tractaret, hominum pravas de djis opiniones emendare dubitationesque penitus tollere studuit ita, ut omnia ad philosophiae praecepta revocaret: et in hac quidem re distat vel ut recte dicam praestat Atheniensium comicis poetis, quod non contentus falsa commenta evertisse nova quaedam incrementa substituit, quibus sanctitas

---

emendandi periculum procul repudiant: itaque ille temere tragoediae nomen videtur commentus esse: at Epicharmeae comoediae titulum *Μᾶνες* quodam modo tuetur simillima Syracusani poetae fabula *Τριακάδες*.) *Μῶσαι, Ὀδυσσεὺς Αὐτόμολος, Ὀδυσσεὺς Ναυαγός, Ὀρύα, Περίαλλος, Πέρσαι, Πίθων, Πύρρα ἢ Προμαθεύς, Σειρῆνες, Σκίρων, Σφίγξ, Τριακάδες, Τρῶες, Φιλοκτήτης, Χορεύοντες* sive *Χορευταί* (vid. Herodian. *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 12, 7) *Χύτραι*. Quamquam vereor ne in hoc numero una vel altera fabula sit commenticia atque in eius locum substituenda sit *Ἀταλάντα* sive rectius *Ἀταλάνται*: neque enim recte homines docti hanc fabulam Epicharmo abiudicare et ad Phormidem transferre voluerunt, qui et ipse videtur eius nominis comoediam docuisse, vid. Athen. XIV. p. 652 A.; temere autem hae Italorum poetarum comoediae confusae sunt cum Attica fabula, quam sive Strattis sive alius quis aequalis poeta composuit. Hae igitur sunt triginta illae sex comoediae, quas omnium consensione Epicharmus scripsisse perhibebatur: quatuor autem illa dramata, (si tamen recte haec dramata vocanda sunt, poterant certe ad hoc commune nomen referri,) quae auctor libelli de comoedia his praeterea adiungit, quaeque subditicia esse arguit, Athenaeus XIV. p. 648 D loco nondum satis expedito recenset. Est autem grammaticus ille fide dignissimus et ut Epicharmi ita etiam ceterorum poetarum comoedias recte recensuit.

deorum atque religio firmaretur, cum Atticae comoediae auctores aequalium impietatem quidem et simulatam illam pietatis speciem acerrimo odio insectarentur, neque vero docerent, quid de natura deorum statuendum esset: sed haec fuit ratio propria antiquae Atticae comoediae, ut erroribus, qui aequalium animos occupaverant refutandis vitiorumque exemplis sub oculorum adspectu positis, docerent quid verum rectumque esset: atque haec ipsa ratio poetam, qui quidem dignus est hoc nomine, omnino decet: Epicharmus proxime ad philosophorum rationem accessit, et hoc nomine dignus est ea laude, qua Müllerus, vir summus in Doriensibus T. II. p. 359 eum decoravit, posthabitis Atticae comoediae poetis: „Die Attiker waren, nach Aristophanes zu urtheilen, fast einseitig praktisch; und eine gewisse im Leben entstandene Ueberzeugung, was dem Volke fromme, bildete den Ausgangspunkt ihrer Komik: bei Epicharm lag, wenn die wahrgenommenen Elemente seiner Poesie organisch verbunden waren, eine philosophische Weltansicht im Mittelpunkte, deren Erhabenheit der Komik erst ihre wahre Freiheit und Heiterkeit geben konnte, und dabei entbehrte die Lebensbetrachtung auch nicht des scharfen und eindringenden Verstandes, der die Siculer charakterisirt.“

Cratinus vero et ceteri antiquae comoediae Atticae poetae si talia argumenta sibi proposuerunt, nequaquam idem consilium secuti sunt, quod Epicharmus, ut quae de diis ferebantur, melius conformarent et revocarent ad philosophorum placita, id quod prorsus abhorret et a poesis natura et Atticae comoediae instituto: multo minus autem illud spectaverunt, ut fabulas illas, quamvis multa in iis contra dignitatem sanctitatemque deorum essent ficta, riderent et tanquam vanas et temere confictas exagitarent: id enim prorsus non cadit in antiquam comoediam, quae divini numinis sanctitatem et castimoniam acerrimo studio tuetur. Verum poetae illi his fabulis tanquam involucris quibusdam usi sunt, quibus paulo obscurius significarent, quae libere in omnium conspectum proferre non licuit: itaque factum est iis demum temporibus, quibus antiquae comoediae effrenata licentia legum vinculis erat circumdata. Verum enim vero ut fabulis illo modo uterentur, ea demum aetate fieri potuit, ubi reverentia deorum et religio multum iam erat imminuta et pravis erroribus contaminata: nam eo tempore, ubi dii sancte religioseque coluntur et publice et privatim, ne sic quidem poetis licuerit his fabulis, quae de diis feruntur, tanquam externa aliqua specie uti sive ut recte dicam abuti. Antiquae autem comoediae Atticae poetae, licet acerrime insectentur quaecunque novantur in rebus et humanis et divinis, licet summo studio tueantur et summis laudibus efferant antiquitatem eiusque memoriam in aequalium animis renovent, non tamen expertes sunt novitiae disciplinae, sed eodem, quo ceteri, turbine feruntur: neque enim fieri potest ut quis eos terminos, quibus ipsius saeculum descriptum est, audaci impetu transiliat: verum hoc magna ingenia aequales superant, quod quo

nitatur aevum perspiciunt: et ob id ipsum comici poetae saeculi mores sub iudicium vocant aequalesque docent.

Sed ut claro aliquo exemplo demonstrem, quid potissimum antiqua comoedia his fabulis tractandis secuta sit, Aristophanis Ranas seligam, in qua fabula Bacchum induxit, Herculis speciem ementitum, tanquam hominem aliquem vanum, mollem, effeminatum: id quod permulti homines docti in dei contumeliam et irrisionem factum esse censuerunt: a qua longissime abfuit poeta pius et castus. Verum enim vero Bacchi persona in illa comoedia Aristophanes ita usus est, ut ingenium moresque populi Atheniensis clarissime illustraret: neque enim alio modo licuit ipsam veritatem eiusque speciem, in qua defixus erat poetae animus, repraesentare: iners enim fuisset ars, si tanquam rerum gestarum scriptor, accurate et diligenter unamquamque rem poeta comicus descripsisset, quod vitium graeci poetae studiosissime fugiunt, recentiores prae nimia ignorantia recti etiam adamarunt: Attici vero comici antiqui praesentiam ad pulcritudinis speciem referunt eique formam convenientem induunt, ita ut quidque vigere et vivere videatur. Bacchi autem personam elegit poeta, quoniam quae essent Atheniensium iudicia de poesi, indicare voluit: Bacchi enim in tutela erant solennitates illae atque ludi. Sed ut quilibet agnosceret, quid poeta vellet hac imagine significare, omnia illa, quae in Atheniensibus illo tempore animadvertebat castiganda, in dei speciem transtulit. Itaque Bacchum induxit, quem Xanthias servus satis procax sequitur, ut non obscure indicaret, Athenis libertatem in nimiam convertisse licentiam, ita ut etiam servi satis proterve illuderent heris: superbiam autem et licentiam servitiorum tunc plane effrenatam fuisse testatur Xenophon in Atheniensium republica c. I. 10 seqq.: tangitque Aristophanes saepius in hac fabula, ubi Bacchum herum tanquam servi Xanthiae servum fere exhibuit. Licentiam servorum clare illustrant illa v. 494, ubi Bacchus ait:

Ἴθι νυν ἐπειδὴ λημματιᾷς κἀνδρεῖος εἶ
Σὺ μὲν γενοῦ 'γώ, τὸ ῥόπαλον τουτὶ λαβὼν
Καὶ τὴν λεοντῆν, εἴπερ ἀφοβόσπλαγχνος εἶ·
Ἐγὼ δ' ἔσομαί σοι σκευοφόρος ἐν τῷ μέρει.

Multo autem maxime animi servorum sublati sunt, cum servi in communionem militiae vocati, qui pugnae ad Arginusas interfuissent, civitate essent donati; itaque v. 32 servus dicit:

Οἴμοι κακοδαίμων, τί γὰρ ἐγὼ οὐκ ἐναυμάχουν;
Ἦ τἄν σε κωκύειν ἂν ἐκέλευον μακρά.

Athenienses enim iam plurimum a maiorum fortitudine recesserant et plurimi militiam detrectabant, quamvis saepissime virtutem et res fortiter gestas creparent: itaque poeta instituit, ut Bacchus fortem se videri vellet indueretque cultum habitumque Herculis, ita tamen ut vestigia quaedam Bacchi relicta essent, itaque Hercules ridens v. 45:

Ἀλλ' οὐχ οἷός τ' εἴμ' ἀποσοβῆσαι τὸν γέλων,
Ὁρῶν λεοντῆν ἐπὶ κροκωτῷ κειμένην.
Τίς ὁ νοῦς; τί κόθορνος καὶ ῥόπαλον ξυνηλθέτην;

Bacchum autem per omnem fabulam timidissimum repraesentavit, ut hac imagine doceret, quae esset populi Atheniensis ignavia: compares cum alia tum maxime quae leguntur inde a v. 479 usque ad v. 500. Item poeta intermissum et neglectum a plerisque rei navalis studium, quod Athenas in summum potentiae fastigium extulit, acerbe notat, ubi Bacchus h. e. populus Atheniensis, dicit:

Κᾆτα πῶς δυνήσομαι
Ἄπειρος, ἀθαλάττωτος, ἀσαλαμίνιος
Ὤν, εἶτ' ἐλαύνειν;

vid. v. 203. Sed Athenienses quamvis armorum et remorum exercitationibus neglectis illa aetate minus valerent, in summa ignavia tamen temeritatem et audaciam prae se ferebant et incauti in pericula ante oculos posita irruebant, itaque etiam Bacchum poeta fecit ita loqui v. 280:

Ἠλαζονεύεθ', ἵνα φοβηθείην ἐγώ,
Εἰδώς με μάχιμον ὄντα, φιλοτιμούμενος.
Οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρόν ἐσθ' ὡς Ἡρακλῆς.
Ἐγὼ δέ γ' εὐξαίμην ἂν ἐντυχεῖν τινι,
Λαβεῖν τ' ἀγώνισμ' ἄξιόν τι τῆς ὁδοῦ.

Sed quam inanis et vana haec sit audacia eximie in iis quae sequuntur, sub conspectu omnium ponit. Inconstantiam vero et levitatem, quas Athenienses iam a maioribus quasi hereditate acceptas strenue tuebantur, eiusdem Bacchi exemplo v. 522 seq. probat et ut spectantibus plane persuaderet, quanta sit temerariae illius levitatis pernicies, chorum fecit ita ridere hanc ingenii varietatem:

Ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστι
Νοῦν ἔχοντος καὶ φρένας καὶ
Πολλὰ περιπεπλευκότος,
Μετακυλινδεῖν αὑτὸν ἀεὶ
Πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον
Μᾶλλον ἢ γεγραμμένην
Εἰκόν' ἑστάναι, λαβόνθ' ἓν
Σχῆμα· τὸ δὲ μεταστρέφεσθαι
Πρὸς τὸ μαλθακωτέρον
Δεξιοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι
Καὶ φύσει Θηραμένους.

rursus eandem multitudinis inconstantiam attigit v. 599, saepius. Huic vitio vicinum aliud, credulitatem non inscite itidem Bacchi exemplo ostendit, v. 274:

ΔΙΟ. Κατεῖδες οὖν που τοὺς πατραλοίας αὐτόθι
Καὶ τοὺς ἐπιόρκους, οὓς ἔλεγεν ἡμῖν; ΞΑΝ. Σὺ δ' οὔ;
ΔΙΟ. Νὴ τὸν Ποσειδῶ 'γωγε, καὶ νυνί γ' ὁρῶ.

Itaque cum Atheniensis multitudo facile fidem haberet iis, qui gubernacula rei publicae regebant, virorumque populariùm maximà

esset auctoritas, Aristophanes non illepide ita instituit, ut tabernariae istae Baccho ad inferos accedenti ista minarentur 569:

A. Ἴθι δὴ κάλεσον τὸν προστάτην Κλέωνά μοι.
B. Σὺ δ' ἔμοιγ', ἐάνπερ ἐπιτύχῃς Ὑπέρβολον,
Ἵν' αὐτὸν ἐπιτρίψωμεν. *A.* Ὦ μιαρὰ φάρυγξ,
Ὡς ἡδέως ἄν σου λίθῳ τοὺς γομφίους
Κόπτοιμ' ἄν, οἷς μου κατέφαγες τὰ φορτία.
B. Ἐγὼ δέ γ' ἐς τὸ βάραθρον ἐμβάλοιμί σε.
A. Ἐγὼ δὲ τὸν λάρυγγ' ἂν ἐκτέμοιμί σου,
Δρέπανον λαβοῦσ', ᾧ τὰς χόλικας κατέσπασας.
Ἀλλ' εἶμ' ἐπὶ τὸν Κλέων', ὃς αὐτοῦ τήμερον
Ἐκπηνιεῖται ταῦτα προσκαλούμενος.

Qua quidem ratione non obscure significavit, quantus sit terror illorum hominum, qui populi gratiam captabant. Neque vero morum corruptelam atque depravationem, quae illa aetate iam fuit summa, praetermisit, sed eam saepius notavit, uti v. 414, rursus v. 738:

ΔΙ. Νὴ τὸν Δία, τὸν σωτῆρα, γεννάδας ἀνὴρ
Ὁ δεσπότης σου. *ΞΑ.* Πῶς γὰρ οὐχὶ γεννάδας,
Ὅστις γε πίνειν οἶδε καὶ βινεῖν μόνον;

Praetereo alia, quae poeta ex moribus Atheniensium ad Bacchi ingenium transtulit, ut claram aliquam imaginem multitudinis Atticae exhiberet. Iam ut Athenienses Euripidem dum erat in vivis tanquam summum poetam admirati erant, ita eundem mortuum maxime desiderabant: itaque poeta Bacchum quoque Euripidis visendi cupiditate incensum ad inferos adducit, cf. v. 53:

ΔΙ. Καὶ δῆτ' ἐπὶ τῆς νεὼς ἀναγιγνώσκοντί μοι
Τὴν Ἀνδρομέδαν πρὸς ἐμαυτὸν ἐξαίφνης πόθος
Τὴν καρδίαν ἐπάταξε πῶς οἴει σφόδρα;

et deinde post multas ambages verborum clare quale sit desiderium eloquitur:

Τοιουτοσὶ τοίνυν με δαρδάπτει πόθος
Εὐριπίδου καὶ ταῦτα τοῦ τεθνηκότος,
Κοὐδείς γε μ' ἂν πείσειεν ἀνθρώπων τὸ μὴ οὐκ
Ἐλθεῖν ἐπ' ἐκεῖνον.

Non sine causa Andromedam dixit, quae fabula prorsus effeminata atque enervata, plurima tamen ad spectantium animos commovendos continebat: at ob id ipsum quod omni gravitate et dignitate destituta est, saepenumero eam exagitat Aristophanes eaque tamquam exemplo utitur, quo ostendat Euripidem nihil aliud spectare, quam ut voluptatum lenociniis spectantium animos efferat, aut moeroris magnitudine affligat, his autem impotentibus affectibus civium animos languescere et enervari. Illis autem exemplis, quae Euripides in tragoedia proposuit, animos teneros depravari censet etiam Plato de Republ. III. p. 395 D: *Οὐ δὴ ἐπιτρέψομεν, ἦν δ' ἐγώ, ὧν φαμεν κήδεσθαι καὶ δεῖν αὐτοὺς ἄνδρας γενέσθαι ἀγαθούς, γυναῖκα μιμεῖσθαι ἄνδρας ὄντας, ἢ νέαν ἢ πρεσβυτέραν, ἢ ἀνδρὶ λοιδορουμένην, ἢ πρὸς θεοὺς ἐρίζουσάν τε καὶ μεγαλαυχουμένην,*

οἰομένην εὐδαίμονα εἶναι ἢ ἐν συμφοραῖς τε καὶ πένθεσιν καὶ θρήνοις ἐχομένην· κάμνουσαν δὲ ἢ ἐρῶσαν ἢ ὠδίνουσαν πολλοῦ γε καὶ δεήσομεν. horum enim alia ad Aeschyli tragoedias referenda sunt, ultima vero Euripidis poesin perstringunt: item quae subsequuntur: *Οὐδέ γε δούλας τε καὶ δούλους πράττοντας ὅσα δούλων. Οὐδὲ τοῦτο. Οὐδέ γε ἄνδρας κακούς, ὡς ἔοικε, δειλούς τε καὶ τἀναντία πράττοντας ὧν νῦν δὴ εἴπομεν, κακηγοροῦντάς τε καὶ κωμῳδοῦντας ἀλλήλους καὶ αἰσχρολογοῦντας, μεθύοντας ἢ νήφοντας ἢ καὶ ἄλλα ὅσα οἱ τοιοῦτοι καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις ἁμαρτάνουσιν εἰς αὑτούς τε καὶ εἰς ἄλλους.* Haec enim et quae sequuntur tangunt potissimum tragicae artis depravationem ab Euripide profectam, qui qualia aequalium fuerunt ingenia, talem etiam ipsam artem finxit ac formavit, itaque vicissim unus praeter ceteros magnam vim in spectantium animos exseruit. Eius autem generis fuit etiam Andromeda, cuius vim et rationem commode illustrat Lucianus Quomodo hist. conscr. sit c. 1, ubi de Abderitarum dementia disserit: *Ἅπαντες γὰρ ἐς τραγῳδίαν παρεκινοῦντο καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο καὶ μέγα ἐβόων, μάλιστα δὲ τὴν Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν ἐμονῴδουν καὶ τὴν τοῦ Περσέως ῥῆσιν ἐν μέρει διεξῄεσαν· καὶ μεστὴ μὲν ἦν ἡ πόλις ὠχρῶν ἁπάντων καὶ λεπτῶν τῶν ἑβδομαίων ἐκείνων τραγῳδῶν·*

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων, Ἔρως.

καὶ τἄλλα μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀναβοώντων κτλ. Quantopere autem Athenienses Euripidis mortem luxerint, docet vita poetae a Thoma magistro conscripta: *Φασὶ δὲ ἐπὶ τῷ ἀκούσματι τῆς Εὐριπίδου τελευτῆς τοὺς μὲν Ἀθηναίους πάντας πενθῆσαι, Σοφοκλέα δὲ αὐτὸν μὲν καὶ φαιὸν ἐνδεδῦσθαι χιτῶνα· τοὺς δὲ ὑποκριτὰς αὐτοῦ ἀστεφανώτους τῷ τότε εἰσαγαγεῖν πρὸς τὸν ἀγῶνα.* nec refriguit postea hoc desiderium, quod docet commode Philemon, qui ita aliquem loquentem induxit:

Εἰ ταῖς ἀληθείαισιν οἱ τεθνηκότες
Αἴσθησιν εἶχον ἄνδρες, ὥς φασίν τινες,
Ἀπηγξάμην ἄν, ὥστ' ἰδεῖν Εὐριπίδην.

Haec igitur perversa de Euripide aequalium iudicia Aristophanes ut corrigeret et ad iustam aestimationem adduceret, Bacchi persona usus est, quae maxime idonea visa est ad id quod sequebatur demonstrandum: itaque omnia illa quae in Atheniensibus inerant, ad fictam hanc imaginem transtulit, nullo autem pacto voluit deorum religionem imminuere aut aliquid de eorum dignitate detrahere. Et sic Cratinus quoque in iis comoediis, quarum argumenta ex ingenti illa fabularum materie et copia petivit, nequaquam voluit sanctitatem deorum tollere, aut fabularum illarum auctoritatem imminuere, aut denique poetas, qui idem argumentum ante ipsum vel epica simplicitate vel tragica gravitate tractaverant, irridere, verum liberius usus est ea materia, quam fabulae illae suppeditabant. Talem autem licentiam etiam in tragoedia animadvertere licet; nam antiquiores quidem tragici poetae, uti Aeschylus et Sophocles, eam

sententiam, quae fabularum involucro subest, ea ratione, quae ipsis fabulis convenit, conformaverunt, at vero Euripides, ingenium luxurians et effusum nolens angustis his terminis coerceri, liberius ea incrementa, quae fabulis insunt, solet fingere ac refingere, ita ut opus plane novum et ab antiqua specie diversum exhibeat, in quo quid ipse, quid aequales sentiant quidque experti sint multo magis spectat, quam quid fabularum ingenio sit accommodatum. Maiore vero etiam licentia comici poetae usi fabulas ita conformarunt, ut prorsus praesentiae accommodarent atque hoc tanquam aliquo involucro usi propositam sententiam, quam sequebantur, subindicarent. Sane autem difficillimum est, institutum eiusmodi comoediarum, cum sub imagine illa absconditum lateat, ex paucis praecipue et corruptis reliquiis indagare. Fuerunt autem illae comoediae et inventi novitate commendabiles et largam ridendi suppeditabant materiam, cum quae antea essent ab epicis et tragicis poetis magna cum dignitate tractata, in festivitatem levitatemque conversa essent, atque in summa rei levitate grandi tamen sermoni et ultra soccum assurgenti itemque metris a comoedia paulo alienioribus locus esset datus. Iam vero non potuit non fieri ut comici poetae, sic cum ludicra admiscerent severis, passim etiam illos poetas, qui antea in his ipsis argumentis versati fuerant, perstringerent ac notarent: verum non fuit hoc primarium totius instituti consilium, id quod falso plerique homines docti existimant. Iam vero revertendum est ad Cratini Ulixes.

Cratinus Homeri vestigia plerumque secutus ita videtur instituisse, ut navis Ulixem atque socios ferens remigio concitato usa in scena conspiceretur: quorsum spectat ille versus, quem Hephaestio profert p. 46: *Ὅτι μέντοι καὶ ἐν τῷ Ἀριστοφανείῳ καλουμένῳ ἀδιαφόρως εὑρίσκεται ὁ παραλήγων ἀνάπαιστος ἢ σπονδεῖος δηλώσει Κρατῖνος· εἰς γὰρ τοὺς Ὀδυσσέας εἰσβάλλων τούτῳ τῷ μέτρῳ ἐχρήσατο·*

Τίνες αὖ πόντον κατέχουσ᾽ αὖραι; νέφος οὐράνιον τόδ᾽ ὁρῶμαι.

Utitur autem hoc versu Ulixes aut quod probabilius etiam videtur, chorus sociorum cum nocte caliginosa ad Cyclopum insulam accedunt, vid. Homer. Od. IX. 142:

Ἔνθα κατεπλέομεν· καί τις θεὸς ἡγεμόνευε
Νύκτα δι᾽ ὀρφναίην· οὐδὲ προὐφαίνετ᾽ ἰδέσθαι·
Ἀὴρ γὰρ παρὰ νηυσὶ βαθεῖ᾽ ἦν οὐδὲ σελήνη
Οὐρανόθεν προὔφαινε· κατείχετο γὰρ νεφέεσσιν.

et quae sequuntur. Forma media ὁρῶμαι, uti aliae plures in hac comoedia, ex epicorum poetarum usu ascita esse videtur, quamquam etiam Aristophanes Vesp. v. 183 in versu trimetro ea usus est:

Ποῖον; φέρ᾽ ἴδωμαι. Τουτονί· Τουτί τί ἦν;

Ad eandem vero fabulae partem pertinet etiam ille versus, quem Hephaestio eodem loco proponit infra: *Ἐποίησε δέ τινα στίχον καὶ σπονδείῳ τῷ παραλήγοντι κεχρημένον·*

Ὡς ἂν μᾶλλον τοῖς πηδαλίοις ἡ ναῦς ἡμῶν πειθαρχῇ.
Dicuntur enim haec a choro sociorum ad Cyclopum insulam accedentium. Ad eandem partem fabulae pertinet alius versus apud Grammaticum in Bekkeri Anecdotis T. I. p. 445, 14: *Ἄρκτον· οὐχὶ ἄρκον· Ὀδυσσεὺς ἐν ἀριστέρ' ἀεὶ τὴν ἄρκτον ἔχων λάμπουσαν ἕως ἀνευφερής.* Verissime enim Meinekius ad Menandrum p. 86 scripsit: *Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσιν·*

Ἐπ' ἀριστέρ' ἀεὶ τὴν ἄρκτον ἔχων λάμπουσαν, ἕως ἂν ἐφεύρῃς.

Non tamen sunt, quod opinatur, Calypsus verba, cui nullus in hac comoedia locus concessus, sed transtulit comicus quod apud Homerum Calypso Ulixi in patriam redituro praecipit, ad hoc iter in Cyclopiam insulam: aperte enim secutus est Cratinus Homeri exemplum, vid. Odyss. V. 270:

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως
Ἥμενος· οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτεν
Πληϊάδας τ' ἐσορῶντι καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην,
Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
Οἴη τ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.
Τὴν γάρ δή μιν ἄνωγε Καλυψώ, δῖα θεάων,
Ποντοπορευέμεναι, ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς ἔχοντα.

Cyclopem vero hominem immanem, quem Homeri carmina exhibent, his versibus fecit Ulixis socios increpare:

Ἧσθε πανημέριοι χορταζόμενοι γάλα λευκόν,
Ἀνθ' ὧν πάντας ἑλὼν ὑμᾶς ἐρίηρας ἑταίρους
Φρύξας, ἑψήσας, κἀπ' ἀνθρακιᾶς ὀπτήσας
Εἰς ἅλμην τε καὶ ὀξάλμην κἆτ' ἐς σκοροδάλμην
Χλιερὸν ἐμβάπτων, ὃς ἂν ὀπτότατός μοι ἁπάντων
Ὑμῶν φαίνηται, κατατρώξομαι, ὦ πατριῶται.

Primum versum Athenaeus III. p. 99 F profert: *Χορτασθῆναι εἴρηται, ὦ δαιμόνιε ἀνδρῶν, παρὰ μὲν Κρατίνῳ ἐν Ὀδυσσεῦσιν οὕτως· Ἧσθε* (cod. B: *ἧσθα*, P *ἧσθαι*) *πανημέριοι κτλ.* recte vero *ἧσθε* Priscianus suppeditat T. II. p. 271 ed. Krehl: *Χορταζόμενοι τοῦδε καὶ τῷδε· Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσιν· Ἧσθε παν.* ubi scribendum *τόδε*, hanc ipsam enim constructionem Cratini versus probat: alteram structuram reperies apud Aristophanem in Gerytade Fr. V.

Θεράπευε καὶ χόρταζε τῶν μονῳδιῶν.

sed iungitur sane etiam cum dativo apud Amphidem in Coelo ap. Athenaeum loco quem supra dixi:

Εἰς τὴν ἑσπέραν χορτάζομεν
Ἅπασιν ἀγαθοῖς.

nisi forte ibi corrigendum *χορτάζομαι Ἐν ἅπασιν ἀγαθοῖς.* Ceterum verbum *χορτάζεσθαι* a pecudibus ad homines translatum sermoni hominum de plebe convenit, decet igitur Cyclopem, hominem immanem et rudem: postea cum Graecus sermo barbariei labe esset infectus, hoc verbum sic temere dictum pro verbis *edendi*. Huic autem primo versui subiungendi erant quinque alii, ex hac ipsa

Cyclopis oratione petiti, qui leguntur apud Athenaeum IX. p. 385 C: Κρατῖνος ἐν Ὀδυσσεῦσιν εἴρηκε διὰ τούτων· Ἀνθ᾽ ὧν κτλ. Legebatur κἀπανθρακίσας ὀπτήσας, quod emendavit Porsonus, nisi forte legendum κἀπανθρακίσας κὠπτήσας, quod confirmat Pollux VI. 69: Καὶ σκόροδον καὶ σκοροδάλμη καὶ ὀξάλμη ὡς Κρατῖνος ἐν Ὀδυσσεῦσιν· Φρύξας καὶ ἑψήσας καὶ ἐπανθρακίσας καὶ ὀπτήσας — Ὑμῖν φαίνηται, κατατρώξομαι ὦ πατριῶται. ita ed. princeps quae quidem confirmat id quod conieceram ὦ πατριῶται, apud Athenaeum enim ὦ στρατιῶται legitur, quo nomine Cyclopem Ulixis socios licet ex militia adversus Troiam redeuntes compellare non est verisimile: quin πατριώτας vocat, quoniam illos tanquam servos servili nomine barbarus increpat, vid. Pollux III. 54: Οἱ δὲ βάρβαροι ἀλλήλους οὐ πολίτας ἀλλὰ πατριώτας λέγουσιν. Ἄρχιππος δὲ καὶ συμπατριώτας ἔφη· Πλάτων μέντοι ἐν τοῖς νόμοις καὶ ἐπὶ Ἑλλήνων τὸ πατριώτας εἴρηκε. Cf. Antiatticista Bekkeri T. I. p. 113, 26: Συμπατριώτης Ἄρχιππος· τὸ μέντοι πατριώτης Ἄλεξις. Photius p. 402, 12: Πατριώτης· ὁ βάρβαρος λέγεται τῷ βαρβάρῳ καὶ οὐ πολίτης. ibid. Πατριῶται· οἱ δοῦλοι τῶν Ἑλλήνων· πολῖται δὲ οἱ ἐλεύθεροι· οἱ δὲ τοὺς βαρβάρους πατριώτας. Hesychius: Πατριώτης· παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ βάρβαρος καὶ οὐ πολίτης. Et sic servi hac apellatione utuntur apud Niconem in Citharoedo ap. Athen. XI. p. 487 C:

Καὶ πάνυ τις εὐκαίρως προπίνων φησί μοι,
Πατριῶτα· μάκην δ᾽ εἶχε κεραμεοῦν, ἁδρόν,
Χωροῦντα κοτύλας πέντ᾽ ἴσως· ἐδεξάμην.

Probabiliter vero ad eundem hunc fabulae locum, ubi Ulixes et socii in Cyclopis antro lacte vescuntur, Porsonus retulit versum, quem Scholiasta Aristophanis Vesp. v. 708 nec fabulae nec poetae nomine adscripto servavit: Πυριάτης· τὸ πυρίεφθον ὑπό τινων προσαγορευόμενον· ὃ κατασκευάζουσιν ἐκ τοῦ πρώτου γάλακτος μετὰ τὸν τόκον·

Πύον δαινύμενοι κἀμπιμπλάμενοι πυριάτῃ.

ὅθεν τισὶν ἔδοξε πύον μὲν εἶναι τὸ πρῶτον γάλα οὑτωσὶ λαμβανόμενον, πυριάτην δὲ τὸ ἑφθὸν γάλα. quae fortasse ex Herodiano sunt exscripta, vid. Schol. Pac. v. 1116.

Diutius poeta in Polyphemi vinositate exornanda versatus esse videtur; ad hanc fabulae partem anapaestus ille pertinet, quem Athenaeus X. p. 446 B. profert: Τὸ δὲ πῖθι τίς εἴρηκεν; ἀπεσκοτώθης, φίλτατε, ἔφη ὁ Οὐλπιανός, σπάσας οἴνου τοσοῦτον· παρὰ Κρατίνῳ ἔχεις ἐν Ὀδυσσεῦσι·

Τῆ νῦν τόδε πῖθι λαβὼν ἤδη καὶ τοὔνομά μ᾽ εὐθὺς ἐρώτα.

Ulixes enim his verbis Cyclopem alloquitur, vini poculum praebens: conformata autem haec esse ad exemplum Homeri Odyss. IX. 347:

Κύκλωψ, τῆ πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα,

arguit vel ipsum illud vocabulum, quod ab consuetudine Attici ser-

monis abhorret; usus tamen eo est, si recte coniicio, etiam Eupolis apud Grammaticum Hermanni p. 309:

Τῇ νῦν κατέδεσθε τοὺς φάκους.

vulgo τῇ et κατέδεσθαι legitur: τῇ ut ἄγε, φέρε, alia eiusmodi, etiam ubi plures intelliguntur, dictum esse videtur, quamquam Sophron τῆτε dixit, vid. Schol. Aristoph. Acharn. 204: Σημαίνει δέ ποτε καὶ ῥῆμα προστακτικόν· Κύκλωψ, τῇ πίε οἶνον. ἐχρήσατο δὲ τῷ πληθυντικῷ ὁ Σώφρων εἰπών· Τῆτέ τοι κορῶναί εἰσιν. In eo vero comicus ab Homero recessit, quod ibi Polyphemus ex Ulixe quaerit nomen, vid. v. 355:

Δός μοι ἔτι πρόφρων καί μοι τεὸν οὔνομα εἰπὲ
Αὐτίκα νῦν, ἵνα τοι δῶ ξείνιον, ᾧ κε σὺ χαίρῃς.

cui deinde Ulixes:

Κύκλωψ εἰρωτᾷς μ' ὄνομα κλυτόν; αὐτὰρ ἐγώ τοι
Ἐξερέω, σὺ δέ μοι δὸς ξείνιον, ὥσπερ ὑπέστης.
Οὖτις ἔμοιγ' ὄνομα· Οὖτιν δέ με κικλήσκουσιν
Μήτηρ ἠδὲ πατὴρ ἠδ' ἄλλοι πάντες ἑταῖροι.

item Euripides in Cyclope v. 548:

ΚΥ. Σὺ δ' ὦ ξέν' εἰπὲ τοὔνομ', ὅ τι σε χρὴ καλεῖν.
ΟΔ. Οὖτιν· χάριν δὲ τίνα λαβών σ' ἐπαινέσω;
ΚΥ. Πάντων σ' ἑταίρων ὕστερον θοινάσομαι.

Cyclops vero, cum vinum ab Ulixe accepisset, hoc utitur versu, vini dulcedinem admiratus:

Οὔπω ᾽πιον τοιοῦτον οὐδὲ πίομαι Μάρωνα.

vid. Pollux VI. 26: Κρατῖνος μέντοι τὸν οἶνον μάρωνα εἴρηκεν· οὔπω πίον τοσοῦτον οὐδὲ πίομαι μάρωνα. Scripsi τοιοῦτον, hoc enim dicere debuit Cyclops, se nondum tam praestans vinum bibisse: cf. Euripid. in Cyclope v. 172, ubi Silenus dicit:

Εἶτ' ἐγὼ οὐ κυνήσομαι
Τοιόνδε πῶμα, τὴν Κύκλωπος ἀμαθίαν
Κλαίειν κελεύων καὶ τὸν ὀφθαλμὸν μέσον.

Vinum autem ipsum dixit Maronem, quod Homerus dicit Ulixem a Marone Apollinis sacerdote accepisse, vid. v. 196:

Ἀτὰρ αἴγεον ἀσκὸν ἔχον μέλανος οἴνοιο
Ἡδέος, ὅν μοι ἔδωκε Μάρων Εὐάνθεος υἱός,
Ἱρεὺς Ἀπόλλωνος, ὃς Ἴσμαρον ἀμφιβεβήκει

et quae sequuntur: Homerum quodammodo sequitur Euripides in Cyclope v. 141:

ΟΔ. Καὶ μὴν Μάρων μοι πῶμ' ἔδωκε, παῖς θεοῦ.
ΣΕΙ. Ὃν ἐξέθρεψα ταῖσδ' ἐγώ ποτ' ἀγκάλαις;
ΟΔ. Ὁ Βακχίου παῖς, ὡς σαφέστερον μάθῃς.

componens ea, quae Homerus tradidit, cum alia quadam fama, cf. Athen. I. p. 33 D, sed infra v. 412 eo nomine vinum appellat:

Ἐσῆλθέ μοί τι θεῖον· ἐμπλήσας σκύφος
Μάρωνος αὐτῷ τοῦδε προσφέρω πιεῖν.

Maronis autem nomen quasi in proverbium abiit, ut quicunque

eximium vinum exhiberet, Maro diceretur: comicus nescio quis ap. Athenaeum I. p. 28 E:

Οἶνος Λέσβιος,
Ὃν αὐτὸς ἐποίησεν ὁ Μάρων, ὥς μοι δοκεῖ.

Iam Cyclops cum ex Ulixe quaesivisset quis esset, atque ille lepide ficto nomine usus se Neminem esse respondisset, videtur isti in memoriam oraculum revocatum esse, quod olim ab Telemo acceperat, cuius Polyphemus apud Homerum tum demum meminit, ubi is Ulixem se esse professus erat, vid. v. 506:

Ὢ πόποι, ἦ μάλα δή με παλαίφατα θέσφαθ' ἱκάνει.
Ἔσκε τις ἐνθάδε μάντις ἀνήρ, ἠΰς τε μέγας τε,
Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο,
Καὶ μαντευόμενος κατεγήρα Κυκλώπεσσιν.
Ὅς μοι ἔφη τάδε πάντα τελευτήσεσθαι ὀπίσσω,
Χειρῶν ἐξ Ὀδυσῆος ἁμαρτήσεσθαι ὀπωπῆς.

quem sequitur Euripides v. 696, ubi occaecatus Polyphemus:

Αἰαῖ· παλαιὸς χρησμὸς ἐκπεραίνεται·
Τυφλὴν γὰρ ὄψιν ἐκ σέθεν σχήσειν μ' ἔφη
Τροίας ἀφορμηθέντος· ἀλλὰ καὶ σέ τοι
Δίκας ὑφέξειν ἀντὶ τῶνδ' ἐθέσπισεν.

Cratinus vero ita instituit, ut Cyclops ex ipso Ulixe sciscitaretur, num illum, quem oraculum portendisset, aliquando vidisset: quorsum spectant duo versus ab Athenaeo II. p. 68 C. servati: Ὅτι τοὺς πέπονας Κρατῖνος μὲν σικυοὺς σπερματίας κέκληκεν ἐν Ὀδυσσεῦσιν·

ΚΥ. Πώποτ' εἶδές μοι τὸν ἄνδρα, παῖδα Λαέρτα φίλον;
ΟΔ. Ἐν Πάρῳ, σικυὸν μέγιστον σπερματίαν ὠνούμενον.

recte enim Erfurdtius παῖδα scripsit pro librorum lectione παῖ. Ceterum existimo in hoc loco, ubi Ulixes Pari insulae mentionem iniecit, aliquid inesse, quod ad eam aetatem spectaverit, qua haec fabula edita est.

In extrema autem fabula socii Ulixis rem ut gesta erat aperiunt ipsiusque Ulixis nomen produnt, ex qua scena quatuor versus servavit Hephaestio p. 47: Κρατῖνος δὲ ἐν Ὀδυσσεῦσιν συνεχεῖ αὐτῷ (paroemiaco versu) ἐχρήσατο·

Σιγάν νυν ἅπας ἔχε σιγάν,
Καὶ πάντα λόγον τάχα πεύσει·
Ἡμῖν δ' Ἰθάκη πατρίς ἐστι,
Πλέομεν δ' ἅμ' Ὀδυσσεῖ θείῳ.

Eosdem versus etiam Scholiasta Aristophanis Plut. 598 adscripsit: chorus autem alloquitur Polyphemum ceterosque Cyclopes quos ille convocaverat, id enim arguunt illa verba ἅπας ἔχε σιγάν. Sic Cyclops etiam apud Homerum v. 389 cum esset oculorum luce privatus, vociferatione magna socios conciet:

Αὐτὰρ ὁ Κύκλωπας μεγάλ' ἤπυεν· οἵ ῥά μιν ἀμφὶς
Ὤικεον ἐν σπήεσσι δι' ἄκριας ἠνεμοέσσας,
Οἱ δὲ βοῆς ἀΐοντες ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος.

deinde vero cum Polyphemum furore arbitrarentur, discesserunt. Iam apud Homerum ipse Ulixes, quamvis adversantibus sociis, exponit, quis sit, v. 502:

Κύκλωψ, αἴ κέν τίς σε καταθνητῶν ἀνθρώπων
Ὀφθαλμοῦ εἴρηται ἀεικελίην ἀλαωτύν,
Φάσθαι Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον ἐξαλαῶσαι,
Υἱὸν Λαέρτεω, Ἰθάκῃ ἔνι οἰκί' ἔχοντα.

Item Euripides v. 690 Ulixem loqui facit:

ΟΔ. Φυλακαῖσι φρουρῶ σῶμ' Ὀδυσσέως τόδε.
ΚΥ. Πῶς εἶπας; ὄνομα μεταβαλὼν καινὸν λέγεις;
ΟΔ. Ὅπερ γ' ὁ φύσας μ' ὠνόμαζ' Ὀδυσσέα.

in extrema vero fabula satyrorum chorus socium se adiungit Ulixi:

Ἡμεῖς δὲ συνναῦταί γε τοῦδ' Ὀδυσσέως
Ὄντες τὸ λοιπὸν Βακχίῳ δουλεύσομεν.

Erat autem cum in Cratini versu σιγάν νυν ἅπαξ ἔχε σιγὰν legendum existimarem, sed praestat ἅπας servare. Ceterum in tertio versu Cratini errant, qui particulam δὲ delendam esse censent, est prorsus ut Latini dicunt, *Sumus autem Ithacenses*. Et quodam modo potest comparari Bacchylidis ille locus apud Athenaeum V. p. 178 B:

Ἔστα δ' ἐπὶ λάϊνον οὐδόν, τοὶ δὲ θοίνας ἔντυον, ὧδέ τ' ἔφα·
Αὐτόματοι δ' ἀγαθῶν δαῖτας εὐόχθους ἐπέρχονται δίκαιοι
Φῶτες.

quamquam Bacchylides particulam fortasse retinuit propterea, quod usus est noto illo epici alicuius versu:

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν.

talia enim veteres scriptores, si non conveniunt ipsorum orationi, tum abiicere, tum retinere solent, vid. Demosth. de falsa legat. 243 et 245.

Iam vero ad eandem partem comoediae vel propter numeri similitudinem referendus est alius versus, quem Suidas T. I. p. 75 affert: Ἄθυρμα· παίγνιον — Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσιν·

Νεοχμόν τι παρῆχθαι ἄθυρμα.

τι, quod vulgo deest, subministravit Elmsleius ad Euripidis Medeam p. 268 infra. Dixit autem haec chorus, de orchestra decedens, ad spectatores conversus: indicare enim voluit poeta, se cum pristino more non potuerit fabulam componere, novam aliquam et insolentem oblectationem exhibuisse: illud enim comici graeci sedulo spectaverunt, ut et utilitatem et voluptatem afferrent spectantibus, haud immemores praecepti illius, quod Horatius sic proposuit:

Et prodesse volunt et delectare poetae.

quod subindicavit etiam Aristophanes cum alibi tum in Ecclesiazusis extremis:

Σμικρὸν δ' ὑποθέσθαι τοῖς κριταῖσι βούλομαι,
Τοῖς σοφοῖς μέν, τῶν σοφῶν μεμνημένοις κρίνειν ἐμέ,
Τοῖς γελῶσι δ' ἡδέως, διὰ τὸν γέλων κρίνειν ἐμέ.

et ut unum praeterea exemplum adiiciam comicus nescio quis apud Hephaestionem p. 109 in extrema fabula in parabasi dixit:

Εὐφράναις ἡμᾶς ἀπόπεμπ' οἴκαδ' ἄλλον ἄλλοσε.

ubi nescio an *ὑμᾶς ἀποπέμπω* corrigendum sit. Ceterum eodem metro continuato, quo Cratinus in Ulixibus, etiam Aristophanes usus est in Tagenistis, quod fugit homines doctos, qui ad tetrametros haec redigere conati sunt, vid. Fr. XII:

Ὡς οὐψώνης διατρίβειν
Ὑμῶν τἄριστον ἔοικεν.

et rursus Fr. XIII:

Ὁ δὲ λύων κύστιν ὑείαν
Κἀξαιρῶν τοὺς Δαρεικούς.

ubi Bentleius non recte *κᾆτ' ἐξαιρῶν* proposuit: spondeus vero praecipue in nomine proprio eoque peregrino satis habet excusationis: usique sunt comici poetae hac licentia etiam in versu tetrametro, vid. infra ad Cratetis Feras. — Alias vero quasdam reliquias huius Cratineae fabulae sciens praetereo, quoniam quorsum sint referendae nimis ambiguum est: satis vero vel ex his apparet, quo modo comicus fabulam, in qua exornanda multi antea erant versati poetae, tractaverit, quamquam quod propositum, quaenam sententia subsit comoediae prorsus ignoramus.

Iam accedo ad *Panoptas*, cuius fabulae argumentum cum totum sit versatum in philosophia examinanda, pauca quaedam praemittenda duxi de illius doctrinae ratione, qualis fuerit tunc cum illam fabulam Cratinus doceret. Si quis accuratius indolem naturamque Graecorum indagaverit et secum considerarit, eos animadvertet suis terminis contentos neque foras huc illuc vagatos omnium artium litterarumque incrementa auxisse, aucta conformavisse, conformata perfecisse, perfecta denique corrupisse, usque dum penitus exstinguerentur. Nam quamvis ab exteris barbarisque populis Graeci multarum rerum initia et origines asciverint, suo tamen ingenio haec omnia tractaverunt et tam ingeniosa libertate refinxerunt, ut peregrinae originis vestigia penitus evanescerent. Ita si quas ex Asia et Aegypto origines humanitatis, legum, religionis, artium, aliarumque rerum repetierunt, ita conformarunt et emendarunt, prorsus ut haec omnia germana et nativa viderentur, ut quidquid in his admiratione dignum, praestans, omnibus numeris absolutum esset, id suo sibi iure vindicarent, id maxime diligerent et amarent. Ab hoc ipso autem amore etiam repetendum videtur, quod cuius rei fundamenta primum posuissent, eam etiam, studiosissime suam naturam, suum ingenium secuti fingerent, excolerent, consummarent, et, difficilis enim est in perfecto mora, eandem etiam decrescentem et labantem per varias vicissitudines retinerent neque prius taedio aut satietate caperentur, quam illa ad interitum esset perducta. Neque vero latuit hoc ipsos Graecos, siquidem Plato in Epinomide p. 987 D: *Τόδε γε μὴν διανοηθῆναι χρὴ πάντ' ἄνδρα Ἕλληνα, ὡς τόπον ἔχομεν τὸν τῶν Ἑλλήνων πρὸς ἀρετὴν ἐν τοῖς σχεδὸν ἄριστον· τὸ δ' ἐπαινετὸν αὐτοῦ χρὴ λέγειν, ὅτι μέσος ἂν εἴη χειμῶνός τε καὶ τῆς θερινῆς φύσεως· ἡ δ' ὑστεροῦσα ἡμῖν εἰς τὸ*

θερινὸν φύσις τοῦ περὶ τὸν ἐκεῖ τόπον, ὅπερ εἴπομεν, ὕστερον αὐτοῖς παραδέδωκε τὸ τούτων τῶν θεῶν τοῦ κόσμου κατανόημα· λάβωμεν δέ, ὡς ὅ τι περ ἂν Ἕλληνες βαρβάρων παραλάβωμεν, κάλλιον τοῦτο εἰς τέλος ἀπεργάζονται κτλ. Ita etiam philosophiae incrementa, quae ab exteris asciverant Graeci, sic informaverunt ipsorumque ingeniis accommodarunt, ut peregrinae originis vestigia penitus exstinguerent atque quamvis illorum et exemplo incitati et opera adiuti essent in veritatis indagatione, tamen primi viderentur omnium philosophiam suscitavisse et perfecisse.

Et primi quidem Iones, qui Asiae minoris oram maritimam incolebant, cum humanitate, morum lenitate, ingenii acumine tunc ceteris Graeciae gentibus praestarent, philosophiam inchoarunt: nam cum reges imperio privavissent liberamque rerum publicarum formam constituissent, tunc vero animos altius efferre liberioremque spiritum ducere incipiebant: maxime vero inertia et ignavia quadam liberati sunt animi eo, quod Iones commerciorum vicissitudine coniuncti erant cum exteris populis a quibus multa et inventa utiliter et excogitata sapienter repetierunt: itaque factum est, ut in illa terra multo prius quam in ipsa Graecia ingenia laetissime efflorescerent. Quare ibi primum exstiterunt, qui ceteris negotiis curisque vacui omnem operam in veri inquisitione atque indagatione ponerent: versati autem potissimum sunt in rerum natura contemplanda, quarum causis et progressibus indagandis ad ipsam veritatem accedere studuerunt. Neque mirum, Ionicos philosophos ad res, quae sub oculorum adspectum cadunt, cognoscendas animos advertisse; necesse enim fuit, ut primum animi a naturae vinculis quasi liberarentur, quod non poterat alio modo fieri, quam rerum causis perspectis: et ipsa coeli serenitas solique ubertas facile illud studium excitavit. Diversam ab his viam secuti sunt ii philosophi, qui non ita multo post in Sicilia magnaque Graecia exstiterunt: hi enim, cum et ipsi alacri essent animo magnoque ingenio, rerumque extrinsecus positarum non minus felici conditione uterentur quam Iones, etsi non spreverunt illud naturae rerum indagandae studium, propius tamen ad ipsam veritatem perspiciendam accesserunt, quoniam ratione et mente omnia complexi, et in animi potissimum vi et natura cognoscenda versati sunt, ad quam omnia referebant. Postea vero quam Athenae auctae opibus et divitiis, neque minus litterarum artiumque optimarum tractatione insignes, praeter ceteras civitates enituerunt, et quod Plato dicit in Protagora*) quasi prytaneum totius Graeciae exstiterunt, haec

*) p. 337 D: *Ἡμᾶς οὖν αἰσχρὸν τὴν μὲν φύσιν τῶν πραγμάτων εἰδέναι, σοφωτάτους δὲ ὄντας τῶν Ἑλλήνων καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο νῦν ξυνεληλυθότας τῆς τε Ἑλλάδος εἰς αὐτὸ τὸ πρυτανεῖον τῆς σοφίας καὶ αὐτῆς τῆς πόλεως εἰς τὸν μέγιστον καὶ ὀλβιώτατον οἶκον τόνδε, μηδὲν τούτου τοῦ ἀξιώματος ἄξιον ἀποφήνασθαι.*

studia illuc sunt translata ibique diversae rationes, quas Iones et Italici philosophi secuti erant, in unum coaluerunt atque laetissime effloruerunt: praecipue cum is ipse, qui suo arbitrio omnia in civitate gubernabat, Pericles summo veritatis indagandae ardore incensus philosophorum doctrinas studiosissime amplecteretur, et vero etiam ipsi Athenienses ita essent nati, ut in rerum causas et progressus acriter inquirerent. Quod quidem Pericles ingenium Atheniensium eximie descripsit in illa oratione, quam maxima cum arte finxit Thucydides II. 40: *Φιλοκαλοῦμεν γὰρ μετ' εὐτελείας καὶ φιλοσοφοῦμεν ἄνευ μαλακίας· — ἔν τε τοῖς αὐτοῖς οἰκείων ἅμα καὶ πολιτικῶν ἐπιμέλεια καὶ ἑτέροις πρὸς ἔργα τετραμμένοις τὰ πολιτικὰ μὴ ἐνδεῶς γνῶναι· μόνοι γὰρ τόν τε μηδὲν τῶνδε μετέχοντα οὐκ ἀπράγμονα ἀλλ' ἀχρεῖον νομίζομεν, καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα, οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην ἡγούμενοι, ἀλλὰ μὴ προδιδαχθῆναι μᾶλλον λόγῳ ἢ ἐπὶ ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν. — ξυνελών τε λέγω τήν τε πᾶσαν δοκεῖν πόλιν τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν εἶναι καὶ καθ' ἕκαστον δοκεῖν ἄν μοι τὸν αὐτὸν ἄνδρα παρ' ἡμῶν ἐπὶ πλεῖστ' ἂν εἴδη καὶ μετὰ χαρίτων μάλιστ' ἂν εὐτραπέλως τὸ σῶμα αὔταρκες παρέχεσθαι.* Sed illa ipsa veri indagatio, licet dignissima homine liberali, principio tamen, cum omnes vitae humanae partes rimaretur, omnem rerum et divinarum et humanarum varietatem et copiam complecteretur, sane vehementissime ea quae a maioribus recepta erant concussit; itaque non mirum, si philosophia, quae esset virtutis magistra et inventrix, omnis impietatis et pravitatis auctor habita sit ab Atheniensibus. Quam ob rem etiam comici graeci, qui semper id quod propositum erat, strenue secuti sunt, philosophiam gravissimo odio insectati sunt, et ipse Cratinus in hac fabula, quam *Oculatos* (*Πανόπτας*) inscripsit, populares docere studuit, quam vana et perniciosa esset ista disciplina, quae a deorum reverentia averteret mentesque teneras pravis opinionibus imbueret. Neque vero existimandum est hanc comoediam in unius alicuius philosophi contumeliam compositam esse, verum Hipponis exemplo ante oculos posito demonstravit Cratinus, quanta labes et corruptela ex illa absconditarum rerum et inutilium, quas prudentes arbitrabantur Athenienses, indagatione esset ingressa in civitatem.

Aristophanis enim Scholiasta ad Nubes v. 96 prodit Hipponem philosophum a Cratino in hac fabula fuisse exagitatum; qui locus admodum est memorabilis: *Κυρίως δὲ πνιγεύς, ἔνθα οἱ ἄνθρακες ἔχονται καὶ πνίγονται· ταῦτα δὲ πρότερος Κράτης* (*Κρατῖνος* corrigendum) *ἐν Πανόπταις δράματι περὶ Ἵππωνος τοῦ φιλοσόφου κωμῳδῶν αὐτὸν λέγει· ἀφ' οὗ στοχαζόμενοί τινές φασιν, ὅτι μηδεμιᾶς ἔχθρας χάριν Ἀριστοφάνης ἧκεν ἐπὶ τὴν τῶν Νεφελῶν ποίησιν, ὅς γε μήτε πρὸς ἴδιόν τι, μήτε ἁρμόττον, ἀλλὰ μηδὲ πρὸς ἓν ἔγκλημα ἦλθε Σωκράτους· δύο γὰρ κατ' αὐτοῦ ταῦτα προθεὶς ἐγκλήματα, τὸ περὶ οὐρανοῦ, ὅτι ἐστὶ πνιγεύς, καὶ ὡς ἱκανός ἐστι τὸν ἥττω λόγον διδάσκειν καὶ τὸν κρείττονα· τὸ μὲν κοινὸν τῶν φιλοσόφων ἁπάντων ἐπήγαγεν ἔγκλημα· φαίνεται δὲ καὶ ἐπὶ τούτῳ ὁ Ἵππων*

κωμῳδηθῆναι φθάσας· τὸ δὲ τῶν ἐγκλημάτων οὐδὲ τὸ σύνολον ἐπικοινοῖ φιλοσοφίᾳ· οὐ γὰρ τοῦτο ἐπαγγέλλονται οἱ φιλόσοφοι, δεινοὺς ποιήσειν λέγειν· ἴδιον δὲ τὸ τοιοῦτο μᾶλλον τῆς ῥητορικῆς· ὡς ἐπ' ἀμφοτέροις τὸν φιλόσοφον καθαρεύειν. Οἱ δ' ὅτι ὁλόκληρον εἰς αὐτὸν συνέταξε δρᾶμα καὶ δι' ἔχθραν νομίζουσιν αὐτὸν πεποιηκέναι, οὐκ ὀρθῶς οἴονται· πρῶτον μὲν γὰρ Δίφιλος εἰς Βοίδαν*) τὸν φιλόσοφον ὁλόκληρον συνέταξε ποίημα, δι' οὗ καὶ εἰς δουλείαν ἐρρυπαίνετο ὁ φιλόσοφος· οὐ διὰ τοῦτο δὲ ἐχθρὸς ἦν· ἔπειτα Εὔπολις, εἰ καὶ δι' ὀλίγων ἐμνήσθη Σωκράτους, μᾶλλον ἢ Ἀριστοφάνης ἐν ὅλαις ταῖς Νεφέλαις αὐτοῦ καθήψατο. His adiungas Scholion Clement. Alexandr. Protrept. p. 20 quod in editione Lipsiensi legitur, Τοῦ Ἵππωνος καὶ αὐτοῦ ὡς ἀσεβοῦς γενομένου μέμνηται ὁ Κρατῖνος: omnino igitur in Schol. Aristophanis Cratini nomen substituendum fuit Crateti.

Satis superque ex his cognoscimus hanc fabulam potissimum in Hippone philosopho exagitando versatam esse: sed Hippo ille quis fuerit, ambiguum. Non obscurus prorsus est Hippo Rheginus, quem quidem negant a Cratino irrisum esse: mihi vero secus videntur statuisse. Sane Hippo iste non potuisset a Cratino in hac comoedia notari, si quod vulgo existimant, ad antiquissima tempora, ad Thaletem esset reiiciendus: neque enim potuisset Cratinus illius memoriam vetustate iam dudum obsoletam et Atheniensibus certe plane obscuram renovare, quoniam id prorsus ab ingenio et instituto antiquae comoediae abhorret: comicus enim poeta debet semper suam aetatem, suam civitatem intueri, si quidem id vult assequi, quod summo studio est expetendum, ut spectantes intelligant et perspiciant, quid velit poeta, ut et delectationem et utilitatem ex poesi petant: nam nisi externa species et forma fabulae satis est dilucida et aperta, nec ipsa veritas satis mente et cogitatione potest comprehendi. Igitur illud quidem necesse est, ut aequalis fuerit comico philosophus: Hipponem autem quominus ad hanc ipsam aetatem referamus, nihil omnino est quod obstet: immo sunt, quibus ista opinio satis confirmetur. Nam quod Aristoteles Metaphys. I. 3 Hipponem subiungit Thaleti et una cum aliis eiusdem fere aetatis philosophis commemorat, id minime probat aequales aetate fuisse, sed Aristoteles eo quod utrumque copulat, significare voluit utriusque placita non prorsus diversa fuisse; Hipponem igitur ita

*) Boedam philosophum prorsus ignoro, et putabam aliquando ficto hoc nomine philosophum nescio quem a Diphilo irrisum esse: Βοίδης enim homo dicitur *stultus et obtusi ingenii*. Eustath. p. 962, 18: Ὅτι δὲ καὶ ἀναισθησίας σκῶμμα λαμβάνεται ὁ βοῦς, δηλοῖ καὶ ὁ παρὰ Μενάνδρῳ βοίδης, ὅ ἐστι πρᾶος, εὐήθης καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἀμνοχῶν. Sed fuit etiam nomen Βοίδης nequaquam insolens, Vitruvius quidem L. III. praef. statuarium eius nominis exhibet: *Ut Hellas Atheniensis, Chion Corinthius, Myagrus Phocaeus, Charax Ephesius, Boedas Byzantius, etiamque alii plures.* Ita recte nonnulli codices, vulgo *Bedas.* Fuit Lysippi discipulus, vid. Plin. H. N. XXXIV. 19.

commemorat, ut dicat illum cum Thalete coniungi posse, sed subtilitate et ubertate ingenii longe inferiorem esse: Ἵππωνα μὲν γὰρ οὐκ ἄν τις ἀξιώσειε θεῖναι μετὰ τούτων, διὰ τὴν εὐτέλειαν αὐτοῦ τῆς διανοίας. Negat igitur Hipponem, quamvis accedat proxime ad rationem Thaletis, componi cum illo posse, quoniam subtilitate prorsus destitutus sit: hinc eundem de anima I. 2 inter φορτικωτέρους philosophos refert. Non enim propterea quod in eandem aetatem Thales et Hippo incidant, una plerumque commemorantur, verum propter doctrinae similitudinem, quo pacto etiam de Anaxagora dixit Heraclides Pont. Allegor. Homer. p. 76 ed. Schov. Ἀλλ' ὁ Κλαζομένιος Ἀναξαγόρας κατὰ διαδοχὴν γνώριμος ὢν Θάλητος, συνέζευξε τῷ ὕδατι δεύτερον στοιχεῖον τὴν γῆν. Hippo autem quamquam aetate ab Ionicis, qui vocantur, philosophis fuit remotus, si quidem Cratini tempore vixit Athenis, tamen videtur illorum in philosophando rationem ac disciplinam esse secutus, ita ut principium omnium rerum repeteret ab iis, quae sub oculos cadunt. Humidum autem statuit principium esse, ut tradit Alexander ad Aristot. Metaphys. l. l. Ἵππωνα ἱστοροῦσιν ἀρχὴν ἁπλῶς τὸ ὑγρὸν ἀδιορίστως ὑποθέσθαι, οὐ διασαφήσαντα πότερον ὕδωρ, ὡς Θαλῆς, ἢ ἀήρ, ὡς Ἀναξιμένης καὶ Διογένης· διὸ καὶ παραιτεῖται αὐτοῦ τὴν δόξαν ὡς ἐπιπόλαιον καὶ οὐδὲν διασαφοῦσαν· ἢ οὐχ ὡς ἀδιάρθρωτον αὐτοῦ τὴν δόξαν παραιτεῖται (οὐ γὰρ εἶπε, διὰ τὴν εὐτέλειαν αὐτοῦ τῆς δόξης) ἀλλ' ὡς οὐκ ὀφείλοντα ἐν τοῖς φιλοσόφοις ἐγκαταριθμεῖσθαι διὰ τὴν τῆς διανοίας εὐτέλειαν· διὰ γὰρ τοῦτο εἶπε τὸ μετὰ τούτων, λέγων τῶν φιλοσόφων. Huc adde Simplic. ad phys. 6: Ὥσπερ Θαλῆς — καὶ Ἵππων, ὃς δοκεῖ καὶ ἄθεος γεγονέναι, ὕδωρ ἔλεγον τὴν ἀρχήν. Et ibid. p. 32 A: Πάντες γὰρ σωματικόν τι τὸ ἓν ὑποτίθενται τοῦτο· ἀλλ' οἱ μὲν ἕν τι τῶν τριῶν στοιχείων· ὥσπερ Θαλῆς μὲν καὶ Ἵππων τὸ ὕδωρ. Idem ad Aristot. de Coelo p. 148 A: Ἦσαν δέ τινες οἱ ἓν λέγοντες Θαλῆς μὲν καὶ Ἵππων ὕδωρ, Ἀναξιμένης δὲ καὶ Διογένης ἀέρα. Errat vero Ioannes Diaconus Allegor. in Hesiodi Theog. p. 456 ed. Gaisf: Ὁ μὲν τὸ πῦρ τιθεὶς πρεσβυγενέστερον τῶν ἄλλων, ὁποῖος Ἡράκλειτος, ὁ δὲ τὴν γῆν ὡς Ἵππων ὁ ἄθεος. Secutus igitur est rationem a Thaletis disciplina non admodum discrepantem: in aliis vero discessit ab illo et posteriorum potius philosophorum placitis usus esse videtur: quorsum spectat illud, quod ex humido repetiit ignem, quem progeneravisse hunc ipsum mundum; vid. Origen. Philosoph. 16: Ἵππων δὲ ὁ Ῥηγῖνος ἀρχὰς ἔφη ψυχρὸν τὸ ὕδωρ καὶ θερμὸν τὸ πῦρ, γεννώμενον δὲ τὸ πῦρ ὑπὸ ὕδατος, κατανικῆσαι τὴν τοῦ γεννήσαντος δύναμιν, συστῆσαί τε τὸν κόσμον. Hinc breviter Sextus Empiricus tradit Pyrrhon. Hyp. III. 30. p. 130 ed. Fabr. et adv. Mathem. IX. 361. p. 620. Hipponem duo rerum initia statuisse: Ἵππων δὲ ὁ Ῥηγῖνος πῦρ καὶ ὕδωρ. adde Galen. philosoph. hist. c. 5. T. XIX. p. 243: Ἵππων δὲ ὁ Ῥηγῖνος πῦρ καὶ ὕδωρ. Ex aqua autem omnia in rerum natura et gigni et ali censuit, vid. interprett. ad Aristot. de

Coelo p. 514 ed. Brandis: *Θαλῆς μὲν ὁ Μιλήσιος καὶ Ἵππων τὸ ἓν ὑπέθεσαν, ἐπειδὴ ἐξ ὕδατος τά τε σπέρματα τῶν ζώων ἑώρων καὶ τὰς τροφὰς τῶν τε ζώων καὶ τῶν φυτῶν.* Hinc animae quoque ortum ex humido repetiit, ut Origines prodidit memoriae ibid.: *Τὴν δὲ ψυχὴν ποτὲ μὲν ἐγκέφαλον ἔχειν, ποτὲ δὲ ὕδωρ καὶ παρὰ τὸ σπέρμα εἶναι τὸ φαινόμενον ἡμῖν ἐξ ὑγροῦ, ἐξ οὗ φησὶ ψυχὴν γίγνεσθαι.* Ex aqua existere animam secundum Hipponis placitum etiam Stobaeus Ecl. Phys. I. 52. p. 796 ed. Heeren prodit: *Ἵππων ἐξ ὕδατος εἶναι τὴν ψυχήν.* Tertullianus de anima c. 5: ***Nec illos dico solos, qui eam de manifestis corporalibus effingunt, ut Hipparchus*** (scr. Hippasus) ***et Heraclitus ex igni, ut Hippon et Thales ex aqua.*** Maxime vero huc pertinet Aristotelis locus de Anima I. 2: *Τῶν δὲ φορτικωτέρων καὶ ὕδωρ τινὲς ἀπεφήναντο, καθάπερ Ἵππων· πεισθῆναι δ' ἐοίκασιν ἐκ τῆς γονῆς ὅτι πάντων ὑγρά· καὶ γὰρ ἐλέγχει τοὺς αἷμα φάσκοντας τὴν ψυχήν, ὅτι ἡ γονὴ οὐχ αἷμα· ταύτην δ' εἶναι τὴν πρώτην ψυχήν.* Ex hoc ipso enim, quod eorum sententiam impugnavit, qui animam sanguine constare censebant, satis superque apparet, Hipponem non fuisse aequalem Thaletis: illius enim placiti primus auctor est Empedocles, cuius versus servavit Porphyrius ap. Stobaeum Ecl. Phys. I. LII. T. II. p. 1026: *Ἐμπεδοκλῆς δὲ οὕτω φαίνεται, ὡς ὀργάνου πρὸς σύνεσιν τοῦ αἵματος ὄντος, λέγων·*

Αἵματος ἐν πελάγεσσι τεθραμμένον ἀντιθορόντος·
Τῇτε νόημα μάλιστα κικλήσκεται ἀνθρώποισιν.
Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα.

Sic enim isti versus videntur emendandi esse. Empedoclem primum hoc docuisse eumque post secutum esse Critiam tradunt multi fide satis digni auctores, ut Galenus de Hippocr. et Platonis plac. L. II. T. 1. p. 264: *Αὐτὸς ἐπιλανθανόμενος τῶν οἰκείων δογμάτων αἷμά φησιν εἶναι τὴν ψυχήν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς καὶ Κριτίας ὑπέλαβον.* Tertullianus de anima c. 5: ***Animam effingunt Empedocles et Critias ex sanguine.*** Macrobius in Somnium Scip. I. 14, ubi varias philosophorum de animae natura sententias recenset: ***Plato dixit animam esse essentiam se moventem — Hipparchus ignem, Anaximenes aera, Empedocles et Critias sanguinem.*** Item alii plures. Critiam autem hoc statuisse Aristoteles quoque eo loco, modo quem dixi, significat: *Ἕτεροι δ' αἷμα, καθάπερ Κριτίας, τὸ αἰσθάνεσθαι τῆς ψυχῆς οἰκειότατον ὑπολαμβάνοντες· τοῦτο δ' ὑπάρχειν διὰ τὴν τοῦ αἵματος φύσιν.* Critias quod Empedoclis placitum secutus est, Ioannes Philoponus ad hunc locum temere Empedoclis versum tribuit Critiae: *Κριτίαν ἔτι τὸν ἕνα τῶν τριάκοντα, ὃς καὶ Σωκράτους ἠκροάσατο· ἢ καὶ ἄλλον τινὰ λέγει· οὐδὲν γὰρ διαφερόμεθα· φασὶ δὲ καὶ Κριτίαν γεγονέναι σοφιστήν, οὗ καὶ τὰ φερόμενα συγγράμματα εἶναι, ὡς Ἀλέξανδρος λέγει, τὸν γὰρ τῶν τριάκοντα μηδὲν γεγραφέναι ἄλλο τι, πλὴν πολιτείας ἐμμέτρους, οὗτος οὖν τὴν ψυχὴν ἔλεγεν αἷμα εἶναι·*

Αἷμα γὰρ (φησὶν) ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα.

Hippo igitur si Empedoclis placito adversatus est, id quod non obscure ex Aristotelis loco colligimus, non potest Thaletis aequalis esse videturque prorsus ad Pericleam aetatem referendus esse.

Confirmatur hoc etiam alio argumento, quod relatus est inter eos, qui ἄθεοι vocantur: vid. Alexander in Aristotel. Physic. l. l.: *Τοῦτο δὲ λέγοι ἂν περὶ αὐτοῦ ὅτι ἄθεος ἦν· τοιοῦτο γὰρ καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐπίγραμμα·*

Ἵππωνος τόδε σῆμα, τὸν ἀθανάτοισι θεοῖσιν
Ἶσον ἐποίησεν Μοῖρα καταφθίμενον.

Quod quidem epigramma ipse composuit, sicut memoriae prodit Clemens Alex. ad Gent. p. 36: *Οὐ νέμεσις τοίνυν οὐδὲ Ἵππωνι ἀπαθανατίζοντι τὸν θάνατον τὸν ἑαυτοῦ· ὁ Ἵππων γὰρ ἐπιγραφῆναι ἐκέλευσε τῷ μνήματι τῷ ἑαυτοῦ τόδε τὸ ἐλεγεῖον· Ἵππωνος τόδε σῆμα κτλ. Εὖ γε Ἵππων ἐπιδεικνύεις ἡμῖν τὴν ἀνθρωπίνην πλάνην· εἰ γὰρ καὶ λαλοῦντί σοι μὴ πεπιστεύκασι, νεκροῦ γενέσθωσαν μαθηταί· Χρησμός οὗτός ἐστιν Ἵππωνος· νοήσωμεν αὐτόν.* Hinc Plutarchus adv. Stoicos c. 31 eum cum Theodoro et Diagora componit: *Οἱ γοῦν ἄθεοι προσαγορευθέντες οὗτοι, Θεόδωροι, καὶ Διαγόραι, καὶ Ἵππωνες οὐκ ἐτόλμησαν εἰπεῖν, τὸ θεῖον ὅτι φθαρτόν ἐστιν, ἀλλ' οὐκ ἐπίστευσαν, ὡς ἔστι τι φθαρτόν.* atque ita factum, ut a nonnullis Hippo vocaretur Melius, quoniam ut Diagoras, divinum numen omnino sustulisse credebatur*), vid. Clem. Alex. Cohort. ad Gent. p. 15: *Θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ὅτῳ τρόπῳ Εὐήμερον τὸν Ἀκραγαντῖνον καὶ Νικάνορα τὸν Κύπριον καὶ Διαγόραν καὶ Ἵππωνα τὸν Μήλιον* —, ubi nescio an corrigendum sit *τοὺς Μηλίους* eodem pacto, quo utrumque philosophum Melium vocat Arnobius IV. 29: ***Et possumus quidem hoc in loco omnes istos nobis, quos inducitis atque appellatis deos, homines fuisse monstrare, vel Agragantino Euemero replicato — vel Nicanore Cyprio, vel Pellaeo Leonte, vel Cyrenensi Theodoro, vel Hippone ac Diagora Meliis.*** Hoc autem crimen maxime inde a Periclis aetate in philosophos est coniectum, quoniam cum de rerum natura diligentissime quaererent, etsi ipsam doctrinam propius ad id, quod summum est, admovebant, tamen principio castitatem religionemque deorum imminuebant, cum homines, qui antea omnem hunc mundum tanquam deorum domicilium suspexerant, iam philosophorum placitis edocti quibus quidque fieret legibus causisque perspicerent: ita factum ut philosophia teneros facilesque vulgi animos, qui ipsam veritatem non satis mente et cogitatione possent assequi, corrumperet magis quam

---

*) **Prorsus eodem modo Socrates apud Aristophanem appellatur Melius in Nubibus v. 828:**

ΣΤΡ. Δῖνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακώς.
ΦΕΙΔ. Αἰβοῖ τί ληρεῖς; ΣΤΡ. Ἴσθι τοῦθ' οὕτως ἔχον.
ΦΕΙΔ. Τίς φησι ταῦτα; ΣΤΡ. Σωκράτης ὁ Μήλιος
Καὶ Χαιρεφῶν, ὃς οἶδε τὰ ψυλλῶν ἴχνη.

emendaret, aque dei notitia et veneratione abstraheret, quae esset nata ad divini numinis potestatem illustrandam: itaque non iniuria illi philosophi omnem religionem cultumque deorum funditus sustulisse habiti sunt. Verissime Plato de Legibus XII. p. 967 E: *Ὁ γὰρ ἰδὼν ταῦτα μὴ φαύλως μηδ' ἰδιωτικῶς, οὐδεὶς οὕτως ἄθεος ἀνθρώπων ποτὲ πέφυκεν, ὃς οὐ τοὐναντίον ἔπαθεν ἢ τὸ προσδοκώμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν· οἱ μὲν γὰρ διανοοῦνται τοὺς τὰ τοιαῦτα μεταχειρισαμένους ἀστρονομίᾳ τε καὶ ταῖς μετὰ ταύτης ἀναγκαίαις ἄλλαις τέχναις ἀθέους γίγνεσθαι, καθεωρακότας ὡς οἷόν τε γιγνόμενα ἀνάγκαις πράγματ', ἀλλ' οὐ διανοίαις βουλήσεως ἀγαθῶν πέρι τελουμένων· κτλ.* ubi cum dixisset philosophos a multitudine impietatis insimulari solitos esse et priores philosophos rerum naturam quae esset non perspexisse, atque saepe sibi adversantia docuisse, veritatis tamen aliquam speciem divinasse, quo quidem nomine maxime Anaxagoram notat, deinde pergit: *Ταῦτ' ἦν τὰ τότε ἐξειργασμένα πολλὰς ἀθεότητας καὶ δυσχερείας τῶν τοιούτων ἅπτεσθαι.* et ob id ipsum docet philosophos a poetis reprehensos esse: *Καὶ δὴ καὶ λοιδορήσεις γε ἐπῆλθον ποιηταῖς, τοὺς φιλοσοφοῦντας κυσὶ ματαίαις ἀπεικάζοντες χρωμέναισιν ὑλακαῖς* (legendum *χρωμένοισιν*) quae fortasse ex Aeschylo sunt petita, siquidem ipsa verba servavit Plato, simillima autem haec sunt iis, quae de Republ. X. p. 607 C. dixit: *Προσείπωμεν δὲ αὐτῇ, μὴ καί τινα σκληρότητα ἡμῶν καὶ ἀγροικίαν καταγνῷ, ὅτι παλαιὰ μέν τις διαφορὰ φιλοσοφίᾳ τε καὶ ποιητικῇ· καὶ γὰρ ἡ λακέρυζα πρὸς δεσπόταν κύων ἐκείνη κραυγάζουσα καὶ μέγας ἐν ἀφρόνων κενεαγορίαισι καὶ ὁ τῶν Διὰ σοφῶν ὄχλος κρατῶν καὶ οἱ λεπτῶς μεριμνῶντες, ὅτι ἄρα πένονται καὶ ἄλλα μυρία σημεῖα παλαιᾶς ἐναντιώσεως τούτων.* quae quidem crimina ex lyricorum, alia ex tragicorum, alia ex comicorum poetarum carminibus petita esse videntur. Et Euripides quoque, licet ex Anaxagorae disciplina profectus nihil naturae investigatione melius, nihil felicius aut sanctius existimaverit, vid. versus quos Clemens Al. Strom. IV. p. 536 affert:

Ὄλβιος ὅστις τῆς ἱστορίας
Ἔσχε μάθησιν,
Μήτε πολιτῶν ἐπὶ πημοσύνῃ
Μήτ' εἰς ἀδίκους πράξεις ὁρμῶν,
Ἀλλ' ἀθανάτου καθορῶν φύσεως
Κόσμον ἀγήρω,
Πῇ τε συνέστη καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως·
Τοῖς δὲ τοιούτοις οὐδέποτ' αἰσχρῶν
Ἔργων μελέτημα προσίζει.

idem tamen cavendum esse monuit ab nimis tortuosa harum rerum perscrutatione, quae impia sit rectaeque rationi adversetur, contra felices esse, qui rerum naturam eo quo par est animo contemplati, divina providentia omnia administrari intellexerint, vid. Clem. Alex. V. p. 613:

Ἔστιν δ' οὐδεὶς ὃς τάδε λεύσσων
Θεὸν οὐχὶ νοεῖ,
Μετεωρολόγων δ' ἑκὰς ἔρριψεν
Σκολιὰς ἀπάτας, ὧν ἀτηρὰ
Γλῶσσ' εἰκοβολεῖ περὶ τῶν ἀφανῶν,
Οὐδὲν γνώμης μετέχουσα.

Itaque quid mirum si philosophos illos, qui divina numina ex rerum natura quasi foras eiecissent, Athenienses tanquam impios et scelestos in ius vocaverunt: itaque Plutarchus in Nicia c. 23: *Οὐ γάρ,* ait, *ἠνείχοντο τοὺς φυσικοὺς καὶ μετεωρολέσχας τότε καλουμένους ὡς εἰς αἰτίας ἀλόγους καὶ δυνάμεις ἀπρονοήτους καὶ κατηναγκασμένα πάθη διατρίβοντας τὸ θεῖον.* Quare Anaxagoras, cum superstitionis tenebras hominum animis offusas philosophiae luce dispelleret (Euseb. Praepar. Evangel. XIV. 16: *δεισιδαιμονίαν πολύθεον, ἣν πρῶτος Ἑλλήνων Ἀναξαγόρας καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἐξήνεγκαν.*) vir ceteroqui pius et probus, in crimen impietatis vocatus est: cuius damnationis Thucydidem, Periclis acerrimum adversarium, propugnatoremque patriorum morum atque religionum fidelissimum, crederem auctorem esse, id quod Satyrus ap. Diog. Laert. II. 12 memoriae prodidit, si id temporum rationi conveniret: cadit enim illa accusatio in Euthydemi annum, sub hoc anno certe Diodor. XII. 39 hanc rem accidisse prodidit memoriae: *Πρὸς δὲ τούτοις Ἀναξαγόραν τὸν σοφιστήν, διδάσκαλον ὄντα Περικλέους ὡς ἀσεβοῦντα εἰς τοὺς θεοὺς ἐσυκοφάντουν.* Hoc autem tempore Thucydidem a rebus publicis animum prorsus avertisse consentaneum est. Itaque verum videtur, quod Plutarchus dicit in vita Periclis c. 32 Diopithem legem tulisse contra philosophos de rerum natura quaerentes, qua quidem lege Anaxagoram potissimum petiverit: *Καὶ ψήφισμα Διοπείθης ἔγραψεν εἰσαγγέλλεσθαι τοὺς τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας ἢ λόγους περὶ τῶν μεταρσίων διδάσκοντας, ἀπερειδόμενος εἰς Περικλέα δι' Ἀναξαγόρου τὴν ὑπόνοιαν.* Diopithem autem talem legem tulisse veri est simillimum, quandoquidem rebus divinis praefuisse et interpretis sacrorum munere functus esse videtur: certe Aristophanes eum cum Lampone tanquam collega coniungit in Avibus v. 987:

Καὶ φείδου μηδὲν μηδ' αἰετοῦ ἐν νεφέλῃσιν
Μήτ' ἢν Λάμπων ᾖ μήτ' ἢν ὁ μέγας Διοπείθης.

ubi interpres: *Ὁ δὲ Διοπείθης νῦν μὲν ως χρησμολόγος, ἑτέρωθι δὲ ὡς κυλλὸς καὶ δωροδόκος. Σύμμαχος δὲ καὶ μανιώδη φησὶ τὸν Διοπείθη τὸν ῥήτορα, ὡς καὶ Τηλεκλείδης ἐν Ἀμφικτύοσι δῆλον ποιεῖ·* rhetor autem Diopithes vocatur, quoniam etiam res publicas attigit legumque auctor et suasor exstitit: furibundum vero comici propterea videntur vocare, quoniam sacro quodam furore se percitum esse simulabat, quo pertinet maxime Phrynichi locus, quem subiungit scholiasta: *παράκειται δὲ καὶ τὰ Φρυνίχου ἔμπροσθεν ἐν Κρόνῳ·*

Ἀνὴρ χορεύει καὶ τὰ τοῦ θεοῦ καλά· *)

Βούλει Διοπείθῃ μεταδράμω καὶ τύμπανα.

καὶ *Ἀμειψίας ἐν Κόννῳ. Ὥστε ποιοῦντες χρησμοὺς αὐτοῖ δίδοσθαι δεῖν Διοπείθει τῷ παραμαινομένῳ.* quae graviter corrupta, nequeo certa coniectura expedire, nisi quod *ᾄδειν χρησμοὺς* restituendum est. Et hi quidem versus manifesto docent Diopithem oracula exhibuisse et interpretatum esse. Eodem nomine eum etiam Aristophanes tangit in Vespis v. 379:

Ἀλλ' ἐξάψας διὰ τῆς θυρίδος τὸ καλώδιον εἶτα καθίμα

Δήσας σαυτὸν καὶ τὴν ψυχὴν ἐμπλησάμενος Διοπείθους.

hominis enim fictam insaniam, cum oracula funderet, notare voluit poeta: sed ad eundem Diopithem, ut puto, etiam quae proxime praegressa sunt, pertinent:

Ὡς ἐγὼ τοῦτόν γ' ἐὰν γρύ-
ξῃ τι, ποιήσω δακεῖν τὴν
Καρδίαν καὶ τὸν περὶ ψυ-
χῆς δρόμον δραμεῖν ἵν' εἰδῇ
Μὴ πατεῖν τὰ
Τῶν θεῶν ψηφίσματα.

Videtur enim Diopithes tunc legem de mysteriis non profanandis scripsisse, atque ei qui legem violasset, extremum supplicium proposuisse: scite igitur hoc Aristophanes rei quam tractabat accommodavit, atque chorum iratum induxit eadem Bdelycleoni minari, quae Diopithes impiis et sacrilegis; scite vero instituit, ut chorus deinde Philocleonem iuberet Diopithis animos sibi sumere. Iam cum Diopithes illam legem contra philosophos tulisset, usus ea est Cleo, ut Anaxagoram, Periclis familiarem, in iudicium vocaret, id quod Sotio tradidit apud Diog. Laert. II. 12: *Σωτίων μὲν γάρ φησιν ἐν τῇ διαδοχῇ τῶν φιλοσόφων ὑπὸ Κλέωνος αὐτὸν ἀσεβείας κριθῆναι, διότι τὸν ἥλιον μύδρον ἔλεγε διάπυρον.* In huius criminis societatem etiam discipuli et amici Anaxagorae vocati sunt, ut Thucydides, vid. Marcellin. p. 4 ed. Duker: *Ἤκουσε δὲ διδασκάλων Ἀναξαγόρου μὲν ἐν φιλοσόφοις, ὅθεν φησὶν Ἄντυλλος καὶ ἄθεος ἠρέμα ἐνομίσθη, τῆς ἐκεῖθεν θεωρίας ἐμφορηθείς.*

Ita Diagoras est in ius vocatus adiitque capitis discrimen: iure ille quidem, atque quamquam fuit homo probus et honestus in carminibus pietatem erga numen divinum ostendit maximam: documento sunt quae ex Aristoxeno affert Phaedrus Epicureus in libro de natura deorum, quem restauravit Petersen, p. 22, ubi censet Stoicos philosophos magis impias sententias proposuisse de diis, quam vel Diagoram: *Ἀνθρωποειδεῖς· γὰρ ἐκεῖνοι οὐ νομίζουσιν, ἀλλὰ ἀέρας καὶ πνεύματα καὶ αἰθέρας, ὥστ' ἔγωγε καὶ τεθαρρηκότως*

*) *Τὰ τοῦ θεοῦ καλά* h. e. omnia sacris divinis rite praeparata sunt, vid. Aristoph. in Pace v. 868 Euripides Iphig. Taur. 467. Menander ap. Athen. VI. p. 243 B.

εἴπαιμι, τούτους Διαγόρου μᾶλλον πλημμελεῖν· ὁ μὲν γὰρ ἔπαιξεν, εἴπερ ἄρα τοῦθ' οὕτως ἐστίν. ἀλλ' οὐκ ἐπενήνεκται, καθάπερ ἐν τοῖς Μαντινέων ἔθεσιν Ἀριστόξενός φησιν· ἐν δὲ τῇ ποιήσει κατ' ἀλήθειαν ὑπ' αὐτοῦ γεγράφθαι τοῖς ὅλοις οὐδὲν ἀσεβὲς παρέφαινεν, ἀλλ' ἐστὶν εὔφημος, ὡς ποιητής, εἰς τὸ δαιμόνιον, καθάπερ ἄλλα τε μαρτυρεῖ καὶ τὸ γεγραμμένον εἰς Ἀριάνθην τὸν Ἀργεῖον·

Θεὸς θεὸς πρὸ παντὸς ἔργου βροτείου νωμᾷ φρέν' ὑπερτάταν.

καὶ τὸ εἰς Νικόδωρον τὸν Μαντινέα·

Κατὰ δαίμονα καὶ τύχαν τὰ πάντα βροτοῖσιν ἐκτελεῖσθαι·

(Cf. Sext. Empir. adv. Mathemat. IX. 53. Pro *Ἀριάνθην* fortasse *Ἐριάνθην* scribendum est, Erianthem Boeotium, Lysandri socium in pugna apud Aegos flumen memorat Pausan. X. 9, 9. Nicodorum vero Mantineensem, virum clarum et popularibus legum auctorem, Diagorae vero amicum commemorat Aelian. Var. Histor. II. 23.) *Τὰ παραπλήσια δ' αὐτῷ περιέχει καὶ τὸ Μαντινέων ἐγκώμιον· Οὗτοι δὲ θεοὺς ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἐπονομάζοντες ἀνῄρουν ἐξεργαστικῶς τοῖς πράγμασιν καὶ μετὰ σπουδῆς, ἀνελευθερώτεροι γενόμενοι Φιλίππου καὶ τῶν ἄλλων ἁπλῶς τὸ θεῖον ἀναιρούντων.* Illud vero Athenienses ei crimini dederunt, quod mysteria divulgasset, vid. Scholiast. Aristoph. Avv. v. 1073: *Ταῦτα ἐκ τοῦ ψηφίσματος εἴληφεν· οὕτως γὰρ ἐκήρυξαν, τὸν μὲν ἀποκτείναντα αὐτὸν τάλαντον λαμβάνειν, τὸν δὲ ἀγαγόντα δύο. Ἐκηρύχθη δὲ τοῦτο διὰ τὸ ἀσεβὲς αὐτοῦ, ἐπειδὴ τὰ μυστήρια πᾶσιν διηγεῖτο κοινοποιῶν αὐτὰ καὶ τοὺς βουλομένους μυεῖσθαι ἀποτρέπων, καθάπερ Κρατερὸς ἱστορεῖ.* Adde etiam Lysiam in Andocid. p. 209 ed. Bekker: *Τοσούτῳ δ' οὗτος Διαγόρου τοῦ Μηλίου ἀσεβέστερος γεγένηται· ἐκεῖνος μὲν γὰρ λόγῳ περὶ τὰ ἀλλότρια ἱερὰ καὶ ἑορτὰς ἠσέβει, οὗτος δὲ ἔργῳ περὶ τὰ ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει.* Hoc autem crimen, quo Atheniensibus etiam tum, cum sanctitas mysteriorum imminuta, et nihil fere nisi inanis species sine re esset relicta, nihil videbatur gravius, nihil detestabilius, in Diagoram cadere ipse Aristophanes etiam in Ranis indicat v. 318:

Τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖν', ὦ δέσποθ'· οἱ μεμυημένοι
Ἐνταῦθά που παίζουσιν, οὓς ἔφραζε νῷν·
Ἄιδουσι γοῦν τὸν Ἴακχον ὅνπερ Διαγόρας.

ubi recte Scholiasta: *Μελῶν ποιητὴς ἄθεος, ὃς καὶ καινὰ δαιμόνια εἰσηγεῖτο· καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος Διαγόρου νῦν μνημονεύειν φησί, τοὺς θεοὺς οὐχ ὡς ᾄδοντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν εἰρωνείᾳ κειμένου τοῦ λόγου ἀντὶ τοῦ χλευάζοντος, ἐξορχουμένου· ἀνακινεῖ οὖν τοὺς Ἀθηναίους ὁ κωμικός· ὅθεν καὶ Ἀθηναῖοι ὡς χλευάζοντος τοὺς θεοὺς κατεψηφισμένοι ἀνεκήρυξαν τῷ μὲν ἀναιρήσοντι ἀργυρίου τάλαντον, τῷ δὲ ζῶντα κομίσαντι δύο· ἔπειθον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους ὡς ἱστορεῖ Καρτερὸς ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ψηφισμάτων.* Eum nova quaedam numina induxisse dicit etiam Scholiasta Ravennas: *Διαγόρας μελῶν ποιητὴς ἄθεος, ὃς καινὰ δαιμόνια*

εἰσηγεῖτο, ὡς καὶ Σωκράτης: itaque Diagoras videtur librum composuisse, in quo non solum priscam mysteriorum religionem vanam esse et commenticiam docuit, sed etiam alium divini numinis cultum, magis pium illum quidem et castum, substituit, unde ista criminatio orta est, quasi novos deos doceret: is autem liber inscriptus est ἀποπυργίζοντες λόγοι, quae quidem inscriptio quid significet, ambigo: vulgaris certe notio verbi ἀποπυργίζειν non videtur satis convenire, equidem opinor Diagoram ita hunc librum appellavisse, quoniam in eo divina numina quasi de summo fastigio deiecit, uti πυργοῦν est in summum fastigium efferre, veluti Euripides dixit in Bellerophonte Fr. XVI. 15 de inopia, quae apud homines opinionem de deorum potentia excitaverit:

Τὰ θεῖα πυργοῦσ' αἱ κακαί τε συμφοραί.

itaque inscriptio id fere significaverit, quod Lactantius Divin. Instit. I. 2, 2 dicit: „Sed et antea Protagoras, qui deos in dubium vocavit, *et postea Diagoras, qui exclusit*, et alii multi, qui non putaverunt Deos esse, quid aliud effecerunt, nisi ut nulla esse providentia putaretur?" Et Suidas T. I. p. 550, ubi libri inscriptionem memorat, etiam argumentum quod fuerit explanat: Ἔγραφε τοὺς ἀποπυργίζοντας λόγους (ἀναχώρησιν αὐτοῦ καὶ) ἔκπτωσιν ἔχοντας τῆς περὶ τὸ θεῖον δόξης. At vero Tatianus adv. Gent. p. 164 dicit Φρυγίους λόγους hos libros appellatos esse: Διαγόρας Ἀθηναῖος ἦν, ἀλλὰ τοῦτον ἐξορχησάμενον τὰ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις μυστήρια τετιμωρήκατε· καὶ τοῖς Φρυγίοις αὐτοῦ λόγοις ἐντυγχάνοντες, ἡμᾶς μεμισήκατε. Fortasse Diagoras hos libros propterea eo nomine appellavit, quod mysteriorum apud Athenienses primordia ex Phrygia repetebat (cuius rei nonnulla vestigia iam veteres sibi visi erant reperisse) aut fabellas quas apud Phryges audiverat cum Atticorum sacris componebat. Et Democritus quoque scripserat librum, cui Φρύγιος λόγος nomen fuit, (vid. Diog. Laert. IX. 49) qui quidem etiam Χαλδαϊκὸν λόγον scripsit et περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων, quem librum Βαβυλωνίους λόγους vocat Eusebius Praep. Evang. X. 4: Δημόκριτος τοὺς Βαβυλωνίων λόγους ἠθικοὺς πεποιῆσθαι λέγεται, qui quales fuerint docet Clemens Alexandr. Strom. I. p. 303: Δημόκριτος γὰρ τοὺς Βαβυλωνίους λόγους πεποίηται· λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου στήλην ἑρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμμασι, κἄστιν ἐπισημήνασθαι παρ' αὐτοῦ, Τάδε λέγει Δημόκριτος, γράφοντος, ex quo coniici potest Democritum etiam illius libri, quem Φρύγιον λόγον vocavit, argumentum ex ipsa Phrygia petiisse; cf. quod Plinius in libri XXX. praefatione de magicae artis studio, cui Democritus deditus fuit, memoriae prodidit: „Democritus Apollonicem Capridenem et Dardanum e Phoenice illustravit, voluminibus Dardani e sepulcro eius petitis." In eo quidem omnes consentiunt Diagoram arcana religionis Eleusiniacae divulgavisse, praeterea Orphica quoque sacra, quorum cum Eleusiniis mysteriis arcta fuit coniunctio, prodidisse, vid. Athenagoras p. 5: Διαγόρᾳ μὲν γὰρ εἰκότως ἀθεότητα ἐνεκά-

λουν Ἀθηναῖοι, μὴ μόνον τὸν Ὀρφικὸν εἰς μέσον κατατιθέντι λόγον καὶ τὰ ἐν Ἐλευσῖνι καὶ τὰ τῶν Καβείρων δημεύοντι μυστήρια, καὶ τὸ τοῦ Ἡρακλέους, ἵνα καὶ γογγύλας ἕψοι κατακόπτοντι ξόανον. Libanius in Apologia Socratis T. III. p. 53: Τῷ τὸν Διαγόραν ἀποκτείναντι μισθὸν ὑπέσχεσθε· τὴν γὰρ Ἐλευσῖνα καὶ τὰς ἀποῤῥήτους ἐκωμῴδει τελετάς. quo loco scilicet ii potuissent uti, qui Diagoram comicum poetam exhibent. Illud vero contendo Diagoram in illo libro non solum sustulisse pravas et vitiosas, quae videbantur de diis opiniones, sed cum ipsius animus pietate et castimonia esset imbutus, etiam docuisse, quid ipse de divino numine censeret: qualia autem docuerit, possumus facile coniectura assequi, cum Democriti Abderitae fuerit discipulus, vid. Suidas illo ipso loco: Διαγόρας Τηλεκλείδου ἢ Τηλεκλύτου, Μήλιος, φιλόσοφος, καὶ ᾀσμάτων ποιητής, ὃν εὐφυᾶ θεασάμενος Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης ὠνήσατο δοῦλον ὄντα μυρίων δραχμῶν καὶ μαθητὴν ἐποιήσατο. Democritus autem, quomodo opinio de diis esset excitata quaerebat, vid. Sext. Empir. adv. Math. IX. 24: Ὁρῶντες γάρ, φησίν (Democritus), τὰ ἐν τοῖς μετεώροις παθήματα οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ βροντὰς καὶ ἀστραπάς, κεραυνούς τε καὶ ἄστρων συνόδους, ἡλίου τε καὶ σελήνης ἐκλείψεις ἐδειματοῦντο, θεοὺς οἰόμενοι τούτων αἰτίους εἶναι. Itaque cum ille deorum cultum repeteret a timore quodam, qui primos homines, cum coelum suspexissent coelestiaque contemplati essent, occupaverit cumque ita divini numinis sanctitatem sustulisset, tamen aliquam substituerit religionem necesse est: docuit autem quasdam mentis imagines esse, alias bonorum, malorum alias auctores, easque interituras, quae deorum loco sint habendae; vid. Cicero de Natura Deorum I. 43: „Mihi quidem etiam Democritus, vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, nutare videtur in natura deorum: tum enim censet imagines divinitate praeditas inesse in universitate rerum; tum principia mentis, quae sunt in eodem universo, deos esse dicit; tum animantes imagines, quae vel prodesse nobis solent, vel nocere: tum ingentes quasdam imagines tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus.“ Adde ibid. I. 12: „Quid Democritus, qui tum imagines earumque circuitus in deorum numero refert, tum illam naturam, quae imagines fundat ac mittat, tum scientiam intelligentiamque nostram, nonne in maximo errore versatur? Cum idem omnino, quia nihil semper suo statu maneat, neget esse quidquam sempiternum, nonne deum omnino ita tollit, ut nullam opinionem eius reliquam faciat.“ cf. praeterea Sext. Empir. IX. 19. Quamvis autem ipse Democritus vir esset pius et honestus, tamen ista de simulacris, quae deorum loco essent habenda, doctrina inanis prorsus et perniciosa fuit nihilque potuit substituere, quod cultu et religione dignum visum esset, nihil, quod mente et intelligentia comprehenderent homines. Itaque Diagoras, cum his opinionibus imbutus, priscas religiones ex animis hominum extrahere studeret, iure impietatis auctor est habitus: ab hac Democriti enim disciplina impietatem Diagorae repetendam

censeo, non ab illis rebus adversis, quae in eius animo opinionem de divina providentia labefactavisse traduntur; vid. Schol. Aristoph. Nub. v. 820 qui dicit: *Διαγόρας ὁ Μήλιος, ὃς τὸ πρότερον ἦν θεοσεβής, παρακαταθήκην ὑπό τινος ἀποστερηθεὶς ἐπὶ τὸ ἄθεον ἐξέδραμεν:* et Suidas T. I. p. 550 infra: *Ἐπεκλήθη δὲ ἄθεος, διότι τοῦτο ἐδόξαζεν, ἀφ' οὗ τις ὁμότεχνος αἰτιαθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ὡς παιᾶνα ἀφελόμενος, ὃν αὐτὸς ἐπεποιήκει, ἐξωμόσατο μὴ κεκλοφέναι τοῦτον, μικρὸν δὲ ὕστερον ἐπιδειξάμενος αὐτὸν εὐημέρησεν· ἐντεῦθεν ὁ Διαγόρας λυπηθεὶς ἔγραψε τοὺς καλουμένους ἀποπυργίζοντας λόγους.* Verum haec sive ficta sunt, sive ita ut gesta, memoriae prodita, etsi non continent primariam huius impietatis causam, tamen documento sunt, qualis fuerit Diagorae animus. Nam quantopere ille reverentia et religione deorum caruerit, illa quoque ipsius vox docet, cuius memoriam servavit Cicero de Natura Deor. III. 37: „At Diagoras cum Samothraciam venisset *ἄθεος* ille qui dicitur, atque ei quidam amicus, Tu, qui deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint in portumque salvi pervenerint? Ita fit, inquit: illi enim nusquam picti sunt, qui naufragium fecerunt in marique perierunt. Idemque cum ei naviganti vectores, adversa tempestate timidi ac perterriti dicerent, non iniuria sibi illud accidere, qui illum in eandem navem recepissent: ostendit eis in eodem cursu multas alias laborantes, quaesivitque num etiam in iis navibus Diagoram vehi crederent!" Hominis enim ingenium si recte noscere velis non solum eius facta perlustranda aut libri scripti examinandi sunt, quamquam ex his facillime optimeque quae quis egerit senseritve perspicias, sed ratio etiam habenda est dictorum, quae propemodum invito praesentia vel inopinato oblatus casus extorquet: haec enim dicta cum saepe nolentibus exciderint, nec quisquam sit locus simulationi aut dissimulationi, testimonia integerrima fideque dignissima censenda sunt: nec latuit hoc veteres; itaque rerum gestarum scriptores non solum facta virorum clarorum prodiderunt, sed dicta quoque vocesque litteris consignaverunt, quibus rerum gestarum memoriam illustrarent. Diagorae autem animum deorum contemtorem fuisse arguit etiam illa ficta fortasse narratio de Herculis simulacro ligneo, quod in ignem coniecit, *age iam tertium decimum certamen*, inquit, *tibi exantlandum est.* vid. Clem. adhort. ad. Gent. p. 15. Schol. Aristoph. Nub. v. 820. Itaque non mirum est, si Athenienses, in quorum animis etiam tunc, cum a maiorum more et probitate descivissent, aliqua divini numinis reverentia atque religio inhaerebat, tanto studio Diagoram finibus suis exterminaverint: auctores autem exilii maxime fuerunt rerum sacrarum antistites, vid. Iulian. Or. VI. p. 190: *Διαγόρᾳ φασὶ τῷ κατασκώψαντι τὰς τελετὰς πανηγύρεις τε παρ' αὐτοῖς καὶ μυστήρια τοσοῦτον ἐπιμηνῖσαι τοὺς τῶν ἱερῶν προεστηκότας, ὥστε τοῖς ἀποσφάττουσιν αὐτὸν ἀργυρίου τάλαντον ἐπικύρωσαν.* Iam quo tempore illud acciderit possumus commode ex ipso Aristophane conficere, qui in Avibus v. 1071

de hac Diagorae condemnatione ita loquitur, ut eam recentem tunc fuisse satis appareat:

Τῇδε μέντοι θἠμέρᾳ μάλιστ' ἐπαναγορεύεται,
Ἤν τ' ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Διαγόραν τὸν Μήλιον
Λαμβάνειν τάλαντον, ἤν τε τῶν τυράννων τίς τινα
Τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ, τάλαντον λαμβάνειν.

Sic enim lego. Scholiasta quoque ad illum locum quo tempore expulsus fuerit Diagoras dicit: *Οὗτος μετὰ τὴν ἅλωσιν Μήλου ἐν Ἀθήναις ᾤκει, τὰ δὲ μυστήρια ηὐτέλιζεν ὡς πολλοὺς ἐκτρέπειν τελετῆς:* et ibidem alius. *ἐκκεκήρυκται δὲ μάλιστα ὑπὸ τὴν ἅλωσιν τῆς Μήλου· οὐδὲν γὰρ κωλύει πρότερον.* sed haec aperte vitiata sunt, scribendum aut: *οὐδὲν γὰρ κελεύει πρότερον,* aut *οὐδὲν δὲ κωλύει πρότερον,* ut dicat nihil obesse, quominus Diagoram ante Meli expugnationem exterminatum esse statuamus. Melos autem capta est ab Atheniensibus Olymp. XCI. 1 archonte Athenis Arimnesto: sed Diagoras sive Athenas se contulit, patria urbe eversa, sive quod veri similius arbitror, iam antea Athenis est commoratus, in exilium eiectus est ante illud ipsum tempus quo Aristophanes docuit Aves, hoc est Olymp. XCI. 2 praetore Chabria: firmatque hoc Diodori auctoritas qui XIII. 8, ubi de rebus illo anno gestis loquitur: *Τούτων δὲ πραττομένων,* inquit, *Διαγόρας ὁ κληθεὶς ἄθεος διαβολῆς τυχὼν ἐπ' ἀσεβείᾳ καὶ φοβηθεὶς τὸν δῆμον ἔφυγεν ἐκ τῆς Ἀττικῆς· οἱ δ' Ἀθηναῖοι τῷ ἀνελόντι Διαγόραν ἀργυρίου τάλαντον ἐπεκήρυξαν.* Inde etiam coniicio Nubes Aristophanis secundas, in quibus Socratem poeta vocat Melium, non ante hunc annum scriptas esse, ita ut fere eodem tempore, quo Aves et Amphiaraum composuerit. Prorsus vero in Diagorae aetate describenda aberrat Schol. Ran. v. 320: *Ἦν δὲ οὗτος Τηλεκλήτου παῖς, Μήλιος τὸ γένος, τὸν χρόνον κατὰ Σιμωνίδην καὶ Πίνδαρον.* aliquanto rectius Suidas: *Ὁ δὲ καὶ λυρικῇ ἐπέθετο, τοῖς χρόνοις ὢν μετὰ Πίνδαρον καὶ Βακχυλίδην, Μελανιππίδου δὲ πρεσβύτερος.* Et a Pindari quidem et Bacchylidis aetate paulo fuit remotior, aequalis vero Melanippidae iunioris, qui eo ipso tempore apud Perdiccam Macedoniae regem versatus est. Sed quoniam Diagorae causa nos nimis diu a proposito retinuit, praetereo alios et poetas et philosophos, qui vel ante vel proxima aetate ab Atheniensibus impietatis accusati sunt, quod deorum naturam et religionem sustulissent. Illud quidem apparet, ante Periclis saeculum neminem huius criminis incusatum esse, inde ab illa aetate plurimos: itaque recte mihi videor Hipponem Cratini aequalem fecisse.

Iure autem Hippo quoque videtur eiusdem criminis insimulatus esse, cum quaereret de natura rerum atque doceret mundus, qui a maioribus quasi domicilium quoddam deorum habitus erat, qua ratione ortus esset, negaretque quidquam veritatem habere praeter haec ipsa, quae sub oculorum adspectum caderent, quae in rerum natura gignerentur: cf. Scholiasta in Cod. Reg. ad Aristotel. Metaphys. I. 3. p. 534 ed. Brandis: *Ἔλεγε γὰρ (Ἵππων) μηδὲ ἕτερον εἶναι*

παρὰ τὰ φαινόμενα φυσικὰ πράγματα· ὅθεν καὶ ὡς μηδὲν ἄλλο τι παρὰ τὰ αἰσθητὰ δοξάζων εἶναι, ἄθεος ἐπεκλήθη. et Asclepiades ibid.: *Ἄθεος γάρ ἐστιν· οὐ λέγει γὰρ ἄλλο τι εἶναι παρὰ τὰ φαινόμενα φυσικὰ πράγματα·* et alius interpres Aristotelis in cod. Laurent. cum alia tum haec dicit Hipponem censuisse: *Ἀλλὰ διὰ τὴν ἀθεότητα, θεὸν γὰρ οὐ προεστήσατο τῶν ὄντων δημιουργόν· διὸ καὶ ἀπέπτυσε πρὸς αὐτὸν (Ἀριστοτέλης) εἰπὼν διὰ τὴν εὐτέλειαν.* Hipponem autem de fabrica mundi quaesivisse apparet etiam ex Scholiasta Aristophanis Nub. v. 95, ubi quod legitur *τὸ μὲν κοινὸν τῶν φιλοσόφων ἁπάντων ἐπήγαγεν ἔγκλημα· φαίνεται δὲ καὶ ἐπὶ τούτῳ ὁ Ἵππων κωμῳδηθῆναι φθάσας,* pertinet ad prius illud crimen, quod in Socratem coniicit Aristophanes:

Ψυχῶν σοφῶν τοῦτ' ἐστὶ φροντιστήριον·
Ἐνταῦθ' ἐνοικοῦσ' ἄνδρες, οἳ τὸν οὐρανὸν
Λέγοντες ἀναπείθουσιν, ὡς ἔστιν πνιγεὺς
Κἄστιν περὶ ἡμᾶς οὗτος, ἡμεῖς δ' ἄνθρακες·
Οὗτοι διδάσκουσ', ἀργύριον ἤν τις διδῷ,
Λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια κἄδικα.

Posterius hoc crimen respicit Scholiasta his verbis: *τὸ δὲ τῶν ἐγκλημάτων οὐδὲ τὸ σύνολόν ἐπικοινοῖ τῇ φιλοσοφίᾳ κτλ.* Male igitur Runkelius censet Hipponem a Cratino propterea vexatum esse quod quomodo causa deterior fieret melior doceret: certe nihil quidquam de hoc crimine dicit Aristophanis interpres: male vero etiam contendit Hipponem idem prorsus de coelo docuisse, quod Socrati tribuit Aristophanes: nam ne huius quidem doctrinae vestigia reperiuntur in verbis scholiastae, quamquam, potuit sane Cratinus non dispari ratione disserentem Hipponem inducere, eodemque modo Meto disserit apud Aristoph. Av. v. 1000:

Αὐτίκα γὰρ ἀήρ ἐστι τὴν ἰδέαν ὅλος
Κατὰ πνιγέα μάλιστα.

Talia autem vulgo Athenienses solebant crimina in omnes omnino philosophos proferre, id quod etiam Plato in Apologia p. 23 D. confirmat: *Ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν ἀπορεῖν τὰ κατὰ πάντων τῶν φιλοσοφούντων πρόχειρα ταῦτα λέγουσιν, ὅτι τὰ μετέωρα καὶ τὰ ὑπὸ γῆς ζητεῖ καὶ θεοὺς μὴ νομίζει, καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖ.* Hippo autem ut Ionicos philosophos, Thaletem maxime est secutus, magis rerum quae sub conspectum oculorum cadunt naturam, quam animi humani vim et rationem videtur investigasse, ita ut fere eandem viam institerit, quam Diogenes Apolloniates, qui circa idem tempus Athenis versatus est. Quaesivit autem Hippo non solum de ratione qua huius mundi compages orta aut quibus legibus illa subiecta sit, in qua re investiganda omnem operam prisci philosophi collocarant, sed etiam de omnium animantium naturis et generibus disseruit. Et ad naturae cognitionem cum alia pertinent, tum illa, quae leguntur apud Plutarchum de placit. philos. V. 5 (Galenus historia philos. c. 31. T. XIX. p. 323 ed. Kühn.): *Ἵππων προΐεσθαι μὲν σπέρμα τὰς θηλείας οὐχ ἥκιστα*

τῶν ἀῤῥένων, μὴ μέντοι γ' εἰς ζῳογονίαν τοῦτο συμβάλλεσθαι, διὰ τὸ ἐκτὸς πίπτειν τῆς ὑστέρας· ὅθεν ὀλίγας προΐεσθαι πολλάκις δίχα τῶν ἀνδρῶν σπέρμα, καὶ μάλιστα τὰς χηρευούσας καὶ εἶναι τὰ μὲν ὀστᾶ παρὰ τοῦ ἄῤῥενος, τὰς δὲ σάρκας παρὰ τῆς θηλείας. Et in hac quidem re videtur Empedoclis sententiam secutus esse, qui muliebri quoque sexui semen tribuit atque ortum animalium omnium tam a feminis quam a maribus repetebat; vid. Aristotel. de gener. Animal. IV. 1, qui Empedoclis placitum improbat: *Οὔτι γὰρ διεσπασμένον ἐνδέχεται τὸ σῶμα τοῦ σπέρματος εἶναι, τὸ μὲν ἐν τῷ θήλει, τὸ δὲ ἐν τῷ ἄῤῥενι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησιν εἰπών·*

Ἀλλὰ διέσπασται μελέων φύσις·

η μὲν ἐν ἀνδρός, ἥ δ' ἐν γυναικὸς κτλ. Adde ibid. I. 18. Praeter Empedoclem alios eiusdem sententiae auctores recenset Censorinus de die natali. c. 5, qui quidem locus admodum est insignis, quoniam ibi Hippo dicitur contrariam secutus esse sententiam: *Illud quoque ambiguam facit inter auctores opinionem, utrumne ex patris tantummodo semine partus nascatur, ut Diogenes, et Hippon Stoicique scripserunt, an etiam ex matris, quod Anaxagorae et Alcmaeoni nec non Parmenidi Empedoclique et Epicuro visum est.* Et Plutarchi ille locus dilucide ostendit, Hipponem censuisse mulieribus quoque semen inesse, atque nonnullas partes partus a matre repetendas esse: videbitur igitur Censorinus Hipponis sententiam non satis recte percepisse vel temere confudisse, quae recte distincteque ab aliis tradita reperit. At difficultas augetur etiam, quod Censorinus ibidem dicit Hipponem Metapontinum vel Aristoxeno auctore Samium esse: *Hipponi vero Metapontino sive ut Aristoxenus auctor est Samio, ex medullis profluere semen videtur: idque eo probari, quod post admissionem pecudum, si quis, qui mares sunt perimat, medullas ut pote exhaustas non reperiat. Sed hanc opinionem nonnulli refellunt, ut Anaxagoras, Democritus, et Alcmaeon Crotoniates.* Et rursus c. 7: *Hippon Metapontinus a septimo ad decimum mensem nasci posse existimavit: nam septimo partum iam esse maturum, eo quod in omnibus numerus septenarius plurimum possit.* Haec certe ab eodem illo profecta sunt, quem Plutarchus dicit, qui cum nihil adiecerit praeterea sed solo nomine Hipponis usus sit, sane videtur notum illum intellexisse, qui *Rheginus* et quoniam deos negare existimabatur ad Diagorae similitudinem *Melius* vocatur: iam ut Arnobius aliique, qui Hipponem Melium dicunt, cum in scriptore nescio quo, poeta fortasse, hoc epitheton legissent, in errore versantur, quoniam illi quidem vere Melium natione esse credunt, ita etiam Censorinus non videtur liber esse ab errore: nam quod Hipponem Metapontinum appellat, temere opinor hunc cum Hippaso Metapontino conturbavit, qui ex Pythagorae disciplina profectus est: iam vero quod altero loco dicit ab Aristoxeno Hipponem Samium perhiberi, id videtur ex eadem negligentia repetendum esse, nam Aristoxenus

opinor, qui de Pythagora eiusque discipulis accurate exposuit, dixerat eundem illum Hippasum non Metapontinum, sed Samium: Censorinus autem cum quaereret, cuias esset Hippon, nescio qua oscitantia ad Hippasum delapsus est: ipsa enim illa placita nequaquam Hippaso sunt tribuenda, qui a talibus quidem quaestionibus abhorruisse videtur*). Sunt igitur Hipponis illius, qui Periclis aetate vixit, placita: neque enim illud obstat, quod dicit Censorinus priore loco Alcmaeonem cum Anaxagora et Democrito refellere Hipponis sententiam: haec enim verba nihil aliud significant, nisi diversam sententiam ab Alcmaeone propositam esse: talia permulta in Censorino, Plutarcho, aliis reperiuntur, quae minus accurate sunt pronuntiata. Alia Hipponis placita, quae eodem spectant, recenset Censorinus c. 6: *Hippon vero caput* (ante omnia iudicavit in alvo increscere) *in quo est animi principale.* et ibidem, ubi de nutriendo infante in utero matris agitur: *Anaxagorae enim caeterisque compluribus per umbilicum cibus administrari videtur: et Diogenes et Hippon existimarunt esse in alvo prominens quiddam, quod infans ore apprehendat, ex eoque alimentum ita trahat, ut cum editus sit, ex matris uberibus.* ubi rursus cum Diogene componitur. Aliud deinde affertur: *Ex seminibus autem tenuioribus feminas, ex densioribus mares fieri, Hippon affirmat.* Corrigenda igitur quae apud Plutarchum leguntur V. 7 (Galenus qui vocatur hist. philos. c. 32. T. XIX. p. 325 ed. Kühn., qui prorsus eadem exhibet, item Hipponactis nomen servat,) ubi itidem de causis, cur mares feminaeve nascantur: *Ἱππώναξ παρὰ τὸ συνεστὸς καὶ ἰσχυρὸν ἢ παρὰ τὸ ῥευστικόν τε καὶ ἀσθενέστερον σπέρμα:* scribas *Ἵππων*: magna autem incuria Plutarchus, quem vocant, infra: *Ἱππώναξ, εἰ μὲν ἡ γονὴ κρατήσει, ἄρρεν· εἰ δ' ἡ τροφή, θῆλυ.* Eadem Galenus ibid. p. 325, nisi quod ultima sic leguntur: *εἰ δὲ ἡ ὕλη, θῆλυ.* sed hic quoque *Ἵππων* corrigendum: quamvis autem haec specie ab illis discrepent, tamen si accuratius examinaveris, eandem subesse sententiam intelliges: *si densum et validum est semen, mas fit: sin tenue, ita ut incrementa, quae ex matre capiat infans, praevaleant, fit femina.* Porro Censorinus eodem loco: *Sequitur vero de geminis, qui ut aliquando nascuntur, modo seminis fieri ratus est Hippon. id enim, cum amplius est, quam uni satis fuerit, bifariam di-*

---

*) Hippasus Pythagorae doctrinam non uti acceperat tradidisse, sed ex Heraclito non pauca videtur transtulisse, hinc Plutarch. Placit. Philos. I. 3: *Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ πῦρ, ἐκ πυρὸς γὰρ τὰ πάντα γίγνεσθαι κτλ.* Similia Clemens Alex. cohort. adv. gent. p. 42 tradit. Maxime autem videtur numerorum doctrinam excoluisse, eamque etiam ad musicam artem praecipua cura aptavisse, vid. Theonem Smyrn. Mus. 12: *Λᾶσος δὲ Ἑρμιονεύς, ὥς φασι, καὶ οἱ περὶ τὸν Μεταποντῖνον Ἵππασον Πυθαγορικὸν ἄνδρα, συνέπεσθαι τῶν κινήσεων τὰ τάχη καὶ τὰς βραδύτητας κτλ.*

duci: id ipsum ferme Empedocles videtur sensisse. Denique c. 9: ***Diogenes Apolloniates, qui masculis ait corpus quatuor mensibus formari et feminis quinque: vel Hippon, qui diebus sexaginta infantem scribit formari et quarto mense carnem fieri concretam, quinto ungues capillumque nasci, septimo iam hominem esse perfectum.*** Ex seminis autem natura humida etiam animae naturam repetiit, quod docet Aristoteles de Anim. I. 2: *Καὶ γὰρ ἐλέγχει τοὺς αἷμα φάσκοντας τὴν ψυχήν, ὅτι ἡ γονὴ οὐχ αἷμα· ταύτην δ' εἶναι τὴν πρώτην ψυχήν.* Videmus itaque Hipponem physicum duas rationes physicae disciplinae, quarum altera in huius mundi contemplatione tota versatur, altera in corporum membrorumque natura et fabrica pervestiganda occupata est, in unum coniunxisse atque simul cogitatione complexum esse. Et priorem quidem viam ingressi erant iam antiquissimi philosophi ad veritatem indagandam, alteram quae in multiplici rerum naturarumque varietate et obscuritate versatur, plerique neglexerant: haec autem disciplina, dum singula accuratissime rimatur, facile propositi oblita a veritate divinique numinis indagatione deflectit, itaque aliquid sane confert ad mores animosque hominum corrumpendos. Non temere igitur videntur veteres Hipponem impietatis incusavisse. Ceterum arbitror Hipponem, ut Xenophanem, Parmenidem, Empedoclem, versibus ea comprehendisse, quae ipsi placuissent: colligere hoc mihi videor ex Athenaeo XIII. p. 610 B: *Τοσαῦτα τοῦ Μυρτίλου ἑξῆς καταλέξαντος καὶ πάντων αὐτὸν ἐπὶ τῇ μνήμῃ θαυμασάντων ὁ Κύνουλκος ἔφη·*

Πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον οὐδέν,

Ἵππων ἔφη ὁ ἄθεος, neque enim dubitari potest, quin hic ipse versus ex Hipponis carmine sit petitus: videtur autem hac sententia eodem modo usus esse atque Heraclitus, ut hominum doctrinam quamvis infinitam et ingentem prae veritatis investigandae studio sperneret: videtur autem sane Hippo Heraclitium illud respexisse, quod Diogenes Laertius IX. 1, Clemens Alex. Strom. I. p. 315, alii servaverunt: *Πολυμαθίη νόον οὐ φύει· Ἡσίοδον γὰρ ἂν ἐδίδαξε καὶ Πυθαγόρην αὖθίς τε Ξενοφάνεά τε καὶ Ἑκαταῖον.* Castigavit autem Hippo fortasse maxime Pythagoram, certe Heraclitus eundem alibi quoque eodem nomine reprehendit, vid. Diog. Laert. VIII. 6: *Ἡράκλειτος γοῦν ὁ φυσικὸς μονονουχὶ κέκραγε καί φησι· Πυθαγόρης Μνησάρχου ἱστορίην ἤσκησεν ἀνθρώπων μάλιστα πάντων. καὶ ἐκλεξάμενος ταύτας τὰς συγγραφάς, ἐποιήσατο ἑαυτοῦ σοφίην πολυμαθίην καὶ κακοτεχνίην.* Ceterum Timon sillographus Hipponis versum paululum immutatum ad suum carmen transtulit, ut auctor est Athenaeus ibidem:

Ἐν δὲ πλατυσμὸς
Πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον ἄλλο.

quae nisi forte in ipsum Hipponem dicta sunt, Platonem tangere videntur, in cuius nomine saepius lusit Timon, ut est in versu apud Diog. Laert. III. 7:

Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατίστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς
Ἡδυεπής, τέττιξιν ἰσογράφος, οἵ θ' Ἑκαδήμου
Δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν.

et apud Athenaeum XI. p. 505 E:

Ὡς ἀνέπλαττε Πλάτων ὁ πεπλασμένα θαύματα εἰδώς.

Hunc igitur Hipponem, cum Athenis commoraretur et iuvenibus traderet sapientiae praecepta, Cratinus in Panoptis aggressus est: quae quidem fabula nomen accepit a choro, qui videtur ex Hipponis discipulis compositus esse, quos, cum omnia sibi perspexisse et mente comprehendisse viderentur, Cratinus et *Πανόπτας* vocavit et fortasse etiam in scenam oculatos induxit. Et ad chorum quidem refero illum versum, qui est apud Hephaest. p. 18: *Πρὸς γὰρ τῷ μυρίαν εἶναι τὴν χρῆσιν παρὰ τοῖς ἄλλοις, ἐδείξαμεν ἔτι καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Κρατίνῳ πολλάκις οὖσαν, ὡς ἐν Κλεοβουλίναις — καὶ πάλιν ἐν Πανόπταις·*

Κράνια δισσὰ φορεῖν, ὀφθαλμοὶ δ' οὐκ ἀριθματοί.

Sed vehementer displicet illud *φορεῖν*, quod cum reliqua sententia non satis apte cohaerere videtur: et legitur in edit. Flor. et in codd. B. H: *κράνεια δισσάφορα ὀφθαλμοὶ δ' οὐκ ἀριθμητοί.* Nescio an legendum sit:

Κράνια δίσσ' ἀφορᾶν, ὀφθαλμοὶ δ' οὐκ ἀριθμητοί,

sive *ἐφορᾶν*: potest autem infinitivus etiam ad posteriorem articulum referri: plane autem restituenda est ionica forma *ἀριθμητοί*, qua semper usi sunt Attici, ut Aristophanes in Vespis v. 1010: *Ὦ μυριάδες ἀναρίθμητοι*, quamquam fuit cum ibi delendum censerem illud ipsum *ἀναρίθμητοι*, quod existimabam adiectum esse ad vocem *μυριάδες* explanandum: nunc vero id quidem tueor, totum autem locum ita corrigendum censeo:

Ἀλλ' ἴτε χαίροντες ὅποι βούλεσθ',
Ὑμεῖς δὲ τέως, ὦ μυρίαδες
Ὦ 'ναριθμητοί, τὰ μέλλοντ'
Εὖ λέγεσθαι
Μή πέσῃ φαύλως χαμᾶζ' ἐξ —
ευλαβεῖσθε·
Τοῦτο γὰρ σκαιῶν θεατῶν
Ἐστὶ πάσχειν κοὐ πρὸς ὑμῶν.

Videtur autem Cratinus hos Sophistas quasi Ianos quosdam duobus capitibus innumerabilibusque oculis instructos finxisse, quibus et quae ante pedes et quae pone essent perspicerent. Ad hos eosdem Hipponis discipulos refero etiam illum versum, qui est apud Hephaest. p. 14: *Ἤδη μέντοι ἡ διὰ τοῦ μν σύνταξις ἐποίησέ που καὶ βραχεῖαν, ὡς παρὰ Κρατίνῳ ἐν Πανόπταις·*

Ἀλλοτριογνώμοις, ἐπιλήσμοσι, μνημονικοῖσιν.

Ἀλλοτριογνώμοις legitur in cod. Cantabr. et apud Turnebum, *ἀλλοτριογνώμης* in aliis codd. et edd., unde Arnaldus *ἀλλοτρίας γνώμης ἐπιλήσμοσι* coniecit, sed *ἀλλοτριογνώμοις* non est tentandum:

notat enim hoc verbum eum, qui res alienas tractat. Aptissime hoc nomine carpuntur philosophi, qui alia omnia quam quae oporteat curent atque tractent, qui earum rerum quae maxime sint necessariae obliviscantur, memoria teneant ea quae prorsus sint supervacua. Nisi forte Hippo artem memoriae quoque professus est, ita ut discipuli eius in optima memoria obliviosi dicantur: similiter Hippias quoque eiusdem artis praecepta tradere solebat. Ceterum adiectivum ἀλλοτριόγνωμος explicat Grammaticus Bekkeri T. I. p. 385, 7 hunc ipsum opinor versum respiciens: Ἀλλοτριόγνωμος· σημαίνει ὁ τὰ ἀλλότρια ἐν γνώμῃ ἔχων καὶ μὴ τὰ ἑαυτοῦ. Ab analogia sane haec forma recedit, nam uti εὐγνώμων, συγγνώμων, κακογνώμων, μαλακογνώμων, ἰδιογνώμων alia dicuntur, itidem ἀλλοτριογνώμων fuit dicendum. Et ita etiam Choeroboscus apud Bekk. Anecd. T. III. p. 1176 profert hoc Cratineum: Πολλάκις εὑρίσκεται καὶ ἐν μέτρῳ τὸ μν ἀποτελοῦν κοινὴν συλλαβήν, οἷον ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· καὶ μὴν ὁ Μνήσαρχος ἐφύλαξεν (legas: τῶς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος) ὡς καὶ παρὰ Κρατίνῳ Ἀλλοτριογνώμοσιν Ἐπιλήσμοσιν μνημονικοῖσιν. quae plane sunt corrupta. At Cratinus in vocabulis novandis audacior fuit, ita dixit εὐπηνής, vid. Pollux VII. 43: Ἴσως δὲ καὶ εὐσταλὴς καὶ ὁ παρὰ τῷ Κρατίνῳ εὐπηνής, εὐτελής· τούτοις ἂν ἐνάριθμον εἴη καὶ τὸ εὐσταλῶς ἐπίρρημα. Male codd. alii εὐπήνης, alii εὐπινής, quod posterius iniuria Iungermannus probavit, quasi hic, ubi de vestibus agitur, sordium possit iniici mentio. Sed praeterea corruptum est verbum εὐτελής, nam εὐπηνὴς nequaquam significat hominem vili vestitu indutum, sed videtur scribendum εὐσταλής, ut hoc verbo Pollux explicuerit illud ipsum εὐπηνής, est enim is, qui bene vestitus est. Εὐπηνὴς autem alias non dicitur, sed εὔπηνος, videtur tamen discrimen intercedere, ut εὔπηνος de vestibus bene textis, εὐπηνὴς de hominibus bene vestitis dicatur.

Cratinus igitur ut in discipulis ostendit, quam vanum esset hoc philosophandi studium quamque perniciosum, ita nec ipsi Hipponi pepercit: videtur autem philosopho maxime vitam libidinosam exprobravisse: quod iure iniuriave fecerit vix discernas: nam comici poetae non solent accurate imaginem eius hominis, quem in scenam inducant, repraesentare, verum si quid vitiosum esse perspexerant, eius rei quasi exemplum quoddam proponunt et personam inducunt, quae speciem quidem et formam refert certi cuiusdam hominis, qui istius vitiosae rei studio maxime insignis est, sed simul omnia continet et prae se fert, quae ex illa pravitate proficiscuntur: facile igitur potuit Cratinus in Hipponem illud crimen coniicere, quod vel in discipulos vel in alium aequalem philosophum cadebat: et fortasse nihil aliud voluit Cratinus docere, nisi studia illorum philosophorum, qui in sola rerum natura investiganda toti sint occupati, quique subtilitate disserendi pristinam deorum verecundiam penitus sustulerint, mores quoque integros et castos corrum-

pere et libidines gliscentes accendere. Ut igitur idoneo documento ostenderet, quantopere illud philosophandi studium a probitate et pietate animos hominum abalienaret, Hipponem foedis libidinibus deditum exhibuit. Et primum quidem huc videtur referendum esse, quod legitur apud Scholiast. Luciani Alex. c. 4 e cod. Vindob. editum a Schubarto in Zimmermanni Ephemeridd. a. 1834. n. 141: *Ὁ Ἀριστόδημος δὲ μιαρὸς καὶ καταπύγων (εἰς) ὑπερβολήν, ἀφ' οὗ καὶ ὁ πρῶκτος Ἀριστόδημος καλεῖται· Κρατῖνος Πανόπταις· Ἀριστόδημος ὡς ἀρχημονῶν ἐν ταῖς κιμωνιοῖς ἀνεριπια. ὡσαύτως καὶ Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν.* Quae quidem ita corrigenda esse arbitror:

(Οὗτος δ') Ἀριστόδημος ὢς ἀσχημονῶν,
Ἐν τοῖς Κιμωνείοις) ἀνὴρ ἐρειπίοις.*

Videtur enim Hippo comparari cum Aristodemo, homine foedissimo, qui nisi in Cimoniis monumentis non sit vir. Cimonea monumenta sita fuerunt prope portas Melitenses in ea regione urbis, quae Coele appellata est, in quibus nobiles Athenienses sepeliebantur. Thucydidis et Herodoti sepulcra illic fuisse testatur Marcellinus vit. Thucyd. p. IX. ed. Bekker: *Πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα· ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος, εὑρίσκεται δηλονότι τοῦ Μιλτιάδου γένος ὄντως· ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ θάπτεται.* quae fortasse ex Didymo sunt descripta. Et infra p. XII: *Δίδυμος δ' ἐν Ἀθήναις ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν· τοῦτο δέ φησι Ζώπυρον ἱστορεῖν· τοὺς γὰρ Ἀθηναίους κάθοδον δεδωκέναι τοῖς φυγάσι, πλὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν, μετὰ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Σικελίᾳ· ἥκοντα οὖν αὐτὸν ἀποθανεῖν βίᾳ καὶ τεθῆναι ἐν τοῖς Κιμωνίοις μνήμασιν.* Ipsos autem hos Cratini versus respexit Photius p. 166, 1: *Κιμώνεια· ἐρείπια Ἀθήνησιν, ἐν οἷς ἀπεπάτουν καὶ ἐπεραίνοντο,* quae rectius sic distinguas: *Κιμώνεια ἐρείπια· Ἀθήνησιν κτλ.* quae quidem glossa prorsus nostram coniecturam confirmat: nam cum apud monumenta Cimonea magna esset hominum solitudo, solebant illum locum turpiter foedare, itaque etiam Hippo ibi abiectissimis libidinibus indulgere dicitur. Non dispari ratione Aristophanes in Ranis v. 421 Clisthenem exagitat:

Τὸν Κλεισθένη δ' ἀκούω
Ἐν ταῖς ταφαῖσι πρωκτὸν
Τίλλειν ἑαυτοῦ καὶ σπαράττειν τὰς γνάθους·
Κἀκόπτετ' ἐγκεκυφὼς

---

*) Littera ῐ in Cimonis nomine corripitur, de quo video nonnullos dubitavisse: arguit hoc Critias in elegiis apud Plut. vit. Cimon. c. 10:

Πλοῦτον μὲν Σκοπάδαισι, μεγαλοφροσύνην δὲ Κίμωνος.

et Alexis comicus poeta in Asotodidascalo apud Athenaeum VIII. p. 336 F:

Σκόλοι δὲ τἄλλα, Περικλέης, Κόδρος, Κίμων,

Κἄκλαε κἀκεκράγει
Σεβῖνον, ὅστις ἐστὶν ἀναφλύστιος.
ambigua enim satis oratione visus est dicere, Clisthenem dolore propter Sebini mortem gravissimo affectum crines scindere seque tundere, simul vero etiam significavit illum propter sepulcra foedas libidines exercere: et fortasse illud *ἐν ταφαῖσι* est ad sepulcra prope Cimonea monumenta referendum, nisi forte praestat haec ad sepulturam eorum qui in proelio ad Arginusas ceciderant referre.

Aristodemus autem ille, quocum Hipponem comparat Cratinus, homo fuit plane perditus ac profligatus, quod vel Hesychii glossa docet: *Ἀριστόδημος· Ἀριστόδημος οἱ κωμικοὶ τὸν πρωκτόν, καὶ Θεόδωρον καὶ Τιμησιάνακτα ἔλεγον ἀπὸ τῶν ἡταιρηκότων· Φορμισίους δὲ τὰ γυναικεῖα αἰδοῖα καὶ Βασιλίδας καὶ Λαχάρας.* Hoc igitur nomine comici ita usi sunt, ut et homines impudicos et pudenda corporis significarent: nam de hominibus quoque dictum esse vel ex alia Hesychii glossa coniicias: *Θεόδωρος· Θεοδώρους ἔλεγον οἱ κωμικοὶ τοὺς εὐρυπρώκτους, ἀπὸ Θεοδώρου τινὸς οὐκ εὖ τῆς ἑαυτοῦ ὥρας προστησαμένου.* eosdem commemorat infra: *Τιμάναξ* (l. *Τιμησιάναξ*) *ὁ πρωκτός· ὁ δὲ αὐτὸς ὁ* (l. *καὶ*) *Θεόδωρος.* Lucianus quidem in Alexandro c. 4 Aristodemum inter flagitiosissimos homines refert: *Αὐτίκα μάλα τῶν ἐπὶ κακίᾳ διαβοήτων ἀκρότατος ἀπετελέσθη, ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας, ὑπὲρ τὸν Εὐρύβατον ἢ Φρυνώνδαν ἢ Ἀριστόδημον ἢ Σώστρατον.* Sed praeterea nihil de Aristodemo proditum legi, neque magis comperi quis iste fuerit, quam quis Theodorus aut Timesianax. Mores quidem horum hominum consimiles fuisse propudiosae Timarchi vitae probabile est: nam Timarchi quoque nomen similiter a comicis poetis fuit usurpatum, vid. Hesychius: *Δημοκλεῖδαι· οἱ ξένοι καὶ μοιχοὶ ἀπὸ Δημοκλείδου τοιούτου ὄντος· καθάπερ καὶ τοὺς ἡταιρηκότας Τιμάρχους ἔλεγον.* cf. Aeschines in Timarch. 157 p. 301 ed. Bekker: *Ὃς εὐπρεπὴς ὢν ἰδεῖν τοσοῦτον ἀπέχει τῶν αἰσχρῶν, ὥστε πρώην ἐν τοῖς κατ' ἀγροὺς Διονυσίοις κωμῳδῶν ὄντων ἐν Κολυττῷ καὶ Παρμένοντος τοῦ κωμικοῦ ὑποκριτοῦ εἰπόντος τι πρὸς τὸν χορὸν ἀνάπαιστον, ἐν ᾧ ἦν εἶναί τινας πόρνους μεγάλους Τιμαρχώδεις, οὐδεὶς ὑπελάμβανεν εἰς τὸ μειράκιον, ἀλλ' εἰς σὲ πάντες.* Eo tamen differunt, quod Aristodemus magis propter impudicum puerorum amorem, illi quod muliebria patiebantur, famosi erant. Aristodemo vero homines similes recenset Aeschines in Timarch. 52 p. 267: *Ὑπερβαίνων τούσδε τοὺς ἀγρίους ἄνδρας, Κηδωνίδην καὶ Αὐτοκλείδην καὶ Θέρσανδρον.*

Ad puerorum amorem, quem Cratinus exprobraverat Hipponi, referendum est etiam aliud fragmentum, quod est apud Scholiast. Aristoph. Vesp. 1021: *Παιδικά· ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀρρένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις· παραδείγματα τοῦ ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων τάττεσθαι ἄλλα τε οὐκ ὀλίγα καὶ τὸ ἐνταῦθα· καὶ ἐν τοῖς Ἀχιλλέως δ' ἐρασταῖς δῆλον ὡς οὕτως ἐξείληπται· ἐπιδόντων γάρ τι τῶν Σατύρων εἰς τὴν γυναικείαν ἐπιθυμίαν, φησὶν ὁ Φοῖνιξ·*

Παπαῖ τὰ παιδίχ' ὡς ὁρᾷς ἀπώλεσας.
καὶ Κρατῖνος Πανόπταις·
Μισεῖς γὰρ τὰς γυναῖκας, πρὸς παιδικὰ δὲ τρέπεις νῦν.
Similia leguntur apud Photium p. 369, 4 et Suidam T. III. p. 66 nisi quod ibi *τρέπῃ νῦν* exhibetur. Ita autem hunc versum corrigendum puto:
Μισεῖς δὲ τὴν γυναῖκα, πρὸς παιδικὰ γὰρ τρέπεις νοῦν.
quamquam etiam *τρέπει νῦν* ferri potest: *τὴν γυναῖκα* dictum est pro numero plurali, *τὰς γυναῖκας*, qui quidem ex interpretatione videtur substitutus esse: versus autem est tetrameter choriambicus, qui iambicam dipodiam, quae alias secundum solet locum obtinere, primo loco exhibet: sed ne hoc quidem insolens aut invenustum, ita Anacreon in tetrametro acatalecto Fr. XIX, 13:
Παῖς Κύκης καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην φορεῖ.
et in catalecto Aristophanes Lysistr. 319:
Λιγνὺν δοκῶ μοι καθορᾶν καὶ καπνὸν, ὦ γυναῖκες,
Ὥσπερ πυρὸς καομένου· σπευστέον ἐστὶ θᾶττον·
ibid. v. 327:
Νῦν δὴ γὰρ ἐμπλησαμένη τὴν ὑδρίαν κνεφαία.
et 341:
Ἅς ὦ θεὰ μήποτ' ἐγὼ πιμπραμένας ἴδοιμι,
Ἀλλὰ πολέμου καὶ μανιῶν Ἑλλάδα καὶ πολίτας.

CAPUT VII.

Permultae sunt ex Cratini comoediis, quarum aetatem vel prorsus non vel ambigua tantum ratione describere licet, nisi forte quis inania coniectura sequi velit: pleraeque tamen ante belli Peloponnesii initium doctae videntur, ita ut poeta maxime inde ab Olympiade LXXX usque ad Olymp. LXXXVII inclaruerit. Docuit sane etiam cum belli incendium iam exarsisset fabulas, sed ingenii vigor atque alacritas cum ingravescente senectute imminutus esset, hae comoediae minus populo placuerunt; neque iam aemulos poetas vicit, sed ipse ab adolescentibus ingenii ubertate excellentibus victus est; ita cum Olymp. LXXXVIII. 3 Euthydemo praetore cum Aristophane et Eupolide contenderet, secundas tulit, vid. Didascalia Aristoph. Acharn.: *Καὶ πρῶτος ἦν (Ἀριστοφάνης), δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις· οὐ σώζονται· τρίτος Εὔπολις Νουμηνίαις.* et insecuto anno, praetore Stratocle, Lenaeis rursus una cum

Aristophane et Aristomene in certamen descendit, sed victus discessit, vid. didasc. Aristoph. Equitt.: *Πρῶτος ἐνίκα· δεύτερος Κρατῖνος Σατύροις, τρίτος Ἀριστομένης Ὑλοφόροις.* Quam adversam fortunam aegre ferens, illas comoedias quarum eum poeniteret, ipse delevisse videtur: nam quod grammaticus priorem fabulam non servatam esse dicit, id etiam in alteram cadere existimo: solebant enim ipsi poetae, si quae fabulae minus essent probatae, e medio tollere atque delere: ita Chamaeleo in libro VI de comoedia apud Athenaeum IX. p. 374 A. refert id Anaxandridem fecisse miraturque quod eius Tereus, quae comoedia non erat praemio digna habita, servata fuerit: *Ἀναξανδρίδης διδάσκων ποτὲ διθύραμβον Ἀθήνησιν εἰσῆλθεν ἐφ' ἵππου καὶ ἀπήγγειλέ τι τῶν ἐκ τοῦ ᾄσματος· ἦν δὲ τὴν ὄψιν καλὸς καὶ μέγας καὶ κόμην ἔτρεφε καὶ ἐφόρει ἁλουργίδα καὶ κράσπεδα χρυσᾶ· πικρὸς δ' ὢν τὸ ἦθος ἐποίει τι τοιοῦτον περὶ τὰς κωμῳδίας· ὅτε γὰρ μὴ νικῴη, λαμβάνων ἔδωκεν εἰς τὸν λιβανωτὸν κατατεμεῖν καὶ οὐ μετεσκεύαζεν ὥσπερ οἱ πολλοί· καὶ πολλὰ ἔχοντα κομψῶς τῶν δραμάτων ἠφάνιζε, δυσκολαίνων τοῖς θεαταῖς διὰ τὸ γῆρας· λέγεται δ' εἶναι τὸ γένος Ῥόδιος ἐκ Καμείρου· θαυμάζω οὖν, πῶς ὁ Τηρεὺς περιεσώθη μὴ τυχὼν νίκης καὶ ἄλλα δράματα τῶν ὁμοίων τοῦ αὐτοῦ.* Una tantum Cratini fabula, quae ad hanc ipsam aetatem referenda est, videtur conservata esse, Deliades, quam doctam arbitror eodem anno quo Satyros, h. e. Olymp. LXXXVIII. 4 Dionysiis urbanis, eaque opinor victoriam adeptus fuit poeta: sed de hac dictum est supra. Cratini autem ingenium illo tempore hebetatum fuisse pristinamque virtutem magna ex parte perdidisse satis docet Aristophanes in parabasi Equitum v. 531, ubi liber ab invidia aut ira, cum eximium ingenium et felicitatem aemuli poetae summis laudibus extulisset, graviter reprehendit Atheniensium levitatem et inconstantiam, qui immemores eorum, quae Cratinus olim egregia exhibuerit spectanda in theatro, nihil eius imbecillitati concedant:

Νυνὶ δ' ὑμεῖς αὐτὸν ὁρῶντες παραληροῦντ' οὐκ ἐλεεῖτε
Ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων καὶ τοῦ τόνου οὐκέτ' ἐνόντος,
Τῶν θ' ἁρμονιῶν διαχασκουσῶν· ἀλλὰ γέρων ὢν περιέρρει,
Ὥσπερ Κοννᾶς, στέφανον μὲν ἔχων αὖον, δίψῃ δ' ἀπολωλώς,
Ὃν χρῆν διὰ τὰς προτέρας νίκας πίνειν ἐν τῷ πρυτανείῳ
Καὶ μὴ ληρεῖν, ἀλλὰ θεᾶσθαι λιπαρὸν παρὰ τῷ Διονύσῳ.

Cratinus autem cum hanc inconstantiam aurae popularis et aemulorum poetarum criminationes aliquamdiu aequo animo tulisset, tandem ingenii vires quasi veterno quodam ac sopore obrutas resuscitavit et Pytinen docuit, ut ignaviae vinolentiaeque crimina in se coniecta dilueret, et cum comica poesi gratiam quasi reconciliaret. Neque tamen posthac ullam edidisse videtur fabulam, non quod statim adeptus victoriam e vita decesserit, (id quod Lucianus, fide indignus auctor, de Longaevis c. 25 memoriae prodidit: *Κρατῖνος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε, καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου διδάξας τὴν Πυτίνην καὶ νικήσας*

μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα.) sed quod senectutem placide transigere mallet, quam omni virium contentione comoedias scribere et in ambiguum descendere discrimen. Meinekius quidem Spec. I. p. 14 Luciani testimonium secutus poetam Olymp. LXXXIX. 2 obiisse statuit et hanc sententiam etiam Aristophanis versibus in Pace 700 confirmare studet, quem quidem locum ita interpretatur, ut Lacedaemoniorum in Atheniensium fines invasionem, sub quam Cratinum mortuum esse Aristophanes dicit, ludendi causa fictam esse censeat. Mihi vero secus videtur: etenim hic ipse locus si recte satis sententiam quae subest perspexi, Cratinum nondum ex vita excessisse, cum Pax docta sit, indicare videtur. Mercurius enim iussu Pacis, quae etiamtunc indignabunda tacebat, ex Trygaeo quaerit quomodo pristinus rerum status Athenis se habeat, itaque v. 693 dicit:

Οἷά μ' ἐκέλευσεν ἀναπυθέσθαι σου· ΤΡ. Τὰ τί;
ΈΡ. Πάμπολλα, καὶ τἀρχαῖ' ἃ κατέλιπεν τότε.
Πρῶτον δ' ὅτι πράττει Σοφοκλέης ἀνήρετο.

deinde cum Sophoclem sola lucri cupiditate audivisset captum esse, pergit quaerere:

Τί δαί; Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἔστιν; ΤΡ. Ἀπέθανεν,
Ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον. ΈΡ. Τί παθών; ΤΡ. Ὅ τι;
Ὡρακιάσας· οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο
Ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων.

Hic ubi sciscitatur Mercurius quae acciderint Athenis, postquam Pax iracunda discesserit, vix potest alia irruptio Lacedaemoniorum intelligi, quam quae praetore Pythodoro facta est, itaque illa verba ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον nihil aliud significant quam: *mortuus est Cratinus, cum primum hostes Atticos fines ingressi sunt:* neque enim licet haec ad aliam quandam incursionem proxime praegressam revocare. Aristophanes enim cum inter belli incommoda etiam hoc referret, quod poesis, quae ante Peloponnesiaci belli incendium, in summum fastigium evecta videbatur, iam retro quasi ruina quadam revolveretur, illud duobus exemplis illustrat: et Sophoclem quidem, artis tragicae principem, ut de liberalitate animi et generositate recessisse probaret, quaestus cupidissimum esse dixit; Cratinum autem, perdivini spiritus virum, ut argueret senio quasi et torpore hebetatum esse, lepidissime finxit prima Lacedaemoniorum invasione, cum cellae vinariae vastarentur, prae dolore emortuum esse: nequaquam igitur his verbis comicus docet Cratinum e vita decessisse, sed nihil aliud dixit, quam Cratinum, cum nihil magnum, nihil admiratione dignum, nihil quod pristinas referret virtutes, proponeret in medio, sibi iam mortuum potius quam vivum videri. Longe autem acerbior est haec irrisio, si in vivum Cratinum quam si post eius obitum haec dicuntur: flagitatque illud omnino instituta sententia, cum hoc Aristophanes monstrare velit, belli calamitatibus poetarum non corpora quidem pessumdari, sed ingenia corrumpi, ita ut iam ipsa ars non amplius suum decus

suumque honorem tueatur: Cratinum autem et Sophoclem nominavit quoniam hi principes, ille comoediae, hic tragoediae erant atque uterque iure in reprehensionem incurrebant. Itaque sane existimo Cratinum non ante Olymp. LXXXIX. 3 mortem obiisse, nihil tamen quidquam scripsisse: pleraeque omnes igitur fabulae quarum reliquiae exstant, si a Deliadibus et Pytine recesseris, referendae sunt ad illud tempus, quod bellum Peloponnesium praecessit. Quae si recte sunt disputata, aliquid conferent ad aetatem earum comoediarum quodam modo definiendam, in quarum reliquiis nulla temporis notà reperitur: in quarum numerum referenda est illa, quae *Πλοῦτοι* inscribitur: neque enim in fragmentis quisquam notatur, ex cuius commemoratione coniecturam capere possis de anno, cui adscribenda sit fabula: nisi quod Athenaeus, qui VI. p. 257 E. insignem locum proponit, quem excipiunt similes comicorum poetarum descriptiones, prima quidem ex Cratetis Feris, secunda ex Teleclidis Amphictyonibus, post aliae, infra p. 268 D. dicit ceteros comicos se ad Cratini exemplum composuisse, se autem dramata eo ordine, quo fuerint docta, recensuisse: itaque certe ante Cratetis Feras et Teleclidis Amphictyonas docuit Cratinus Divitias, quamquam illud ipsum ignoramus quo tempore hae comoediae fuerint editae. Fortasse autem incidit Cratini fabula in Olympiadem LXXXV, cum lex esset lata, ne quis nominatim in scena notaretur.

Iam ex reliquiis huius comoediae facile intelligas poetam imaginem vitae felicissimae, qualis olim Saturno regnante fuisse dicebatur, spectantibus exhibuisse, in quo quidem argumento post Cratinum saepe numero comici poetae versati sunt. Pervagata autem ac fusa per omnes antiquitatis gentes fuit opinio, olim aetatem fuisse beatissimam atque quasi auream, cum homines nullis vitiis contaminati aut libidinibus incensi vitam agerent piam honestamque et propter id ipsum deorum convictu et consuetudine uterentur, cum ferae quoque et bestiae cicures essent, tellus autem sine cultu fruges funderet largissimas. Hanc felicitatem alii alio modo populi pro ingenii diversitate exornaverunt, in eo tamen omnes consentiunt, fuisse aliquando tempus, quo animus humanus cum numine divino arctissimo vinculo fuerit coniunctus, divini ortus et progeniei ita memor, ut sua sponte pietatem honestatemque coluerit sanctissime. Et Graeci quidem perhibent aureum illud saeculum fuisse, cum Cronus, antiquissimum deorum genus, omnia suo numine regeret atque administraret: antiquissimus auctor est Hesiodus in Operibus v. 108:

Ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι,
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Ἀθάνατοι ποίησαν, Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες·
Οἳ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν·
Ὡς δὲ θεοὶ ζώεσκον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
Νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος· οὐδέ τι δειλὸν
Γῆρας ἐπῆν, ἀεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοῖοι

Τέρποντ' ἐν θαλίῃσι, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων.
Θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι· ἐσθλὰ δὲ πάντα
Τοῖσιν ἔην· καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον· οἱ δ' ἐθελημοὶ
Ἥσυχ' ἔργα νέμοντο, σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς
Ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων·
Οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,
*Πλουτοδόται, καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον.**)

Itaque ille tradit homines Crono imperante puros integrosque quasi deorum vitam vixisse liberam omnibus malis atque laboribus, post mortem vero genios benignos et omnis fortunae hominibus dispensatores factos esse. Hesiodum secuti sunt alii poetae, ut Aratus Phaenom. 101—114, qui quidem nullam Saturni mentionem iniecit, sed ut pietatem illius generis indicaret, ipsam Iustitiam tunc inter homines versatam esse dixit:

Καὶ αὐτὴ πότνια λαῶν
Μυρία πάντα παρεῖχε Δίκη, δώτειρα δικαίων.
Τόφρ' ἦν, ὄφρ' ἔτι γαῖα γένος χρύσειον ἔφερβεν.

Neque poetae solum aurei illius saeculi felicitatem atque probitatem exornarunt, sed etiam philosophi: ut Empedocles, licet non retulerit haec ad Saturnum, vulgi secutus opinionem, tamen aliquando tempus fuisse docuit, quo homines puri integrique vitam egerint beatam, quorsum spectant illa v. 305 ed. Sturz:

Οὐδέ τις ἦν κείνοισιν Ἄρης θεός, οὐδὲ Κυδοιμός,
Οὐδὲ Ζεὺς βασιλεύς, οὐδὲ Κρόνος, οὐδὲ Ποσειδῶν,
Ἀλλὰ Κύπρις βασίλεια·
Τὴν οἵ γ' εὐσεβέεσσιν ἀγάλμασιν ἱλάσκοντο,
Γραπτοῖς τε ζώοισι μύροισί τε δαιδαλεόδμοις,
Σμύρνης τ' ἀκρήτου θυσίαις λιβάνου τε θυώδους
Ξουθῶν τε σπονδὰς μελίτων ῥιπτοῦντες ἐς οὖδας·
Ταύρων δ' ἀκρήτοισι φόνοις οὐ δεύετο βωμός,
Ἀλλὰ μύσος τοῦτ' ἔσκεν ἐν ἀνθρώποισι μέγιστον,
Θυμὸν ἀπορραίσαντας ἐέδμεναι ἠέα γυῖα.

At ipsum Saturnum, ut vulgo, felicitatis auctorem fuisse Dicaearchus quoque docuit, vid. Porphyrius de abstinent. IV. 2: *Τῶν τοίνυν*

---

*) Haec fortasse in alia recensione ampliora erant tradita, Diodorus certe V. 66 post versum 119 novum suppeditat:

Σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν
Ἀφνειοὶ μήλοισι, φίλοι μακάρεσσι θεοῖσι.

et duo alii versus, quos Origenes in Celsum IV. p. 216 ed. Spenc. servavit, item huc referendi sunt:

Ξυναὶ γὰρ τότε δαῖτες ἔσαν, ξυνοὶ δὲ θόωκοι,
Ἀθανάτοισι θεοῖσι καταθνητοῖς τ' ἀνθρώποις.

συντόμως τε ὁμοῦ καὶ ἀκριβῶς τὰ Ἑλληνικὰ συναγαγόντων ἐστὶ καὶ ὁ Περιπατητικὸς Δικαίαρχος, ὃς τὸν ἀρχαῖον βίον τῆς Ἑλλάδος ἀφηγούμενος τοὺς παλαιοὺς καὶ ἐγγὺς θεῶν φησι γεγονότας βελτίστους τε ὄντας φύσει καὶ τὸν ἄριστον ἐζηκότας βίον, ὡς χρυσοῦν γένος νομίζεσθαι, παραβαλλομένους πρὸς τοὺς νῦν κιβδήλου καὶ φαυλοτάτης ὑπάρχοντας ὕλης, μηδὲν φονεύειν ἔμψυχον· ὃ δὴ καὶ τοὺς ποιητὰς παριστάντας χρυσοῦν μὲν ἐπονομάζειν γένος, ἐσθλὰ δὲ πάντα λέγειν τοῖσιν ἔην — ἃ δὴ καὶ ἐξηγούμενος ὁ Δικαίαρχος τὸν ἐπὶ Κρόνου βίον τοιοῦτον εἶναί φησιν, εἰ δεῖ λαμβάνειν μὴν αὐτὸν ὡς γεγονότα καὶ μὴ μάτην ἐπιπεφημισμένον. τὸ δὲ λίαν μυθικὸν ἀφέντας εἰς τὸ διὰ τοῦ λόγου φυσικὸν ἀνάγειν. Itaque iam Dicaearchus rationem et veritatem, quae sub illarum fabularum involucro latebat, indagare studuit: deinde porro qualis fuerit vita accuratius exponit, quae paucis comprehendit Hieronymus T. IX. p. 230: „Dicaearchus in libris antiquitatum et descriptione Graeciae refert sub Saturno, cum omnia humus funderet, nullam comedisse carnem, sed universos vixisse frugibus et pomis, quae sponte terra gignebat." Verum etsi alii aliter hanc prisci aevi conditionem descripserunt, in eo tamen omnes consentiunt illos homines virtutem honestatemque sua sponte, non poenae metu, aut praemiorum spe commotos coluisse et cum numine divino artissima communione coniunctos fuisse.

Et propterea maxime homines illius aevi aurei dicti sunt, quod essent puri, integri, insontes: postea hoc aurei saeculi nomen omnino de felicitate vitae dici solitum est, uti fere Theocritus dixit XII. 15:

Ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζύγῳ· ἦ ῥα τότ' ἦσαν
Χρύσειοι πάλιν ἄνδρες, ὅτ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς.

sic enim verissime Meinekius correxit: postero vero tempore non tam sanctitatem morum et quae cum ea coniuncta est beatitatem vitae, sed ingentem copiam divitiarum, quibus illa aetas abundavit, rerumque omnium affluentiam hoc nomine comprehendebant, uti apparet ex pluribus veterum auctorum locis, maxime seriorum, uti Luciani, hominis levissimi atque impii; exempli causa Epistol. Saturnal. I. 20: *Καί τοι ἀκούω τῶν ποιητῶν λεγόντων, ὡς τὸ παλαιόν, οὐ τοιαῦτα ἦν τοῖς ἀνθρώποις τὰ πράγματα, σοῦ ἔτι μοναρχοῦντος· ἀλλ' ἡ μὲν γῆ ἄσπορος καὶ ἀνήροτος ἔφυεν αὐτοῖς τὰ ἀγαθά, δεῖπνον ἑτοῖμον ἑκάστῳ ἐς κόρον· ποταμοὶ δὲ οἱ μὲν οἶνον οἱ δὲ γάλα, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ μέλι ἔρρεον· τὸ δὲ μέγιστον, αὐτοὺς ἐκείνους φασὶ τοὺς ἀνθρώπους χρυσοῦς εἶναι, πενίαν δὲ μηδὲ τὸ παράπαν αὐτοῖς πλησιάζειν.* Idem tamen in Saturnalibus c. 7 certe praeteriens probitatem commemorat: *Οἷος ἦν ὁ ἐπ' ἐμοῦ βίος* (sub Saturno) *ὁπότε ἄσπορα καὶ ἀνήροτα πάντα ἐφύετο αὐτοῖς, οὐ στάχυες, ἀλλ' ἕτοιμος ἄρτος καὶ κρέα ἐσκευασμένα καὶ ὁ οἶνος ἔρρει ποταμηδὸν καὶ πηγαὶ μέλιτος καὶ γάλακτος· ἀγαθοὶ γὰρ ἦσαν καὶ χρυσοῖ ἅπαντες.* Quin pietatis sanctitatisque memoria adeo obsoleta est, ut stulti potius et hebetes illius aevi homines fuisse crederentur ipsumque

Saturni nomen non sine contumelia quadam usurparetur: quae quidem contumelia non solum inde orta esse videtur, quod Saturni aetatem ad antiquissima tempora referebant, antiqua autem quae sunt, etiam obsoleta, prava, vitiosa existimantur, verum maxime repetenda est ex eo, quod Saturni religio, hoc est antiquissima, quae in Graecia erat recepta, postea violenter expulsa est et exterminata a novitia Iovis religione atque ita fere penitus oblitterata et in oblivionem adducta: verum de ratione et natura utriusque religionis disserere longum est: illud certum arbitror contemtum priscae Saturniae religionis continuo effecisse, ut omnia quae illi aevo propria essent, spernerentur tanquam falsa et inania: quae quidem contemtio tam altas in animis Graecorum egit radices, ut plurima vestigia etiam sermoni quasi imprimerentur. Quare, ut ipsum Saturnum tanquam senem annis obsitum repraesentare solebant, ita Saturnos vocant, qui aetate nimium sunt provecti, uti est apud Nicophontem, vid. Pollux III. 18, de quo loco dixi supra p. 7 allatis nonnullis comicorum poetarum locis: hi enim praeter ceteros hoc dicendi genus ex vitae vulgaris consuetudine petitum frequentaverunt. Saepius vero nomen Saturni non solum senectutis, verum maxime stultitiae et insipientiae notionem prae se fert, uti est apud Aristoph. in Nubibus v. 929, in Vespis 1480, ubi *Κρόνους ἀποδεικνύναι τινὰς* dicitur; itaque in Nubibus v. 397, qui *μῶρος* et *βεκκεσέληνος*, idem *Κρονίων ὄζων* dicitur, quem sequitur scriptor nescio quis apud Suidam v. *Χάους* T. III. p. 645: *Ὁ δὲ φλυαρεῖ καὶ μάτην ἡμῶν λῆρον καταχεῖ τοῦ Χάους ἀρχαιότερον καὶ Κρονίων ἀπόζοντα.* et rursus Aristophanes in Pluto v. 581: *Κρονικαῖς λήμαις λημᾶν* dixit.

Erat autem fama priscae illius felicitatis fusa et dispersa per totam Graeciam, quamquam sane varia apud alias gentes pro ingenii locorumque varietate, et saepe, ut fit, aliarum fabularum similitudine obscurata et immutata: itaque Saturnii aevi pauciora quam exspectaveras reperies vestigia; non tamen prorsus desunt. Ita Elei certamen Olympium aureo aevo sub Saturno institutum esse perhibebant, vid. Pausanias V. 7, 6: *Ἐς δὲ τὸν ἀγῶνα τὸν Ὀλυμπιακὸν λέγουσιν Ἠλείων οἱ τὰ ἀρχαιότατα μνημονεύοντες Κρόνον τὴν ἐν οὐρανῷ σχεῖν βασιλείαν πρῶτον καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ ποιηθῆναι Κρόνῳ ναὸν ὑπὸ τῶν τότε ἀνθρώπων, οἳ ὠνομάζοντο χρυσοῦν γένος.* De aliis eiusmodi fabulis infra fortasse erit dicendi locus: ex quibus apparet quam pervulgata fuerit memoria illius felicitatis.

Iam ut apud ceteros Graecos, ita maxime apud Athenienses ore et sermone populi trita erat memoria illius aureae aetatis, quod praeter ceteros Plato probat. Erat enim fama, antiquitus terram atticam incoluisse genus hominum ortu et progenie divina profectum, ob id isupm autem et probissimum et felicissimum: quam famam Solon in Atlantide versibus erat persecutus, et postea Plato in Critia suo arbitrio conformavit, qui quidem dicit illos homines omnibus rebus atque opibus abundavisse, terra fertilissima, coeli

vero temperie saluberrima usos, neque tamen sponte omnia progenerata esse, sed ipsos homines agros coluisse, neque auri aut argenti usum cognovisse, victu vero communi usos esse, id quod p. 112 B. traditur: *Τὰ γὰρ πρὸς βορρᾶν αὐτῆς ᾤκουν οἰκίας κοινὰς καὶ ξυσσίτια χειμερινὰ κατεσκευασμένοι καὶ πάντα ὅσα πρέποντα ἦν τῇ κοινῇ πολιτείᾳ δι᾽ οἰκοδομῆς ὧν χρεὼν ὑπάρχειν αὐτῶν καὶ τῶν ἱερῶν ἄνευ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου· τούτοις γὰρ οὐδὲν οὐδαμόσε προσεχρῶντο.* Atheniensium autem auctoritatem et potentiam tunc summam fuisse prodit p. 112 E: *Τούτῳ δὴ κατῴκουν τῷ σχήματι, τῶν μὲν αὐτῶν πολιτῶν φύλακες, τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων ἡγεμόνες ἑκόντων.* Sed cum hac fama de terrae Atticae felicitate, quae prisco fuerit tempore, coniuncta fuit obscura quamvis et oblitterata memoria Atlantidis, cuius insignem fertilitatem et beatitatem copiose describit Plato, cum alibi tum p. 115 A: *Πρὸς δὴ τούτοις, ὅσα εὐώδη τρέφει που γῆ τανῦν, ῥιζῶν ἢ χλόης ἢ ξύλων ἢ χυλῶν ἢ στακτῶν εἴτε ἀνθῶν εἴτε καρπῶν ἔφερέ τε ταῦτα καὶ ἔφερβεν εὖ. ἔτι δὲ τὸν ἥμερον καρπὸν τόν τε ξηρόν, ὃς ἡμῖν ἐστι τροφῆς ἕνεκα, καὶ ὅσοις χάριν τοῦ σίτου προσχρώμεθα, καλοῦμεν δὲ αὐτοῦ τὰ μέρη πάντα ὄσπρια, καὶ τὸν ὅσος ξύλινος πώματα καὶ βρώματα καὶ ἀλείμματα φέρων· παιδιᾶς τε ὃς ἕνεκα καὶ ἡδονῆς γέγονε δυσθησαυριστὸς ἀκροδρύων καρπός· ὅσα τε παραμύθια πλησμονῆς μεταδόρπια ἀγαπητὰ κάμνοντι τιθέμενα· πάντα ταῦτα ἡ τότε ποτὲ οὖσα ὑφ᾽ ἡλίῳ νῆσος ἱερὰ καλά τε καὶ θαυμαστὰ καὶ πλήθεσιν ἄπειρα ἔφερε.* Pietate autem et virtute Atlantidis insulae incolas maxime insignes fuisse omninoque ad divinam naturam proxime accessisse narrat p. 120 E: *Ἐπὶ πολλὰς μὲν γενεὰς μέχρι περ ἡ τοῦ θεοῦ φύσις αὐτοῖς ἐξήρκει, κατήκοοί τε ἦσαν τῶν νόμων καὶ πρὸς τὸ ξυγγενὲς θεῖον ἂν φιλοφρόνως εἶχον· τὰ γὰρ φρονήματα ἀληθινὰ ἦν καὶ πάντῃ μεγάλα ἐκέκτηντο, πραότητι μετὰ φρονήσεως πρός τε τὰς ἀεὶ ξυμβαινούσας τύχας καὶ πρὸς ἀλλήλους χρώμενοι· διὸ πλὴν ἀρετῆς πάντα ὑπερορῶντες σμικρὰ ἡγοῦντο τὰ παρόντα καὶ ῥᾳδίως ἔφερον οἷον ἄχθος τὸν τοῦ χρυσοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων νοσημάτων ὄγκον.* Postea vero divinae naturae particulam, quae inerat animis, imminutam et mortali contagione contaminatam esse, ita ut a pristina virtute et sanctitate prorsus desciverint: *Ἐπεὶ δ᾽ ἡ τοῦ θεοῦ μὲν μοῖρα ἐξίτηλος ἐγίγνετο ἐν αὐτοῖς, πολλῷ τῷ θνητῷ καὶ πολλάκις ἀνακεραννυμένη, τὸ δὲ ἀνθρώπινον ἦθος ἐπεκράτει, τότε ἤδη τὰ παρόντα φέρειν ἀδυναμοῦντες ἠσχημόνουν.* verum reliqua interciderunt, quae Plato sic videtur oratione persecutus esse, ut diceret deum, qui numine suo regeret omnia, iustas et necessarias impietatis poenas illis imposuisse, atque ut haec ipsa supplicia luerent, contra terrae Atticae incolas concitavisse: postea vero insulam Atlantidem terrae motibus imis sedibus concussam atque evolsam esse, iam ut prorsus interisset: cf. quae de priscorum Atticae terrae incolarum divino ortu atque pietate, de Atlantide insula, de bello, quo utraque gens concurrerit deque gravissima calamitate, quae cunctos simul afflixerit, Plato disserit in Timaeo p. 24 et 25,

quae, etsi Solo ab Aegyptiorum sacerdotibus se accepisse dixit, Plato autem liberius suo arbitrio conformavit, tamen non obscure produnt, similem quandam famam vulgo in omnium fuisse ore: id quod apertissime dicit Plato in Politico p. 271, ubi disserit de variis rerum naturae vicissitudinibus et transformationibus: *Τὸ δὲ γηγενὲς εἶναί ποτε γένος λεχθὲν τοῦτ' ἦν τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐκ γῆς πάλιν ἀναστρεφόμενον· ἀπεμνημονεύετο δὲ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων προγόνων τῶν πρώτων, οἳ τελευτώσῃ μὲν τῇ προτέρᾳ περιφορᾷ τὸν ἑξῆς χρόνον ἐγειτόνουν, τῆσδε δὲ κατ' ἀρχὰς ἐφύοντο· τούτων γὰρ οὗτοι κήρυκες ἐγένονθ' ἡμῖν τῶν λόγων, οἳ νῦν ὑπὸ πολλῶν οὐκ ὀρθῶς ἀπιστοῦνται.* Et ab his ipsis terrigenis, qui ex antiqua mundi forma in novam sunt propagati, memoria pristinae felicitatis, quae fuerat sub Saturni imperio, tradita posteris, vid. Plato ibid. *ΣΩ. Ἀλλὰ διὰ τὸν βίον, ὃν ἐπὶ τῆς Κρόνου φῂς εἶναι δυνάμεως, πότερον ἐν ἐκείναις ἦν ταῖς τροπαῖς ἢ ἐν ταῖσδε; τὴν μὲν γὰρ τῶν ἄστρων τε καὶ ἡλίου μεταβολὴν δῆλον ὡς ἐν ἑκατέραις συμπίπτει ταῖς τροπαῖς γίγνεσθαι. ΞΕ. Καλῶς τῷ λόγῳ ξυμπαρηκολούθηκας· ὃ δ' ἤρου περὶ τοῦ τὰ πάντα αὐτόματα γίγνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἥκιστα τῆς νῦν ἐστι καθεστηκυίας φορᾶς, ἀλλ' ἦν καὶ τοῦτο τῆς ἔμπροσθεν.* Deinde qualis vita fuerit aevo Saturnio describit, cum procul bellum atque dissidium afuerit, cum nulla iura, nullae leges descriptae, nulla civitatis forma constituta, nec uxorum denique aut liberorum possessio fuerit permissa, rerum vero omnium summa affluentia: quam inprimis p. 272 A. commemorat: *Καρποὺς δὲ ἀφθόνους εἶχον ἀπό τε δρυῶν καὶ πολλῆς ὕλης ἄλλης, οὐχ ὑπὸ γεωργίας φυομένους, ἀλλ' αὐτομάτης ἀναδιδούσης τῆς γῆς· γυμνοὶ δὲ καὶ ἄστρωτοι θυραυλοῦντες ταπολλὰ ἐνέμοντο· τὸ γὰρ τῶν ὡρῶν αὐτοῖς ἄλυπον ἐκέκρατο· μαλακὰς δὲ εὐνὰς εἶχον, ἀναφυομένης ἐκ γῆς πόας ἀφθόνου· τὸν δὴ βίον, ὦ Σώκρατες, ἀκούεις μὲν τὸν τῶν ἐπὶ Κρόνου.* Saturni imperium rursus commemorat infra p. 276 A. Facile autem apparet, quomodo ex his incrementis illae pristinae felicitatis descriptiones, quas comici poetae exhibent, potuerint efflorescere. Antiquam autem satis fuisse apud Atticos Saturnii aevi memoriam, etiam ex aliis rebus colligere possumus, maxime ex eo, quod Athenis in honorem Saturni dies festi celebrabantur, quod testatur Attius apud Macrob. I. 7: „Sed ex his causis, quae de origine festi relatae sunt, apparet Saturnalia vetustiora esse urbe Romana: adeo ut ante Romam in Graecia hoc solemne coepisse L. Accius in Annalibus suis referat his versibus:

Maxima pars Graium Saturno et maxime Athenae
Conficiunt sacra, quae Cronia esse iterantur ab illis:
Eumque diem celebrant, per agros urbesque fere omnes
Exercent epulis laeti famulosque procurant
Quisque suos: nostrique itidem et mos traditus illinc
Iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem.

Et gravissimus auctor Philochorus ibid. I. 10: „Philochorus Saturno et Opi primum in Attica statuisse aram Cecropem dicit eos-

que deos pro Iove terraque coluisse instituisseque ut patres familiarum et frugibus et fructibus iam coactis passim cum servis vescerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure toleraverant: delectari enim deum honore servorum contemplatu laboris.“ Itaque Athenienses potissimum in memoriam pristinae felicitatis istam solemnitatem laetissime epulis transigebant et servis quoque, cum Saturno imperante fuisset aequabilitas omnium, (cf. Luciani Saturnalia c. 7, ubi ipse Saturnus: *Πλὴν ὀλίγας ταύτας ἡμέρας, ἐφ' αἷς εἶπον, ὑπεξελέσθαι μοι ἔδοξε καὶ ἀναλαμβάνω τὴν ἀρχὴν ὡς ὑπομνήσαιμι τοὺς ἀνθρώπους οἷος ἦν ὁ ἐπ' ἐμοῦ βίος — αὕτη μοι ἡ αἰτία τῆς ὀλιγοχρονίου ταύτης δυναστείας καὶ διὰ τοῦτο ἁπανταχοῦ κρότος καὶ ᾠδὴ καὶ παιδιὰ καὶ ἰσοτιμία πᾶσι καὶ δούλοις καὶ ἐλευθέροις· οὐδεὶς γὰρ ἐπ' ἐμοῦ δοῦλος ἦν.*) concedebant summam licentiam: conferas Plutarch. non posse suaviter vivi sec. Epicur. c. 16: *Καὶ γὰρ οἱ θεράποντες ὅταν Κρόνια δειπνῶσιν ἢ Διονύσια κατ' ἀγρὸν ἄγωσι περιϊόντες, οὐκ ἂν αὐτῶν τὸν ὀλολυγμὸν ὑπομείναις καὶ τὸν θόρυβον, ὑπὸ χαρμονῆς καὶ ἀπειροκαλίας τοιαῦτα ποιούντων καὶ φθεγγομένων·*

Τί κάθῃ σύ; παῖ, πίωμεν· οὐ καὶ σιτία
Πάρεστιν; ὦ δύστηνε, μὴ σαυτῷ φθόνει·
Οἱ δ' εὐθὺς ἠλάλαξαν· ἐν δ' ἐκίρνατο
Οἶνος· φέρων δὲ στέφανον ἀμφέθηκέ τις.
Ὕμνει δέ τις αἰσχρῶς κλῶνα πρὸς καλὸν δάφνης
Ὡς Φοῖβος οὐ προσῳδά· τήν τ' ἐναυλίαν
Ὠθῶν τις ἐξέκλαξε σύγκοιτον φίλην.

Ita enim haec ex parte certe emendanda arbitror: sunt autem ex Aristophanis Tagenistis petita: sed de his alias. Et Cronia apud Athenienses commemorat etiam Macho ap. Athenae. XIII. p. 581 A:

Εἰς τὰς Ἀθήνας παρεπιδημήσας ξένος
*Σατράπης πάνυ γέρων ὡς ἐνενηκόντων**) *ἐτῶν,*
Κρονίοις ἀπιοῦσαν εἶδε τὴν Γναθαίνιον
Μετὰ τῆς Γναθαίνης ἐξ Ἀφροδισίου τινός.

Celebrata autem sunt Cronia Athenis sub ipsum initium anni, mensis Hecatombaeonis die duodecimo, vid. Demosthen. adv. Timocrat. 26 T. V. p. 11 ed. Bekker: *Ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας ἐν ᾗ τοὺς νόμους ἐπεχειροτονήσατε, οὔσης ἑνδεκάτης τοῦ ἑκατομβαιῶνος μηνός, δωδεκάτῃ τὸν νόμον εἰσήνεγκεν, εὐθὺς τῇ ὑστεραίᾳ καὶ ταῦτ' ὄντων*

---

*) Scripsi *ἐνενηκόντων ἐτῶν*, vulgo *ἐνενήκοντα*: ut Hesiodus dixit Op. et Dieb. v. 644:

Μηδὲ τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων.

quod imitati sunt Alexandrini poetae, ut Callimachus Fr. LXVII:

Κουφοτέρως τότε φῶτα διαθλίβουσιν ἀνίαι,
Ἐκ δὲ τριηκόντων μοῖραν ἀφεῖλε μίαν.

Macho autem multa partim recondita, partim vilia usurpavit, ut *ἔπειτεν, εἶτεν, ἐξίναι, μηθέν, δυεῖν, ταρτημόριον, Καλλιστόρος, τετευχέναι*, alia permulta.

Κρονίων καὶ διὰ ταῦτ' ἀφειμένης τῆς βουλῆς. et Schol. Aristoph. Nub. v. 397: *Ἔστιν δὲ Κρόνια παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἑορτή· ἤγετο δὲ ἑκατομβαιῶνι μηνί.* Publice tamen nulla videntur sacrificia Saturno oblata esse, quandoquidem in titulo apud Boeckhium, qui agit de dermatico, Corp. Inscr. T. I. n. 157 nulla fit mentio Saturnalium: ibi enim recensentur quaenam sacra publica impensa mense Hecatombaeone fuerint celebrata: *Ἐπὶ Νικοκράτους ἄρχοντος· ἐκ τῆς θυσίας τῇ Εἰρήνῃ παρὰ στρατηγῶν — ἐκ τῆς θυσίας τῷ Ἄμμωνι παρὰ στρατηγῶν — ἐκ Παναθηναίων παρὰ ἱεροποιῶν κατ' ἐνιαυτόν.* Atqui Cronia ante Panathenaea celebrata sunt. Sacellum Saturno et Rheae, unicum ut videtur, Athenis exstructum fuisse memorat Pausanias I. 18, 7, neque hoc mirum, quandoquidem Saturni cultus h. e. prisca religio Iovis numine h. e. novitia religione plerumque obscurata. Ex his omnibus autem aureae aetatis memoriam apud Athenienses quoque vulgo viguisse apparet. Sed non solum existimabant olim tempus fuisse, quo homines omnibus rebus undique affluentibus, labore et morte procul remota vitam degerint beatissimam, verum etiam aliquando fore, ut pristina illa felicitas restitueretur laetissimeque effloresceret, satis certo sperabant. Iam Hesiodus antiquissimus auctor non obscure indicat vicissitudinem esse et circuitum quendam rerum omnium, ita ut aureum illud saeculum, h. e. pristinam felicitatem et pietatem restitutum iri speret: nam ubi ferrea se vivere aetate conqueritur, ibi vero dicit, v: 172:

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφειλον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι,
Ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι.

eximie deinde poeta, ubi hoc hominum genus ad summum impietatis fastigium fuerit evectum, divina vindicta exstinctum iri auguratur:

Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων
Εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν.

Atqui existimabant etiam tunc non omnino interiisse auream aetatem, sed loca quaedam esse beata, quibus Saturnus praeesset: ita ipse Hesiodus, ubi de fortuna heroum post mortem loquitur v. 166, eos beatorum insulas incolere dicit:

Τοῖς δὲ δίχ' ἀνθρώπων βίοτον καὶ ἤθε' ὀπάσσας
Ζεὺς Κρονίδης κατένασσε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης,
Τηλοῦ ἀπ' ἀθανάτων, τοῖσιν Κρόνος ἐμβασιλεύει.
Καί τοι μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
Ἐν μακάρων νήσοισι παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην
Ὄλβιοι ἥρωες, τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν
Τρὶς ἔτεος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

Atque eodem modo Pindarus Olymp. II. 68 summa felicitate animos mortuorum sub Saturni imperio frui monet:

Ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐς τρὶς
Ἑκατέρωθι μείναντες ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
Ψυχάν, ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν· ἔνθα μακάρων
Νᾶσον ὠκεανίδες

Αὖραι περιπνέοισιν· ἄνθεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
Τὰ μὲν χερσόθεν ἀπ' ἀγλαῶν δενδρέων, ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει,
Ὅρμοισι τῶν χέρας ἀναπλέκοντι καὶ κεφαλὰς
Βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος,
Ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἑτοῖμον αὐτῷ πάρεδρον,
Πόσις ὁ πάντων Ῥέας ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.

Verum etsi alias exstincta penitus erat aurei illius aevi felicitas, tamen in civitate, ubi iustitia, pietas, honestas in animis omnium versarentur, etiam felicitatem illam quasi revocari Graeci censebant: uti est apud ipsum Hesiodum v. 223:

Οἳ δὲ δίκας ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι διδοῦσιν
Ἰθείας καὶ μήτι παρεκβαίνουσι δικαίου,
Τοῖσι τέθηλε πόλις· λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ.
Εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος, οὐδέ ποτ' αὐτοῖς
Ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρυόπα Ζεύς·
Οὐδέ ποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ,
Οὐδ' ἄτη, θαλίης δὲ μεμηλότα ἔργα νέμονται.
Τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον, οὔρεσι δὲ δρῦς
Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας,
Εἰροπόκοι δ' ὄϊες μαλλοῖς καταβεβρίθασιν,
Τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν,
Θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές· οὐδ' ἐπὶ νηῶν
Νίσσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

Atque huius summae felicitatis desiderium omnium animos tenebat, et quo vehementius praesentis rerum conditionis taedium eos ceperat, eo laetiorem spem Saturnii cuiusdam aevi recuperandi fovebant. Itaque comici poetae saepissime hac spe, qua Athenienses etiam in maximis rerum publicarum tempestatibus, in gravissimis domesticorum calamitatibus animos consolabantur et firmabant, usi sunt, ut imaginem aurei saeculi exhiberent. In quo quidem argumento tractando libere versati sunt: ita enim memoriam priscae illius felicitatis conformabant ac fingebant, ut conveniret instituto et proposito veteris comoediae. Et Cratinus quidem in hac fabula primum aurei aevi quod olim Saturno regnante fuerat commoditates voluptatesque accurate videtur descripsisse, ita quidem ut omnia, quae de ista felicitate ferebantur, lepidissime exornaret et saepe amplificaret atque augeret: chorum autem induxit, qui anapaestis celebraret Saturnium regnum:

Οἷς δὴ βασιλεὺς Κρόνος ἦν τὸ παλαιόν,
Ὅτε τοῖς ἄρτοις ἠστραγάλιζον, μᾶζαι δ' ἐν ταῖσι παλαίστραις
Αἰγιναῖαι κατεβέβληντο δρυπεπεῖς, ἀμύλοις τε κόμῶσαι.

vid. Athenaeus VI. p. 267 E: *Οἱ δὲ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταὶ περὶ τοῦ ἀρχαίου βίου διαλεγόμενοι, ὅτι οὐκ ἦν τότε δούλων χρεία τοιάδ' ἐκτίθενται· Κρατῖνος μὲν ἐν Πλούτοις κτλ.* verum hi versus obscurius probant id, quod ex Athenaei verbis dilucide expositum fuisse possis coniicere: itaque vereor ne plures versus subsequentes interciderint: videturque hanc opinionem etiam ipse

Athenaeus confirmare, qui infra p. 268 D. dicit: *Πρὸς τῆς Δήμητρος*, ait, *ὑμῖν ὦ ἑταῖροι εἰ ταῦτα οὕτως ἐγίνετο, χρεία τίς ἡμῖν ἦν οἰκετῶν; ἀλλὰ γὰρ αὐτουργοὺς εἶναι ἐθίζοντες ἡμᾶς οἱ ἀρχαῖοι διὰ τῶν ποιημάτων ἐπαίδευον εὐωχοῦντες λόγοις· ἐγὼ δ' ἐπειδὴ ὥσπερ λαμπάδιον κατασείσαντος τοῦ θαυμαστοτάτου Κρατίνου τὰ προκείμενα ἔπη καὶ ὅσοι μετ' αὐτὸν γενόμενοι μιμησάμενοι ἐπεξειργάσαντο, ἐχρησάμην τῇ τάξει τῶν δραματων ως ἐδιδαχθη.* Atque Crates in Feris, qui sicut ceteri comici, quos commemorat Athenaeus, Cratini exemplum secutus est, illud inprimis effert, quod nullus sit servorum usus: itaque etiam ferebant Saturni aetate omnes liberos fuisse, vid. Lucian. Saturnal. c. 7, ubi ipse deus *Οὐδεὶς γάρ*, ait, *ἐπ' ἐμοῦ δοῦλος ἦν.* neque enim opus erat servis, cum omnia sua sponte fierent et nascerentur hominumque voluntas secundum haberet successum. Iam Cratinus finxit sub Saturno homines panibus tanquam tesseris lusisse; Teleclides simillimam imaginem exhibuit in Amphictyonibus ap. Athenaeum VI. p. 268 D:

Μήτρας δὲ τόμοις καὶ χναυματίοις οἱ παῖδες ἂν ἠστραγάλιζον.

uti etiam postea Saturnalibus hoc tesserarum lusu delectari solebant, vid. Luciani Saturnal. c. 2. Cronosol. 18. Porro in palaestris panes tenerrimi et scite cocti quasi fructus de arboribus decidunt: *δρυπεπεῖς μάζας* non dissimili ratione dixit Teleclides apud Athen. II. p. 56 D:

Συγγενέσθαι διὰ χρόνου μ' ἐλιπάρει
Δρυπεπέσι μάζαις καὶ διασκανδικίσαι.

Ceterum vulgo legitur *βώλοις τε κομῶσαι*, scripsi *ἀμύλοις*, sed dubitanter. Ad eandem pristinae felicitatis memoriam pertinet etiam iambicus ille versus, quem ex hac fabula Stobaeus CIII. 11 attulit:

Αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνίει τἀγαθά.

Ita antiquae vitae imagine proposita Cratinus popularibus suis spem fecisse videtur, fore, ut si ad priscam virtutem et honestatem fuerint reversi, etiam pristina felicitate perfrui possent: induxit enim opinor aliquem, qui regionem omnibus bonis copiisque abundantem demonstraret: ad quem locum pertinent quatuor versus, quos Athenaeus IV. p. 138 E. affert: *Πολέμων δ' ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι κανάθρῳ τοῦ παρὰ Λάκωσι καλουμένου δείπνου κοπίδος μνημονεύοντα Κρατῖνον ἐν Πλούτοις λέγειν·*

Ἆρ' ἀληθῶς τοῖς ξένοισίν ἐστιν, ὡς λέγουσ', ἐκεῖ
Πᾶσι τοῖς ἐλθοῦσιν ἐν τῇ κοπίδι θοινᾶσθαι καλῶς;
Ἐν δὲ ταῖς λέσχαισι φύσκαι προσπεπατταλευμέναι
Καταχρέμανται, τοῖσι πρεσβύταισιν ἀποδάκνειν ὀδάξ;

quae etsi fortasse non ad ipsam Lacedaemonem, sed ad aliquam regionem, quam finxit poeta, sunt referenda, tamen adumbrata sunt ad mores et consuetudinem Lacedaemoniorum, qui erga hospites satis erant liberales: ita Lichas maximo sumtu omnes hospites, qui Lacedaemone commorabantur, in gymnicis ludis coena excepit, vid. Xenoph. Memorabil. I. 2, 61: *Ἀλλὰ Σωκράτης γε καὶ πρὸς*

τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους κόσμον τῇ πόλει παρεῖχε, πολλῷ μᾶλλον ἢ Λίχας τῇ Λακεδαιμονίων; ὃς ὀνομαστὸς ἐπὶ τούτῳ γέγονε· Λίχας μὲν γὰρ ταῖς γυμνοπαιδίαις τοὺς ἐπιδημοῦντας ἐν Λακεδαίμονι ξένους ἐδείπνιζε, Σωκράτης δὲ κτλ. Adde Plutarchum praecept. reipubl. ger. c. 31: *Εἶτα ὥσπερ ἐν τοῖς συμποσίοις Καλλίου δαπανῶντος ἢ Ἀλκιβιάδου Σωκράτης ἀκούεται καὶ πρὸς Σωκράτην πάντες ἀποβλέπουσιν, οὕτως ἐν ταῖς ὑγιαινούσαις πόλεσιν Ἰσμηνίας μὲν ἐπιδίδωσιν καὶ δειπνίζει, χορηγεῖ Λίχας καὶ Νικήρατος;* cf. vit. Cimonis c. 10: *Καίτοι Λίχαν γε τὸν Σπαρτιάτην ἀπ' οὐδενὸς ἄλλου γινώσκομεν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ὀνομαστὸν γενόμενον, ἢ ὅτι τοὺς ξένους ἐν ταῖς γυμνοπαιδίαις ἐδείπνιζεν.* Ad Lacedaemoniorum autem victum et consuetudinem poetam respexisse satis arguit hoc ipsum verbum *κοπίς*, quo nomine Lacedaemonii coenam sacrificalem appellabant, privatam illam quidem non publicam, ad quam peregrinos quoque atque hospites quos quis vellet adhibere licuit: Athenaeus IV. p. 138 F: *Ἐπὴν δὲ δὴ κοπίζωσι, πρῶτον μὲν δὴ σκηνὰς ποιοῦνται παρὰ τὸν θεόν, ἐν δὲ ταύταις στιβάδας ἐξ ὕλης, ἐπὶ δὲ τούτων δάπιδας ὑποστρωννύουσιν, ἐφ' αἷς τοὺς κατακλιθέντας εὐωχοῦσιν, οὐ μόνον τοὺς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀφικνουμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιδημήσαντας τῶν ξένων.* Quales fuerint illae coenae praeter alios Grammaticos, quibus Athenaeus illo loco utitur, breviter Molpis de Lacedaemoniorum re publica (p. 140 B.) exponit: *Ποιοῦσι δὲ καὶ τὰς καλουμένας κοπίδας· ἔστι δ' ἡ κοπὶς δεῖπνον, μᾶζαι, ἄρτος, κρέας, λάχανον ὠμόν, ζωμός, σῦκον, τράγημα, θέρμος.* Epilyci versus ex Coralisco qui rem commode illustrant infra in libro secundo emendabuntur. Et ad Spartanorum mores etiam lescharum commemoratio referenda est: in illis enim locis Spartae senes potissimum convenire et vario sermone horas laetissime fallere solebant: quem morem sane praestantissimum Plutarchus in vita Lycurgi c. 25 describit: *Τοῖς δὲ πρεσβυτέροις αἰσχρὸν ἦν συνεχῶς ὁρᾶσθαι περὶ ταῦτα διατρίβουσιν, ἀλλὰ μὴ τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας περὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὰς καλουμένας λέσχας ἀναστρέφεσθαι· καὶ γὰρ εἰς ταύτας συνιόντες ἐπιεικῶς ἐσχόλαζον μετ' ἀλλήλων, οὐδενὸς μεμνημένοι τῶν πρὸς χρηματισμὸν ἢ χρείαν ἀγοραῖον συντελούντων· ἀλλὰ τὸ πλεῖστον ἦν τῆς τοιαύτης διατριβῆς ἔργον, ἐπαινεῖν τι τῶν καλῶν ἢ τῶν αἰσχρῶν ψέγειν, μετὰ παιδιᾶς καὶ γέλωτος ἐλαφρῶς ὑποφέροντος εἰς νουθεσίαν καὶ διόρθωσιν.* cf. ibid. c. 16. Quae consuetudo etiam apud Atticos, quamdiu antiqua morum simplicitas servata est, vigebat, post vero rerum publicarum studio nimis fervente exstincta est.

Huic potissimum fabulae velim adscribere tres versiculos, quos Phrynichus p. 110 ed. Lobeck comoediae titulo neglecto exhibet: *Ἀσπάραγος — ὁ γοῦν Κρατῖνος ἐν ἄλλοις ἀγρίοις αὐτὸ καταλέγων φησίν·*

Αὐτομάτη δὲ φέρει τιθύμαλλον καὶ σφάκον πρὸς αὐτῷ,
Ἀσφάραγον κύτισόν τε, νάπαισιν δ' ἀνθέρικος ἐνηβᾷ,
Καὶ φλόμον ἄφθονον ὥστε παρεῖναι πᾶσι τοῖς ἀγροῖσιν.

Ita fere Hermannus apud Lobeckium correxit: quamquam illud πρὸς αὐτῷ languidum satis videtur: fortasse scribendum καὶ σφάκον πρὸς αὖον, ubi πρὸς adverbiascit, ut saepe apud Atticos scriptores, vid. Aesch. Prometh. 73:

Ἦ μὴν κελεύσω κἀπιθωΰξω γε πρός.

Omnes autem illae herbae, quae enumerantur, suave olentes erant et capris maxime conveniebant: compares illa, quae apud Eupolidem Caprarum chorus loquitur in fabula cognomine (Plutarch. Quaest. Sympos. IV. 1, 3):

Βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης, πρίνου, κομάρου τε
Πτόρθους ἁπαλοὺς ἀποτρώγουσαι· καὶ πρὸς τούτοις τιθύμαλλον,
Κύτισόν τ' ἠδὲ σφάκον εὐώδη καὶ σμίλακα τὴν πολύφυλλον,
Κότινον, σχῖνον, μελίαν, πεύκην, φυλίαν, δρῦν, κιττόν, ἐρείκην,
Πρόμαλον, ῥάμνον, φλόμον, ἀνθέρικον, φηγόν, κισθόν, θύμα, θυμβράν.

Ita enim corrigenda sunt: v. 2 legebatur καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἀλλ' οἷον κυτίσου τ' ἠδὲ σφ. Meinekius in Curis Criticis p. 59 οἷον prorsus eiecit et ἔτ' ἄλλα scripsit, at vero hoc omnino languet, requiritur herbae alicuius nomen, itaque τιθύμαλλον scripsi, quam herbam etiam Cratinus in illis versibus memoravit, cf. Aristoph. Ecclesiaz. v. 405 ibique Schol. Quarto autem Eupolidis versu φυλίαν scripsi pro corrupta voce ἀλίαν: φυλία est oleaster. Attica autem capris abundabat, itaque poeta cum vellet Atheniensibus maximae felicitatis simulacrum quasi quoddam proponere, terram sua sponte herbas suaveolentes, capris alendis commodissimas, large efferre finxit.

In universa autem illa aurei quasi saeculi imagine, quam exhibuit Cratinus, Cimonem potissimum, virum et honestissimum et liberalissimum ante oculos habuisse videtur; cuius tanta fuerat munificentia, ut Athenienses Saturniam quasi aetatem reversam esse arbitrarentur, vid. Plutarch. vit. Cimon. c. 10: Ἡ δὲ Κίμωνος ἀφθονία καὶ τὴν παλαιὰν τῶν Ἀθηναίων φιλοξενίαν καὶ φιλανθρωπίαν ὑπερέβαλεν· οἱ μὲν γὰρ ἐφ' οἷς ἡ πόλις μέγα φρονεῖ δικαίως, τό τε σπέρμα τῆς τροφῆς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξέδωκαν, ὑδάτων τε πηγαίων χρῆσιν καὶ πυρὸς ἔναυσιν ἀνθρώπους ἐδίδαξαν. ὁ δὲ τὴν μὲν οἰκίαν τοῖς πολίταις πρυτανεῖον ἀποδείξας κοινόν, ἐν δὲ τῇ χώρᾳ καρπῶν ἑτοίμων ἀπαρχάς, καὶ ὅσα ὧραι καλὰ φέρουσιν, χρῆσθαι καὶ λαμβάνειν ἅπαντα τοῖς ξένοις παρέχων, τρόπον τινὰ τὴν ἐπὶ Κρόνου μυθολογουμένην κοινωνίαν εἰς τὸν βίον αὖθις κατῆγεν. Quam munificentiam etsi Cimoni quamdiu vivebat inimici et adversarii graviter exprobrabant, tamen illo mortuo Athenienses vehementissime desiderabant: et Cratinus quoque, quantopere Cimonis virtutes admiratus fuerit, ipse docet in Archilochis:

Σὺν ἀνδρὶ θείῳ καὶ φιλοξενωτάτῳ
Καὶ πάντ' ἀρίστῳ τῶν Πανελλήνων πρὸ τοῦ
Κίμωνι.

ubi non temere Cimonem *virum divinum* appellavit, sed quoniam ille summopere Lacedaemoniorum moribus et institutis delectabatur, eum hoc praeconio decoravit, quod apud Spartanos viris claris et probis tribui solebat, vid. supra p. 22, itaque etiam in hac fabula, ubi imaginem vitae felicis atque beatae exhibuit ad Lacedaemoniorum consuetudinem pleraque retulisse videtur. Censuit autem Cratinus in hac fabula, Athenienses tum demum recuperare posse rerum et publicarum et domesticarum statum felicem et beatum, si Cimonis honestatem et liberalitatem non solum admirarentur, verum etiam ipsi sequerentur. Neque vero mirum est illud, quod poeta in felicitate exornanda Lacedaemoniorum instituta et mores secutus sit: Cimon enim aliique viri probi et honesti non pauci, ut salvam integramque praestarent rem publicam, ad Lacedaemoniorum instituta se applicarunt: quod quidem inimici saepe numero exprobraverunt Cimoni, vid. Eupolis apud Plutarch. vit. Cim. c. 15: *Διὸ καὶ τοῦ Κίμωνος ὡς ἐπανῆλθεν ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τῷ προπηλακίζεσθαι τὸ ἀξίωμα τοῦ συνεδρίου καὶ πειρωμένου πάλιν ἄνω τὰς δίκας ἀνακαλεῖσθαι καὶ τὴν ἐπὶ Κλεισθένους ἐγείρειν ἀριστοκρατίαν, κατεβόων συνιστάμενοι, καὶ τὸν δῆμον ἐξηρέθιζον, ἐκεῖνά τε τὰ πρὸς τὴν ἀδελφὴν ἀνανεούμενοι καὶ Λακωνισμὸν ἐπικαλοῦντες· εἰς ἃ καὶ τὰ Εὐπόλιδος διατεθρύλληται περὶ Κίμωνος, ὅτι*

Κακὸς μὲν οὐκ ἦν, φιλοπότης δὲ κἀμελής,
Κἀνίοτ' ἂν ἀπεκοιμᾶτ' ἂν ἐν Λακεδαίμονι,
Κἂν Ἐλπινίκην τήνδε καταλιπὼν μόνην.

quibus versibus etsi comicus poeta reprehendit Cimonem, eundem tamen virtutis quoque praeconio ornat: sunt autem haec ex *Urbibus* petita, id quod docet Scholiasta Aristidis T. III. p. 515 ed. Dindf.: *Δίδυμος δέ φησιν οὐχ ὅτι ἐλακώνιζεν, ἀλλ' ὅτι Ἐλπινίκῃ τῇ ἀδελφῇ συνῆν· αἴτιοι δὲ τῆς διαβολῆς οἱ κωμικοὶ καὶ μάλιστα Εὔπολις ἐν Πόλεσιν.* Ceterum de Cimonis et optimatium Laconismo, vid. Plutarch. ibid. c. 16: *Οἱ δὲ ταῦτα κολακείαν ὄχλου καὶ δημαγωγίαν εἶναι διαβάλλοντες, ὑπὸ τῆς ἄλλης ἐξηλέγχοντο τοῦ ἀνδρὸς προαιρέσεως, ἀριστοκρατικῆς καὶ Λακωνικῆς οὔσης.* idem c. 16 docet quanta gratia et auctoritate Cimon apud Lacedaemonios floruerit, quantaque inde Athenienses commoda in suam rem publicam derivaverint: itaque non mirum si Cimon Atheniensibus, praecipue si quid reprehensione et castigatione dignum animadvertisset, Spartanorum exemplum proponere solitus fuerit: id quod Stesimbroto auctore memoriae prodidit Plutarchus ibid.: *Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐπὶ παντὶ μεγαλύνων τὴν Λακεδαίμονα πρὸς Ἀθηναίους καὶ μάλιστα ὅτε τύχοι μεμφόμενος αὐτοῖς ἢ παροξύνων, ὥς φησι Στησίμβροτος, εἰώθει λέγειν· „Ἀλλ' οὐ Λακεδαιμόνιοί γε τοιοῦτοι." ὅθεν φθόνον ἑαυτῷ συνῆγε καὶ δυσμένειάν τινα παρὰ τῶν πολιτῶν.* Idem auctor fuit, ut Athenienses, quamvis repugnante Ephialte, Lacedaemoniis bello Messenio difficili sane atque diuturno oppressis auxilia mitterent, quibus ipse praefuit: noluit enim patriam ex aliorum incommodis incrementa capere aut praeter ceteras Graeciae civitates opibus

valere, vid. Plut. c. 16 extremo. Sed non ita multo post adversariorum opera ex civitate eiectus est, vid. Plut. 17: *Οἱ δὲ πρὸς ὀργὴν ἀπελθόντες ἤδη τοῖς λακωνίζουσι φανερῶς ἐχαλέπαινον καὶ τὸν Κίμωνα μικρᾶς ἐπιλαβόμενοι προφάσεως ἐξωστράκισαν εἰς ἔτη δέκα.* ex quo loco satis illud apparet, Cimonem multos, qui eadem sentirent, habuisse amicos. Post vero Athenienses levitatis poenituit atque ipse Pericles, ut erat magno et liberali animo, huic desiderio concessit Cimonemque restituit. Erant autem sane Athenis tunc non pauci, qui Cimonem, quippe qui studiose antiquos mores et instituta tueretur, multum praeferrent Pericli, novitiae disciplinae auctori atque vindici, id quod etiam Plutarchus in Periclis vita c. 7 docet, licet ille suo more magis externam rei speciem descripserit, quam reddiderit rationem: *Ἀλλ᾽ ὡς ἔοικε δεδιὼς μὲν* (Pericles) *ὑποψίᾳ περιπεσεῖν τυραννίδος, ὁρῶν δ᾽ ἀριστοκρατικὸν τὸν Κίμωνα καὶ διαφερόντως ὑπὸ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀγαπώμενον ὑπῆλθε τοὺς πολλοὺς ἀσφάλειαν μὲν ἑαυτῷ, δύναμιν δὲ κατ᾽ ἐκείνου παρασκευαζόμενος· εὐθὺς δὲ καὶ τοῖς περὶ τὴν δίαιταν ἑτέραν τάξιν ἐπέθηκεν· ὁδόν τε γὰρ ἐν ἄστει μίαν ἑωρᾶτο τὴν ἐπ᾽ ἀγορὰν καὶ τὸ βουλευτήριον πορευόμενος κλήσεις τε δείπνων καὶ τὴν τοιαύτην ἅπασαν φιλοφροσύνην καὶ συνήθειαν ἐξέλιπεν.* Atque praeter ceteros Ion tragicus poeta, ut ingenium eius magis ad antiquam illam quam ad novitiam disciplinam inclinabat, Cimonem multum anteposuit Pericli, id quod Plutarchus quoque significat vit. Pericl. c. 5: *Ὁ δὲ ποιητὴς Ἴων μοθωνικήν φησι τὴν ὁμιλίαν καὶ ὑπότυφον εἶναι τοῦ Περικλέους καὶ ταῖς μεγαλαυχίαις αὐτοῦ πολλὴν ὑπεροψίαν ἀναμεμίχθαι καὶ περιφρόνησιν τῶν ἄλλων· ἐπαινεῖ δὲ τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμουσωμένον ἐν ταῖς περιφοραῖς· ἀλλ᾽ Ἴωνα μὲν ὥσπερ τραγικὴν διδασκαλίαν ἀξιοῦντα τὴν ἀρετὴν ἔχειν τι πάντως καὶ σατυρικὸν μέρος ἐῶμεν.* adde quae ex eodem Ione affert Plutarchus in vita Cimonis c. 5; idemque in commentariis suis professus est, Cimonem ingenio satis liberaliter exculto fuisse et maxime Atheniensium civitatem opibus et divitiis auxisse, vid. Plut. vit. Cim. c. 9: *Συνδειπνῆσαι δὲ τῷ Κίμωνί φησιν ὁ Ἴων, παντάπασι μειράκιον ἥκων εἰς Ἀθήνας ἐκ Χίου παρὰ Λαομέδοντι καὶ τῶν σπονδῶν γενομένων παρακληθέντος ᾆσαι καὶ ᾄσαντος οὐκ ἀηδῶς ἐπαινεῖν τοὺς παρόντας ὡς δεξιώτερον Θεμιστοκλέους· πόλιν δὲ ποιῆσαι μεγάλην καὶ πλουσίαν ἐπίστασθαι.* Cratinus autem, uti ceteri comici poetae omnes, antiquitatis et laudator et vindex fuit acerrimus; itaque hunc multa in Lacedaemoniorum rebus et publicis et domesticis sapienter instituta laudasse, populariumque inveteratum in Spartanos odium improbavisse consentaneum est. Etiam Aristophanes, etsi infestum Spartanis animum plerumque prae se fert, eos tamen ab iniusto Atheniensium odio vindicat in Acharnensibus v. 509:

Ἐγὼ δὲ μισῶ μὲν Λακεδαιμονίους σφόδρα,
Καὐτοῖς ὁ Ποσειδῶν οὑπὶ Ταινάρῳ θεὸς
Σείσας ἅπασιν ἐμβάλοι τὰς οἰκίας.

Κἀμοὶ γάρ ἐστιν ἀμπέλια κεκομμένα·
Ἀτάρ, φίλοι γὰρ οἱ παρόντες ἐν λόγῳ,
Τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα:

et sic porro originem calamitatum non a Lacedaemoniis, sed ab improbis rei publicae rectoribus repetendam esse contendit.

Pytinen Cratinus docuit, id quod supra dixi in exordio huius capitis, ut iniquas criminationes vulgo sibi conflatas dilueret ostenderetque, quantum vel in senectute valeret ingenio. Eximie autem hoc documento ingenuus poetae animus illustratur, qui quae in se inessent vitia libere profiteretur nec specioso aliquo nomine celaret. Praeter ceteros autem illum lacessiverat Aristophanes, qui iuveniliter exultans superbiensque, quod ipse sibi videretur ingeniose inventis comicam artem auxisse, Cratinum iam senescentem contemsit magnaque procacitate irrisit. Ita in Acharnensibus v. 848, non solum libidinosam vitam eius exagitat, sed eundem etiam reprehendit, quod nimia negligentia et festinatione fabulas componat:

Οὐδ' ἐντυχὼν ἐν τἀγορᾷ πρόσεισί σοι βαδίζων
Κρατῖνος ἀεὶ κεκαρμένος μοιχὸν μιᾷ μαχαίρᾳ,
Ὁ περιπόνηρος Ἀρτέμων,
Ὁ ταχὺς ἄγαν τὴν μουσικήν,
Ὄζων κακὸν τῶν μασχαλῶν
Πατρὸς τραγασαίου.

nam quae graecus interpres de melico quodam poeta Cratino commentus est, futilia prorsus sunt, quamquam homines docti fidem habuerunt. Et rursus infra, ubi Antimachum choragum sibi infestum graviter vexat, ridicule et praeter exspectationem illius iram in Cratinum convertit, v. 1166:

Εἶτα κατάξειέ τις αὐτοῦ μεθύων τῆς κεφαλῆς Ὀρέστης
Μαινόμενος· ὁ δὲ λίθον λαβεῖν
Βουλόμενος ἐν σκότῳ λάβοι
Τῇ χειρὶ πέλεθον ἀρτίως κεχεσμένον.
Ἐπάξειεν δ' ἔχων
Τὸν μάρμαρον, κᾆπειθ' ἁμαρ-
Τὼν βάλοι Κρατῖνον.

ubi itidem poetam intellexit, quem ebrium et comissatorem nocturnis grassatoribus, quasi Orestis quibusdam, comitem adiungit et ab Antimacho foede deturpari fingit: sed ab huius quoque loci sententia prorsus aberravit Scholiasta. Cratini vinositatem et spurcitiem rursus attigit in Equitibus v. 400:

Εἴ σε μὴ μισῶ, γενοίμην ἐν Κρατίνου κώδιον,
Καὶ διδασκοίμην προσᾴδειν Μορσίμου τραγῳδίαν.

et in parabasi eiusdem fabulae v. 526, etsi ingenium eius summis laudibus praedicat, tamen iam torpere vinoque nimis indulgere affirmat:

Νυνὶ δ' ὑμεῖς αὐτὸν ὁρῶντες παραληροῦντ' οὐκ ἐλεεῖτε,
Ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων καὶ τοῦ τόνου οὐκέτ' ἐνόντος.
Τῶν θ' ἁρμονιῶν διαχασκουσῶν· ἀλλὰ γέρων ὢν περιέρρει,

Ὥσπερ Κοννᾶς, στέφανον μὲν ἔχων αὖον, δίψῃ δ' ἀπολωλώς,
Ὃν χρῆν διὰ τὰς προτέρας νίκας πίνειν ἐν τῷ πρυτανείῳ
Καὶ μὴ ληρεῖν, ἀλλὰ θεᾶσθαι λιπαρὸν παρὰ τῷ Διονύσῳ.

His igitur ab criminibus Cratinus, ut se defenderet, ingeniose Poesin tanquam uxorem sibi finxit, quae ipsum in ius vocarit, quod animum applicasset ad Vinositatem quasi pellicem quandam: sed eo ipso quod vitia sua aperte confessus est, etiam ab omni culpa se liberavit viamque ad virtutem et honestatem a se relictam rursus aperuit. Hac ipsa enim re aequalibus suis praestant comici poetae, quod in ipsis si quid vitiosi est animadvertunt et prae se ferunt atque ita omne crimen a se avertunt: sensit hoc etiam Plutarchus Sympos. II. 1, 12: *Διὸ καὶ τῶν κωμικῶν ἔνιοι τὴν πικρίαν ἀφαιρεῖν δοκοῦσι τῷ σκώπτειν ἑαυτούς, ὡς Ἀριστοφάνης εἰς τὴν φαλακρότητα**) *καὶ Κρατῖνος δὲ εἰς τὴν οἴνου δίψην τὴν*

---

*) Calvitiem capitis ipse significavit in Equitibus v. 548:
Ἴν' ὁ ποιητὴς ἀπίῃ χαίρων
Κατὰ νοῦν πράξας
Φαιδρὸς λάμποντι μετώπῳ.
ubi recte Scholiasta: *διὰ τὸ φαλακρὸν εἶναι τὸν Ἀριστοφάνη.* quoniam eorum, qui calvi sunt, frons dilatari solet, unde etiam Horatius in Epistolis I. 7, 25:
Quod si me noles usquam discedere, reddes
Forte latus, nigros angusta fronte capillos.
Adque eundem modum corrigendus est alius locus Aristophanis, ubi rursus calvitiem suam attigit, in Pace v. 765:
Πρὸς ταῦτα χρεὼν εἶναι μετ' ἐμοῦ
Καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τοὺς παῖδας.
Καὶ τοῖς φαλακροῖσι παραινοῦμεν
Συσπουδάζειν περὶ τῆς νίκης·
Πᾶς γάρ τις ἐρεῖ νικῶντος ἐμοῦ
Κἀπὶ τραπέζῃ καὶ συμποσίοις
Φέρε τῷ φαλακρῷ, δὸς τῷ φαλακρῷ
Τῶν τρωγαλίων καὶ μὴ ἀφαίρει
Γενναιοτάτου τῶν ποιητῶν
Ἁδρὸν τὸ μέτωπον ἔχοντος.
h. e. *lata frons.* vulgo *ἀνδρός*, sed quoniam *ἁδρὸν* ambiguum est, praestare videtur: *λαμπρὸν τὸ μέτωπον ἔχοντος*, atque ita etiam interpres videtur legisse, qui dicit: *Λαμπρὸν διά τὴν φαλακρότητα ἢ εὐπαρρησίαστον.* Notaverat autem Aristophanem hoc nomine potissimum Eupolis, itaque hunc reprehendens in Nubibus v. 540 dicit:
Οὐδ' ἔσκωψε τοὺς φαλακροὺς οὐδὲ κόρδαχ' εἵλκυσεν.
ubi Scholiasta commode Eupolidis versus ex Baptis servavit:
Κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
Συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.
Lepidissime vero Aristophanes in alia quadam fabula videtur hoc capitis dedecus risisse: ipse enim poeta aut histrio, quem suam personam agere iussit Aristophanes, in scenam prodiit, magna capillorum mole exornatus, quo pertinent duo versiculi apud Grammaticum in Hermanni Opusc. T. III. p. 40 servati:
Ἐγὼ δ' ἀνῆμμαι, μὴ γέλων ὄφλων λάθω,
Περὶ τὴν κεφαλὴν διὰ ταῦτα πηνίκην τινά.

Πυτίνην ἐδίδαξε. Finxit autem poeta se Poesis uxoris et amicorum admonitione ad sanam rationem rediisse atque erroris convictum esse, nec erubuit coram universo populo Atheniensi ista dicere:

Ἀτὰρ ἐννοοῦμαι δῆτα τὰς μοχθηρίας
Τῆς σκαιότητος τῆς ἐμῆς.

ita enim emendanda arbitror, quae corrupta leguntur apud Priscianum T. II. p. 202 ed. Krehl. Verum Cratinus etsi errorem ingenue confiteri ausus est, libere tamen quaesitam meritis superbiam sumsit atque, quo esset ingenio, adversariorum criminationibus reiectis docuit: verum quoniam intellexit, omnem quamvis splendidam et magnificam orationem, quam ipse haberet, ingenii alacritatem et vigorem ostensurus, iusto deteriorem aut certe debiliorem fore, ita instituit, ut intus se defendere atque illa crimina diluere crederetur, chorus autem vel aliquis ex amicis summa admiratione commotus et vix sui compos in theatrum prodiret atque ista diceret (Schol. Aristoph. Eqq. 524):

Ἄναξ Ἀπόλλων τῶν ἐπῶν τοῦ ῥεύματος.
Καναχοῦσι πηγαί, δωδεκάκρουνον τὸ στόμα.
Ἰλισσος ἐν τῇ φάρυγι· τί ἂν εἴποιμί σοι;
Εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα,
Ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασιν.

quae res ad animos spectantium percellendos erat accommodatissima. Itaque cum ingenue vitia esset professus eximieque suum ingenium illustravisset, iam in parabasi videtur aemulos poetas, a quibus ista ignominia sibi erat conflata, recensuisse et sub severum iudicium vocasse. Maxime vero attigit Aristophanem, quem vulgo existimabant Eupolidis opera in fabulis componendis uti, quo pertinet illud, quod Scholiasta Aristoph. Eqq. v. 528: *Ταῦτα ἀκούσας,* inquit, *ὁ Κρατῖνος ἔγραψε τὴν Πυτίνην, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐλήρησεν,*

Sic enim verba satis perturbata disponenda arbitror, quamquam haec sane incerta: neque vero hoc fecit in Anagyro, quod existimat Fritzschius Quaest. Aristoph. T. I. p. 144, sed ut ego arbitror in illa fabula, quam *Σκηνὰς καταλαμβανούσας* inscripsit, in qua videtur ingenue professus esse, quo esset ingenio: quorsum pertinet Fr. I, in quo Cratini respiciens reprehensionem, qui illum dixerat ad Euripidis exemplum se applicare, sane concedit, se ad dialecticam tragici illius artem prope accedere, ingenio autem esse honesto et probo:

Χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ,
Τοὺς νοῦς δ' ἀγοραίους ἧττον ἢ 'κεῖνος ποιῶ.

deinde vero videtur comicus ostendisse, nullum omnino esse poetam, qui non iis, quae priores bene et commode invenerint, utatur, idque ipsius Euripidis exemplo probat:

Ὁ δ' αὖ Σοφοκλέους τοῦ μέλιτι κεχρισμένου
Ὥσπερ καδίσκου περιέλειχε τὸ στόμα.

Hos enim versus, qui leguntur sine fabulae nomine apud Dionem LII. T. II. p. 273 ed. Reiske, illis continuo subiungendos censeo: ad Gerytadem referre voluit Dindorfius p. 117.

ἐν οἷς κακῶς λέγει τὸν Ἀριστοφάνην, ὡς τὰ Εὐπόλιδος λέγοντα. Recteque Runkelius et Fritzschius huc revocarunt illos Cratini versus, quos Platonis Scholiasta p. 330 ed. Bekk. servavit:

Τίς δὲ σύ; κομψός τις ἔροιτο θεατής·
Ὑπολεπτολόγος, γνωμιδιώκτης, εὐριπιδαριστοφανίζων.

quibus verbis Cratinus, peritissimus poetarum arbiter, scite Aristophanis ingenium descripsit: sed de hoc crimine ipse Aristophanes dixit in Mulieribus sedes occupantibus, de qua re modo dictum est.

Quamquam autem de hac nobilissima fabula etiamnunc post hominum doctorum disceptationes non pauca possunt disseri, tamen omissa longiore disputatione pauca quaedam eligam. Et in illo quidem versu, qui legitur apud Suidam T. I. p. 310:

Ἀραχνίων μεστὴν ἔχεις τὴν γαστέρα,

non puto Cratinum secunda syllaba verbi ἀραχνίων contra Attici sermonis consuetudinem producta usum esse; probabiliter enim coniicias illum dixisse:

Ἆρ' ἀ ρ α χ ν ί ω ν μεστὴν ἔχεις τὴν γαστέρα;

Plane sic Pherecrates in Tyrannide apud Suidam T. I. p. 310:

Ἀράχνι', ὥσπερ ταῖς σιπναῖσι ταῖς κεναῖς;

quo versu rursus utitur Suidas v. σικναῖσι T. III. p. 392, sed ibi legitur meliore numero:

Ἆρ' ἀράχνι' ὥσπερ ταῖς σικναῖσι ταῖς κεναῖς;

Comparari potest etiam Nicocharis versus ibidem:

Ἆρ' ἀράχνιον τι φαίνετ' ἐμπεφυκέναι;

Iam vero video in eandem emendationem etiam Fritzschium in Quaestionibus Aristophanicis T. I. p. 1 incidisse. Cratinus, etsi in hac fabula illud potissimum consilium secutus est, ut ab adversariorum criminibus se defenderet, non tamen neglexit institutum antiquae comoediae, sed magna acerbitate errores et vitia in rebus publicis et domesticis admissa castigavit: documento est illud, quod servavit Scholiasta Aristophanis Nub. v. 354: Καὶ νῦν φησι, διὰ τὸν Κλεισθένη ἐγένοντο γυναῖκες· οὗτος δὲ ἐπὶ κιναιδείᾳ διαβάλλεται. Τοῦτον δὲ ὡς γυναικιζόμενον οὐκ Ἀριστοφάνης διαβάλλει μόνος, ἀλλὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ, λέγων οὕτως· Ληρεῖς ἔχων. γράφ' αὐτὸς ἐν ἐπεισοδίῳ· γελοῖος ἔσται Κλεισθένης ··υβεύων. ἐν τῇ τοῦ κάλλους ἀκμῇ: de quo versu quae homines docti proposuerunt, a veritate recedunt longissime: neque multum proficimus ex iis, quae leguntur apud Suidam T. III. p. 327: Οὗτος ἐπὶ κιναιδίᾳ διεβέβλητο καὶ ἐγυναικίζετο· καὶ Κρατῖνος· Ληρεῖς ἔχων, γράφων αὔτ' ἐν ἐπεισοδίῳ· γελοῖος ἔσται Κλεισθένης κυβεύων. Obscurissimum enim est, quid illis verbis ἐν ἐπεισοδίῳ significetur, quandoquidem ἐπεισόδιόν ea est pars fabulae, quae praeter institutum et propositum quasi obiter intertexitur: compares quod Metagenes dicit apud Athenaeum X. p. 459 C:

Κατ' ἐπεισόδιον μεταβάλλω τὸν λόγον, ὡς ἂν
Καινοῖσι παροψίσι καὶ πολλαῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον.

Sed illud huic loco vix fuerit accommodatum: et hoc verbum corruptela aliqua laborare eo est verisimilius quo maiore studio geminatum anapaestum in tetrametro iambico vitare solent comici poetae. Fortasse aliquis coniiciat, ut hoc vitium tollatur, scribendum esse *ἐν εἰσόδῳ: εἴσοδος* enim dicebatur ianua, per quam chorus introibat in orchestram: ita in Nubibus v. 325.

ΣΩ. Χωροῦσ' αὗται πάνυ πολλαί,
Διὰ τῶν κοίλων καὶ τῶν δασέων, αὗται πλάγιαι. ΣΤΡ. Τί τὸ χρῆμα;
Ὡς οὐ καθορῶ; ΣΩ. Παρὰ τὴν εἴσοδον. ΣΤΡ. Ἤδη νυνὶ μόλις οὕτως.

et in Avibus v. 295:

ΠΕΙ. Ὦ Πόσειδον, οὐχ ὁρᾷς ὅσον συνείλεκται κακὸν
Ὀρνέων; ΕΥ. Ὦναξ Ἄπολλον, τοῦ νέφους. ἰοὺ ἰού.
Οὐδ' ἰδεῖν ἔτ' ἔσθ' ὑπ' αὐτῶν πετομένων τὴν εἴσοδον.

ubi Scholiasta: *Εἴσοδος δὲ λέγεται ᾗ ὁ χορὸς εἴσεισιν ἐν τῇ σκηνῇ· καὶ ἐν ταῖς Νήσοις·*

Α. Τί σὺ λέγεις; Εἰσὶν δὲ ποῦ;
Β. Αἱδὶ κατ' αὐτὴν ἣν βλέπεις τὴν εἴσοδον.

Sed ne hoc quidem probatur omni ex parte: requiritur enim aliquid, quo aperte mollities et foeda libido Clisthenis notetur; scripsisse videtur Cratinus:

Α. Ληρεῖς ἔχων. γράφ' αὐτὸν
Ἐν ἐπεισίῳ. Β. Γελοῖος ἔσται Κλεισθένης κυβεύων
Ἐν τῇδε τοῦ κάλλους ἀκμῇ.

Ita enim tanquam homo effeminatus et profligatus irridetur. Ipse poeta explicans verba praegressa *ἐν ἐπεισίῳ* dixit *ἐν τῇδε τοῦ κάλλους ἀκμῇ*: de illa voce vid. Pollux II. 170. 174 et 224. Etymol. M. p. 363, 56. *ἐπείσιον* autem, non *ἐπίσειον* vel *ἐπίσιον* scribendum esse et optimi codices probant et Lycophronis versus arguit 1385:

Ὅταν κόρη κασωρὶς εἰς ἐπείσιον
Χλεύην ὑλακτήσασα κτλ.

Tale autem quid requiri, suadet vel similitudo alius versus ex hac ipsa fabula, ubi Hyperbolum, quoniam lucernas vendebat, pariter vexat: legitur autem hic versus apud Schol. Aristoph. Pac. 675: *Ὅτι λυχνοπώλης ὁ Ὑπέρβολος — καὶ Κρατῖνος δὲ ἐν Πυτίνῃ·*

Ὑπέρβολον δ' ἀποσβέσας ἐν τοῖς λύχνοισι γράψον.

ita recte Cod. Venet. pro vulgato *γράψω* suppeditat: hinc satis superque perspicitur, supra quoque recte restitutum esse: *γράφ' αὐτὸν Ἐν ἐπεισίῳ.* Fuit enim Clisthenes, homo mollissimus, Sibyrtii filius, quod docet Aristophanes in Acharn. v. 117:

Καὶ τοῖν μὲν εὐνούχοιν τὸν ἕτερον τουτονὶ
Ἐγῷδ' ὅς ἐστι· Κλεισθένης ὁ Σιβυρτίου.

unde Scholiasta ad Ranas v. 48: *Κλεισθένης ὁ Συμβυρτίου (Σιβυρτίου) ἐπ' αἰσχρότητι κωμῳδεῖται· ἦν δὲ λεῖος τὸ γένειον· διὸ καὶ εὐνούχῳ εἰκάζει αὐτόν· κωμῳδοῦσι δὲ αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῷ πασχητιᾶν.* Pater eius Sibyrtius palaestrae praefuisse videtur, siqui-

dem apud Plutarchum in vita Alcib. c. 3 haec leguntur excerpta ex Antiphonte: Ἐν δὲ ταῖς Ἀντιφῶντος λοιδορίαις γέγραπται, ὅτι παῖς ὢν ἐκ τῆς οἰκίας ἀπέδρα πρὸς Δημοκράτη τινὰ τῶν ἐραστῶν· — καὶ ὅτι τῶν ἀκολουθούντων τινὰ κτείνειεν ἐν τῇ Σιβυρτίου παλαίστρᾳ, ξύλῳ πατάξας. Clisthenem autem ut Cratinus una cum Hyperbolo notaret (nam ex communi loco utrumque fragmentum petitum esse arguit et numerorum et sententiarum similitudo) haec maxima causa videtur fuisse, quod ille in summa mollitie rem publicam capessere et auram popularem eloquentiae ope captare studebat: colligimus hoc ex Aristophanis Equitibus v. 1373:

ΔΗ. Οὐδ' ἀγοράσει ἀγένειος οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ·
ΑΓ. Ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει καὶ Στράτων;
ΔΗ. Τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω, τἀν τῷ μύρῳ,
Ἃ στωμυλεῖται τοιαδὶ καθήμενα·
Σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανεν·
Συνερκτικὸς γάρ ἐστι καὶ περαντικός,
Καὶ γνωμοτυπικὸς κὐσαφὴς*) καὶ κρουστικός,
Καταληπτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ.
ΑΓ. Οὐκοῦν καταδακτυλικὸς σὺ τοῦ λαλητικοῦ.

Legationem illum sacram aliquando suscepisse coniicias ex Vespis v. 1187:

ΦΙ. Ποίους τινὰς δὲ χρὴ λέγειν (μύθους); ΒΔΕΛ. Μεγαλοπρεπεῖς,
Ὡς ξυνεθεώρεις Ἀνδροκλεῖ καὶ Κλεισθένει.

Praetorem fuisse et victoriam reportavisse affirmat Scholiasta ad Ranas v. 48:

Ποῖ γῆς ἀπεδήμεις; ΔΙΟ. Ἐπεβάτευον Κλεισθένει.
ΗΡ. Κἀναυμάχησας; ΔΙΟ. Καὶ κατεδύσαμέν γε ναῦς
Τῶν πολεμίων ἢ δώδεκ' ἢ τρισκαίδεκα.

ubi haec adscripsit: Ἐμφαίνει οὖν, εἰ κατὰ στρατείαν ἀπεδήμουν μετὰ Κλεισθένους ἂν ἐστρατευσάμην. — ἐστρατήγησε δὲ νεωστὶ καὶ ἐνίκησεν οὗτος. Sed hoc sibi visus est grammaticus ex ipso illo loco coniicere, in quo nihil nisi mollities exprobratur Clistheni: verum nolo in praesentia accuratius de difficili hoc loco disserere. Eundem hominem praeter Aristophanem etiam ceteri eius aetatis comici poetae saepius videntur vexavisse; ita Pherecrates in Petale apud Athen. IX. p. 395 C. mollitiem Clisthenis tangit:

Ἀλλ' ὦ περιστέριον ὅμοιον Κλεισθένει
Πέτου, κόμισον δέ μ' εἰς Κύθηρα καὶ Κύπρον.

Cratinus autem in Pytine, ut magis etiam ei mollitiem exprobraret, finxit aleis ludentem: erat enim hoc ignominiosum et hominum effeminatorum atque perditorum: idem crimen coniicit Aristophanes in Amyniam Vesp. v. 74:

*) Legebatur καὶ σαφής, quod correxi, solita enim ironia usus Aristophanes Phaeacem eo ipso loco, ubi illum laudari fingit, acerbe notat: sed de Phaeacis ingenio disserere non est huius loci.

Ἀμυνίας μὲν ὁ Προνάπους φησ' οὑτοσὶ
Εἶναι φιλόκυβον αὐτόν· ἀλλ' οὐδὲν λέγει.
ΣΩ. Μὰ Δί', ἀλλ' ἀφ' αὑτοῦ τὴν νόσον τεκμαίρεται.

eum autem Amyniam aperte mulierem dixit in Nubibus, v. 681:

ΣΩ. Ἔτι δέ γε περὶ τῶν ὀνομάτων μαθεῖν σε δεῖ,
Ἅττ' ἄρρεν' ἐστίν, ἅττα δ' αὐτῶν θήλεα.
ΣΤΡ. Ἀλλ' οἶδ' ἔγωγ', ἃ θήλε' ἐστίν. ΣΩ. Εἰπὲ δή.
ΣΤΡ. Λύσιλλα, Φίλιννα, Κλειταγόρα, Δημητρία.
ΣΩ. Ἄρρενα δὲ ποῖα τῶν ὀνομάτων; ΣΤΡ. Μυρία.
Φιλόξενος, Μελησίας, Ἀμυνίας.
ΣΩ. Ἀλλ' ὦ πονηρέ, ταῦτά γ' ἔστ' οὐκ ἄρρενα.
ΣΤΡ. Οὐκ ἄρρεν' ὑμῖν ἐστιν; ΣΩ. Οὐδαμῶς γ', ἐπεὶ
Πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ;
ΣΤΡ. Ὅπως ἄν; ὡδί, δεῦρο, δεῦρ' Ἀμυνία.
ΣΩ. Ὁρᾷς; γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν καλεῖς.
ΣΤΡ. Οὐκοῦν δικαίως, ἥτις οὐ στρατεύεται.

ubi Philoxeni quoque et Melesiae nomina non temere esse electa, et per se consentaneum est et Socratis verba *ταῦτά γ' ἔστ' οὐκ ἄρρενα* arguunt. Non inscite enim Aristophanes Strepsiadem fecit eos inter viros referre, qui nomine quidem viri, sed revera mulieres essent. Et Philoxenus quidem haud dubie is est intelligendus, quem Eupolis in Urbibus dilucide feminam appellat:

Ἔστι δέ τις θήλεια Φιλόξενος ἐκ Διομείων.

pariterque ei maledixit Aristophanes in Vespis v. 81:

ΞΑ. Νικόστρατος δ' αὖ φησιν ὁ Σκαμβωνίδης
Εἶναι φιλοθύτην αὐτὸν ἢ φιλόξενον.
ΣΩ. Μὰ τὸν κύν', ὦ Νικόστρατ', οὐ φιλόξενος,
Ἐπεὶ καταπύγων ἐστὶν ὅ γε Φιλόξενος.

ubi graecus interpres illum Eupolidis versum adscripsit, adhibito praeterea Phrynichi ex Satyris testimonio. Fuit autem hic Philoxenus Eryxidis filius, qui et ipse propter foedas libidines male audivit, vid. quae ex Aeschinis dialogo, qui Callias inscriptus fuit, Athenaeus V. p. 220 B. affert: *Λέγει γὰρ ὡς ὁ μὲν Πρόδικος Θηραμένην μαθητὴν ἀπετέλεσεν, ὁ δ' ἕτερος (Ἀναξαγόρας) Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος καὶ Ἀριφράδην τὸν ἀδελφὸν Ἀριγνώτου τοῦ κιθαρῳδοῦ, θέλων ἀπὸ τῆς τῶν δηλωθέντων μοχθηρίας καὶ περὶ τὰ φαῦλα λιχνείας ἐμφανίσαι τὴν τῶν παιδευσάντων διδασκαλίαν.* itaque cum pariter atque Ariphrades, homo abiectissimus, ex Anaxagorae disciplina profectus esse perhibeatur, moribus non sane dissimilibus videtur fuisse: verum de Ariphrade dicetur infra; quamquam Aeschines in Philoxeno videtur magis etiam gulositatem notavisse. Huius enim Philoxeni gulositatem insignem fuisse documento sunt ea quae ex Theophilo affert Athenaeus I. p. 6 B: *Θεόφιλος δέ φησιν· Οὐχ ὥσπερ Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος· ἐκεῖνος γάρ, ὡς ἔοικεν, ἐπιμεμφόμενος τὴν φύσιν εἰς τὴν ἀπόλαυσιν ηὔξατό ποτε γεράνου τὴν φάρυγγα σχεῖν· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἵππον ὅλως ἢ βοῦν ἢ κάμηλον ἢ ἐλέφαντα δεῖ σπουδάζειν γενέσθαι· οὕτω γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι καὶ*

αἱ ἡδοναὶ πολλῷ μείζους καὶ σφοδρότεραι· πρὸς γὰρ τὰς δυνάμεις ποιοῦνται τὰς ἀπολαύσεις. Hoc idem optavisse Melanthium, tragicum poetam, aequalem huius Philoxeni, refert Athenaeus ibidem. Philoxeno vero vindicat etiam Aristoteles Problem. XXVIII. 7: *Διὰ τί οἱ κατὰ τὴν τῆς ἁφῆς ἢ γεύσεως ἡδονήν, οὗ ἂν ὑπερβάλλωσιν ἀκρατεῖς λέγονται; οἵ τε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἀκόλαστοι, οἵ τε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις· τῶν δὲ κατὰ τὴν τροφὴν ἀπ' ἐνίων μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδύ· ἀπ' ἐνίων δὲ ἐν τῷ λάρυγγι, δι' ὃ καὶ Φιλόξενος γεράνου φάρυγγα εὔχετο ἔχειν.* Et dilucide dicit hunc Eryxidis filium esse in Eth. Eudem. III. 2: *Διὸ οἱ ὀψοφάγοι οὐκ εὔχονται τὴν γλῶτταν ἔχειν μακράν, ἀλλὰ τὸν φάρυγγα γεράνου, ὥσπερ Φιλόξενος ὁ Ἐρύξιδος.* et rursus Eth. Nicom. III. 10: *Διὸ καὶ ἠξιώσατό τις Φιλόξενος Ἐρίξιος* (l. *Ἐρύξιδος*) *ὀψοφάγος ὤν, τὸν φάρυγγα αὐτῷ μακρότερον γεράνου γενέσθαι, ὡς ἡδόμενος τῇ ἁφῇ, κοινοτάτῃ δὴ τῶν αἰσθήσεων, καθ' ἣν ἡ ἀκολασία.* Quamvis autem horum locupletissimorum auctorum testimonio constet, hunc Philoxenum Eryxidis filium gulonem fuisse, pravo tamen errore illud crimen ad Philoxenum Cytherium poetam vulgo transferre solent: qui quidem error quam sit inveteratus Machonis comici exemplum docet, qui hoc ipsum, quod Eryxidis filium dixisse constat, in Cytherium transtulit:

Φιλόξενός ποθ', ὥς λέγουσ', ὁ Κυθήριος
Ηὔξατο τριῶν ἔχειν λάρυγγα πηχέων,
Ὅπως καταπίνω, φησίν, ὅτι πλεῖστον χρόνον,
Καὶ πάνθ' ἅμα μοι τὰ βρώμαθ' ἡδονὴν ποιῇ.

vid. Athenaeus VIII. p. 341 C. Philoxenus autem Cytherius fuit Euletidae filius, vid. Suidas T. III. p. 605: *Φιλόξενος, Εὐλητίδου, Κυθήριος, λυρικός.* Non magis Cytherium poetam tangit lepida illa memoria, quam Macho ibidem versibus persecutus est; Philoxenum enim ait aliquando integrum polypodem praeter caput devorasse, post vero cruditate graviter laborantem, cum medicum consuluisset ex eoque se in ipso mortis articulo versari comperisset, reliquias polypodis postulavisse: hic ubi Macho dilucide Philoxenum dicit dithyramborum poetam Syracusis versari eundemque de dithyrambis tanquam liberis mandantem induxit, item Timothei, aequalis poetae, mentionem iniecit:

Ὑπερβολῇ λέγουσι τὸν Φιλόξενον
Τῶν διθυράμβων τὸν ποιητὴν γεγονέναι
Ὀψοφάγον· εἶτα πουλυπόδα πηχῶν δυεῖν
Ἐν ταῖς Συρακούσαις ποτ' αὐτὸν ἀγοράσαι.

atque infra ita illum loquentem finxit:

Τοὺς διθυράμβους σὺν θεοῖς καταλιμπάνω
Ἠνδρωμένους καὶ πάντας ἐστεφανωμένους,
Οὓς ἀνατίθημι ταῖς ἐμαυτοῦ συντρόφοις
Μούσαις, Ἀφροδίτην καὶ Διόνυσον ἐπιτρόπους.
Ταῦθ' αἱ διαθῆκαι διασαφοῦσιν· ἀλλ' ἐπεὶ
Ὁ Τιμοθέου Χάρων σχολάζειν οὐκ ἐᾷ,

Οὐκ τῆς Νιόβης, χωρεῖν δὲ πορθμὸν ἀναβοᾷ,
Καλεῖ δὲ Μοῖρα νύχιος, ἧς κλύειν χρεών —

Haec inquam dithyramborum poeta indigna sunt neque conveniunt iis, quae de eius ingenio ab auctoribus fide dignis traduntur: prorsus autem cum Atheniensis Philoxeni moribus congruunt, ita ut Machonem aut errore quodam captum aut alios auctores ambiguae fidei secutum haec, quae Atheniensi morienti acciderant, Cytherio poetae accommodavisse suoque ingenio exornasse existimem. Nam hunc Eryxidis filium per omnem vitam gulonem maximeque piscium delicatorum avidum fuisse non solum ii auctores, qui illius voti, de quo dictum est supra, memoriam conservarunt, verum etiam alii praeterea testes satis locupletes perhibent, ut Plutarchus in Sympos. IV. 4, 2: *Οὐκοῦν καὶ ἀρετῆς ὄψων* (optimus index) *ὁ φιλοψότατος· οὐδὲ γὰρ Πυθαγόρᾳ γε τούτων οὐδὲ Ξενοκράτει διαιτητῇ χρηστέον· Ἀνταγόρᾳ δὲ τῷ ποιητῇ καὶ Φιλοξένῳ τῷ Ἐρύξιδος καὶ τῷ ζωγράφῳ Ἀνδροκύδῃ.* idem de occulte vivendo c. 1: *Τοὺς μὲν γὰρ περὶ Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος καὶ Γνάθωνα τὸν Σικελιώτην ἐπτοημένους περὶ τὰ ὄψα λέγουσιν ἐναπομύττεσθαι ταῖς παροψίσιν, ὅπως τοὺς συνεσθίοντας διαστρέψαντες αὐτοὶ μόνοι τῶν παρακειμένων ἐμφορηθῶσιν.* Verum non solum Macho in hoc versatus est errore, sed etiam alii non pauci, uti Sopater, vid. quae Machonis versibus subiecit Athenaeus VIII. p. 341 E: *Περὶ δὲ τοῦ Φιλοξένου καὶ ὁ παρῳδὸς Σώπατρος λέγων φησί·*

Δισσαῖς γὰρ ἐν μέσαισιν ἰχθύων φοραῖς
Ἧσται τὸν Αἴτνης ἐς μέσον λεύσσων σκοπόν.

quae etsi obscura sunt, tamen quantum quidem ex Aetnae mentione coniicere possumus, de Cytherio poeta dicta videntur, cum Eryxidis filio potius conveniant. Pessime autem perturbata sunt, quae Athenaeus I. p. 5 et 6 de Philoxeni voracitate tradidit, qui quidem errores nequaquam ei, qui epitomen confecit, verum ipsi Athenaeo crimini vertendi sunt; quamquam sane iam nonnulli ex auctoribus, quos sequitur, non expertes fuerunt eiusdem erroris. Et Chrysippus quidem de Eryxidis filio locutus esse videtur, quamquam quemnam intellexerit non satis liquido discerni potest, quandoquidem dicit: *Ἐγὼ κατέχω τινὰ ὀψοφάγον* — narrans illum gulonem digitos atque os calida aqua duravisse, ut cibos ferventissimos posset comedere prius quam ceteri convivae tangere auderent: id quod prorsus sordidis huius hominis moribus convenit; vide quae Plutarchus eo loco quem modo dixi narravit. Ipse autem Athenaeus temere ad Cytherium retulit, subiungit enim: *Τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τοῦ Κυθηρίου Φιλοξένου ἱστοροῦσιν.* Ex Clearcho, homine doctissimo, aliam narratiunculam addit Athenaeus p. 6 A, verum eam neque ad Cytherium neque ad Atheniensem revocandam arbitror, sed ad parasitum illum, cui Pternocopis fuit cognomen, quem sermones multo lepore atque facetiis condivisse constat, vide Athenaeum VI. p. 241 E. et inprimis quae p. 242 B. ex Lynceo refert, item p. 246 A. et Axionicum comicum poetam ibid. p. 239 F.

ex quibus satis cognoscas, quam conveniat lepida illa narratiuncula, illi parasito: miror tamen Clearchum ex Aristotelis disciplina profectum in tantum errorem incidisse, ut haec de poeta Cytherio narraret, quae ad parasitum fere aequalem pertinerent: qua re equidem existimo illa tantum quae huic narrationi praecedant, ex Clearcho petita esse, qui de quonam Philoxeno locutus fuerit, in medio relinquendum est; cetera autem, quae subsequantur ipsius Athenaei esse, qui nescio quo auctore usus ea ad dithyramborum poetam retulerit: *Οὗτος εἰς Ἔφεσον καταπλεύσας, εὑρὼν τὴν ὀψοπωλίαν κενήν, ἐπύθετο τὴν αἰτίαν· καὶ μαθὼν ὅτι πᾶν εἰς γάμους συνηγόρασται, λουσάμενος παρῆν ἄκλητος ὡς τὸν νυμφίον· καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ᾄσας ὑμέναιον, οὗ ἡ ἀρχή· Γάμε θεῶν λαμπρότατε, πάντας ἐψυχαγώγησεν· ἦν δὲ διθυραμβοποιός· καὶ ὁ νυμφίος, Φιλόξενε, εἶπε, καὶ αὔριον ὧδε δειπνεῖς; καὶ ὁ Φιλόξενος, Ἂν ὄψον, ἔφη, μὴ πωλῇ τις.* At parasitus ille non composuerat hymenaeum, quem in nuptiis recitaret, verum initium alicuius carminis lepide accommodavit magnificis et conquisitis undique epulis. Ea vero quae Athenaeus p. 6 E. ex Phania Eresio adscripsit, sane ab Cytherio poeta in convivio apud Dionysium tyrannum dicta esse videntur, sed nequaquam arguunt, poetam fuisse illum quem volunt gulonem: nisi forte Phanias quoque similitudine nominum in errorem est inductus. Minime vero omnium Aristotelis auctoritate debebat Athenaeus abuti p. 6 D: *Ἀριστοτέλης δὲ φιλόδειπνον ἁπλῶς, ὅς καὶ γράφει που ταῦτα· Δημηγοροῦντες ἐν τοῖς ὄχλοις κατατρίβουσιν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν τοῖς θαύμασι καὶ* (hoc delendum censeo) *πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ Φάσιδος ἢ Βορυσθένους καταπλέοντας, ἀνεγνωκότες οὐδὲν πλὴν εἰ τὸ Φιλοξένου δεῖπνον οὐχ ὅλον.* Hic ipse Aristotelis locus satis arguit, quae res Philoxeno poetae tantam ignominiam atque dedecus contraxerit effeceritque ut cum Philoxeno gulone, homine ignobili et obscuro, temere confunderetur. Scripserat enim Philoxenus carmen lyricum, in quo lautissimas epulas magna cum festivitate ingeniique ubertate descripsit, in qua quidem descriptione Siculas dapes, quibus apud Dionysium Syracusarum tyrannum perfructus erat, ante oculos habuisse videtur: iam cum magnifice illas voluptates deliciasque exornavisset, subinde ipsum nimis et ultra modum epulis delicatis delectatum esse creditum est. Cytherii autem, dithyramborum poetae hoc fuisse carmen, etsi nonnulli ex veteribus de hac re dubitavisse videntur, Platonis comici testimonio probat Athenaeus IV. p. 146 F: *Φιλόξενος δ' ὁ Κυθήριος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Δείπνῳ, εἴπερ τούτου καὶ κωμῳδιοποιὸς Πλάτων ἐν τῷ Φάωνι ἐμνήσθη καὶ μὴ τοῦ Λευκαδίου Φιλοξένου.* Male vero Athenaeus supra I. p. 5 B: *Τοῦ Φιλοξένου δὲ τοῦ Λευκαδίου Δεῖπνου Πλάτων ὁ κωμῳδιοποιὸς μέμνηται·*

Ἐγὼ γὰρ ἐνθάδ' ἐν τῇ ἐρημίᾳ
Τουτὶ διελθεῖν βούλομαι τὸ βιβλίον
Πρὸς ἐμαυτόν. B. Ἔστι δ' ἀντιβολῶ σε τοῦτο τί;
A. Φιλοξένου καινή τις ὀψαρτυσία.

et quae sequuntur: ex quibus hoc satis perspicimus, quanto studio atque plausu Athenienses illud carmen exceperint. In errore autem versantur, inciditque in eundem errorem etiam Dindorfius ad Athenaeum T. II. p. 711, qui hexametros illos, quibus Plato utitur, ex Philoxeni Leucadii carmine petitos arbitrantur: immo comicus, cum ingeniosam illam ubertatem, qua Philoxenus in Convivio res satis leves et propemodum indignas tractaverat, a poesis divina specie abhorrere plurimumque et ad ipsam artem depravandam et hominum animos enervandos conferre intellexisset, finxit Philoxenum lasciva quaedam praecepta coquendi versibus comprehendisse, quod quam conveniat ingenio Atticae comoediae facile quilibet perspiciet. Iam cum Plato Phaonem docuerit Olymp. XCVII. 1, vid. Meinekium Spec. II. p. 26, atque is in ea comoedia commemoraverit *Φιλοξένου καινὴν ὀψαρτυσίαν*, apparet Philoxeni carmen circa illud ipsum tempus Athenas perlatum esse: sed paulo etiam accuratius possumus illam aetatem describere, quandoquidem Aristophanes quoque in Ecclesiazusis, quae sunt anno ante h. e. Olymp. XCVI. 4 doctae, non obscure notavit Philoxeni Convivium: in extrema enim fabula, quod fugit homines doctos, Philoxeni et numeros et verborum monstra exaggerando aemulatus dixit:

Ὦ φίλαι γυναῖκες, εἴπερ μέλλομεν τὸ χρῆμα δρᾶν,
Ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὑπανακινεῖν· Κρητικῶς οὖν τὼ πόδε
Καὶ σὺ κίνει. Τοῦτο δρῶ. Καὶ τάσδε λαγάρας
Τοῖν σκελισκοῖν τὸν ῥυθμόν· τάχα γὰρ ἔπεισιν
Λεπαδοτεμαχοσελαχογαλεο —
κρανιολειψανοδριμυποτριμματοσιλφιο —
πρμομελιτοκατακεχυμενο —
κιχλεπικοσσυφοφαττοπεριστεραλεκτρυονοπτεγκέ-
φαλο . . . —
κιγλοπελειολαγωσιραιοβαφητραγανοπτέρυγον.

Sic enim difficillimus ille locus conformandus videtur: verum haec si accuratius persequi vellem, longam requirerent orationem: Philoxeni carmen notari a festivissimo poeta facile quilibet monitus intelliget. Itaque iam colligere possumus illud symposium eo ipso anno h. e. Olymp. XCVI. 4 in Atheniensium pervenisse notitiam magnamque mox famae celebritatem nactum esse. Iam quantopere Athenienses etiam postea eo delectati fuerint etiam ille ipse Aristotelis locus quo de supra actum est arguit, in quo homines quosdam notat imperitos et otiosos, temere omnia effutientes, qui ultimis barbarorum amicis et familiaribus utantur et prorsus expertes sint litterarum, nisi quod Philoxeni symposium neque hoc integrum legerint. Et hoc ipsum carmen effecit, ut Eryxidis filii probra in Cytherium poetam temere transfunderentur. Sed ut ad hunc de quo exorta est disputatio Philoxenum revertar, filium eius, quantum perspicio, notat Aristophanes in Ranis v. 932:

Ἤδη ποτ' ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα
Τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ζητῶν τίς ἐστιν ὄρνις.

AI. Σημεῖον ἐν ταῖς ναυσίν, ὠμαθίσται', ἐνεγέγραπτο.
ΔI. Ἐγὼ δὲ τὸν Φιλοξένου γ' ᾤμην Ἔρυξιν εἶναι.
nam ut mos erat apud Graecos avi nomen receperat Eryxis, de quo Scholiasta haec adscripsit: *Οὗτος γὰρ ὡς ἄμορφος καὶ ἀηδὴς διαβάλλεται.*

Non minus autem effeminatus et perditus homo fuit Melesias: notari enim ab Aristophane censeo filium Thucydidis illius, qui Periclis in re publica gerenda fuit adversarius: hunc plane a patris virtute degeneravisse vitamque otiosam et delicatam egisse Plato dicit in Lachete, ubi p. 179 C. Lysimachus Aristidis filius de se et hoc Melesia haec dicit: *Σύσσιτοῦμεν δὴ γὰρ ἐγώ τε καὶ Μελησίας ὅδε καὶ ἡμῖν τὰ μειράκια παρασιτεῖ· ὅπερ οὖν καὶ ἀρχόμενος εἶπον τοῦ λόγου, παρρησιασόμεθα πρὸς ὑμᾶς· ἡμῶν γὰρ ἑκάτερος περὶ τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα ἔχει λέγειν πρὸς τοὺς νεανίσκους καὶ ὅσα ἐν πολέμῳ εἰργάσαντο καὶ ὅσα ἐν εἰρήνῃ, διοικοῦντες τά τε τῶν συμμάχων καὶ τὰ τῆς πόλεως· ἡμέτερα δ' αὐτῶν ἔργα οὐδέτερος ἔχει λέγειν· ταῦτα δὴ ὑπαισχυνόμεθά τε τούσδε καὶ αἰτιώμεθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι ἡμᾶς μὲν εἴων τρυφᾶν, ἐπειδὴ μειράκια ἐγενόμεθα, τὰ δὲ τῶν ἄλλων πράγματα ἔπραττον.* quem locum respiciens Athenaeus XI. p. 506 A: *Ἐν δὲ τῷ περὶ ἀνδρείας*, inquit, *Μελησίαν τοῦ Θουκυδίδου τοῦ ἀντιπολιτευσαμένου Περικλεῖ καὶ Λυσίμαχον τὸν Ἀριστείδου τοῦ δικαίου τῆς τῶν πατέρων ἀρετῆς ἀναξίους εἶναι φάσκων.* Etiam in Menone p. 94 D, ubi clarorum virorum filios plerumque a patriis virtutibus descivisse docet, Melesiam eiusque fratrem Stephanum procul a Thucydidis patris virtute abesse dicit: *Ἵνα δὲ μὴ ὀλίγους οἴῃ καὶ τοὺς φαυλοτάτους Ἀθηναίων ἀδυνάτους γεγονέναι τοῦτο τὸ πρᾶγμα, ἐνθυμήθητι, ὅτι Θουκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς ἔθρεψε, Μελησίαν καὶ Στέφανον, καὶ τούτους ἐπαίδευσε τά τε ἄλλα εὖ καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα Ἀθηναίων· τὸν μὲν γὰρ Ξανθίᾳ ἔδωκε τὸν δὲ Εὐδώρῳ· οὗτοι δέ που ἐδόκουν τῶν τότε κάλλιστα παλαίειν ἢ οὐ μέμνησαι; ΑΝ. Ἔγωγε, ἀκοῇ. ΣΩ. Οὐκοῦν δῆλον, ὅτι οὗτος οὐκ ἄν ποτε, οἷ μὲν ἔδει δαπανώμενον διδάσκειν ταῦτα μὲν ἐδίδαξε τοὺς παῖδας τοὺς αὑτοῦ, οἷ δὲ οὐδὲν ἔδει ἀναλώσαντα ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιῆσαι, τοῦτο δὲ οὐκ ἐδίδαξεν, εἰ διδακτὸν ἦν· ἀλλὰ γὰρ ἴσως ὁ Θουκυδίδης φαῦλος ἦν καὶ οὐκ ἦσαν αὐτῷ πλεῖστοι φίλοι Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων; καὶ οἰκίας μεγάλης ἦν καὶ ἐδύνατο μέγα ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὥστε εἴπερ ἦν τοῦτο διδακτόν, ἐξευρεῖν ἄν, ὅστις ἔμελλεν αὐτοῦ τοὺς υἱεῖς ἀγαθοὺς ποιήσειν, ἢ τῶν ἐπιχωρίων τις ἢ τῶν ξένων, εἰ αὐτὸς μὴ ἐσχόλαζε διὰ τὴν τῆς πόλεως ἐπιμέλειαν.* quibus usus is qui Aeschinis nomen ementitus sermones scripsit I. 8: *Ἐπεὶ Θουκυδίδης αὖ*, inquit, *δύο υἱεῖς ἔθρεψε, Μελησίαν καὶ Στέφανον, ὑπὲρ ὧν σὺ οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν ἅπερ ὑπὲρ τῶν Περικλέους υἱῶν· τούτων γὰρ δὴ καὶ σὺ οἶσθα τὸν γ' ἕτερον μέχρι γήρως βιοῦντα, τὸν δ' ἕτερον πόρρω πάνυ. κτλ.* Eundem Melesiam etiam Maximus Tyrius, puto, commemorat IV. p. 56: *Παρὰ μὲν Μιθαίκου ὄψον, παρὰ δὲ Σαράμβου οἶνον, παρὰ δὲ Κόννου ἑταίραν, παρὰ δὲ Μελησίου ᾠδήν.*

Sed ibi vix perspicias, quae coniunctio sit Conni, musici nobilissimi cum meretrice, Melesiae autem, hominis voluptarii et effeminati cum carmine. Conieci igitur, quamvis dubitanter, scribendum esse: *παρὰ δὲ Κόννου ᾠδήν, παρὰ δὲ Μελησίου ἑταίραν*, quod probavit Winckelmannus Proleg. ad Plat. Euthyd. p. XLI. Rem publicam iste Melesias non attigit, ut ipse Plato in Lachetis loco, quem supra adscripsi, testatur, nisi quod semel a quadringentis legatus Lacedaemonem missus est, vid. Thucydid. VIII. 86: *Ἀφίκοντο δὲ οἱ Ἀργεῖοι μετὰ τῶν παράλων, οἳ τότε ἐτάχθησαν ἐν τῇ στρατιώτιδι νηῒ ὑπὸ τῶν τετρακοσίων περιπλεῖν Εὔβοιαν καὶ ἄγοντες Ἀθηναίων ἐς Λακεδαίμονα ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμπτοὺς πρέσβεις Λαισποδίαν καὶ Ἀριστοφῶντα καὶ Μελησίαν.*

Accedo ad Cratini *Trophonium*, in qua fabula poetam neque deos neque deorum cultum ridere voluisse facile concedet, qui et Cratini ingenium et comoediae antiquae propositum satis perspexerit. Tantum enim abest, ut poeta deorum vim et auctoritatem labefactare voluerit, ut nihil maius, nihil praestantius, nihil antiquius esse numine divino habuerit persuasissimum. Hac igitur sanctitate et religione cum poetae esset animus imbutus, pariter philosophorum placita, quae omnem pietatem affligebant evertebantque, atque vulgi opiniones et superstitionem, quae deorum cultum polluebant, gravissime summoque studio impugnavit: illud egit in Panoptis, hoc in Thressis, Ambustis et vero etiam in Trophonio. Erat enim illa aetate summa multitudinis superstitio, qui cum esset cultus deorum imminutus atque de more maiorum abalienatus, studiose conquirebant, quibus animos suspensos anxiosque consolarentur et sustinerent: novi igitur ac peregrini ritus in civitatem introducti, qui quasi caeca quadam labe animos leves mollesque infecerunt. Illo autem tempore quo Cratinus hanc fabulam docuit, Trophonei oraculi auctoritas apud Athenienses plurimum viguisse omniumque animos vana superstitione et religione imbuisse videtur. Atque Aristophanes quoque in Nubibus v. 505 Strepsiadem, quum Socratis mysteriis initiandus est, ita loquentem inducit:

Ἐς τὼ χεῖρέ νυν
Δός μοι μελιτοῦτταν πρότερον, ὡς δέδοικ' ἐγὼ
Εἴσω καταβαίνων, ὥσπερ ἐς Τροφωνίου.

qua comparatione vix usus esset comicus, nisi tunc multi Athenienses suarum rerum incerti Trophonii oraculum petiissent. Itaque etiam Cratinus usus est hoc nomine, ut quam vana et perniciosa ista esset superstitio, perspicua neque dubia imagine proposita doceret. Fuit autem, si coniectura tale quid augurari licet, fortasse iam inde ab antiquissimis temporibus aliqua Atheniensibus sacrorum communio cum Lebadeensibus, ita ut Trophonii religio ista aetate facile Athenas se potuerit insinuare. Fertur enim Lebadus Atheniensis Lebadeam urbem condidisse, vid. Pausan. IX. 39, 1: *Λεβάδου δὲ ἐξ Ἀθηνῶν ἐς αὐτὴν ἀφικομένου κατέβησάν τε ἐς τὸ χθαμαλὸν οἱ ἄνθρωποι καὶ ἐκλήθη Λεβάδεια ἡ πόλις ἀπ' αὐτοῦ·*

πατέρα δὲ τοῦ Λεβάδου καὶ καθ' ἥντινα αἰτίαν ἦλθεν, οὐκ ἴσασιν ἄλλο ἢ γυναῖκα εἶναι Λεβάδου Λαονίκην. Ipsum autem Trophonii oraculum iam antiquissimis temporibus magnam auctoritatem et existimationem per totam Graeciam nactum est, hinc Aristomenes quoque Trophonium consuluit, ut memoriae prodidit Pausanias IV. 16, 7: *'Ανεσώσατο δὲ* (Aristomenes) *καὶ τὴν ἀσπίδα ἐκείνην, ἔς τε Δελφοὺς ἀφικόμενος καὶ ὡς οἱ προσέταξεν ἡ Πυθία καταβὰς ἐς τὸ ἄδυτον ἱερὸν τοῦ Τροφωνίου τὸ ἐν Λεβαδείᾳ· ὕστερον δὲ τὴν ἀσπίδα ἀνέθηκεν ἐς Λεβάδειαν φέρων, ἣν δὴ καὶ αὐτὸς εἶδον ἀνακειμένην· ἐπίθημα δέ ἐστιν αὐτῆς ἀετὸς τὰ πτερὰ ἑκατέρωθεν ἐκτεταχὼς ἐς ἄκραν τὴν ἴτυν· τότε δὲ 'Αριστομένης ὡς ἐπανῆκεν ἐκ Βοιωτίας εὑρών τε* [*παρὰ τῷ Τροφωνίῳ*] (haec verba aut delenda sunt aut ita transponenda: *ἀνέθηκεν ἐς Λεβάδειαν φέρων παρὰ τῷ Τροφωνίῳ.*) *καὶ κομισάμενος τὴν ἀσπίδα αὐτίκα ἔργων μειζόνων ἥπτετο.* Clypeum, quem Aristomenes dedicaverat, postea Thebani in pugna Leuctrica, iubente oraculo tanquam tropaeum erexerunt, vid. Pausan. IV. 32, 5, ipso vaticinio addito. Alia de ominibus, quae Thebanis Lebadiae ante pugnam Leuctricam acciderint memoriae prodidit Cicero de divinat. I. 34 et II. 26. Quin ad exteras usque gentes oraculi fama penetravit; ita Croesus quoque misit Lebadeam, qui consulerent deum, vid. Herodot. I. 46: *Μετὰ ὦν τὴν διάνοιαν ταύτην αὐτίκα ἀπεπειρᾶτο τῶν τε μαντηΐων τῶν τε ἐν Ἕλλησι καὶ τοῦ ἐν Λιβύῃ, διαπέμψας ἄλλους ἄλλῃ· — οἱ δέ τινες ἐπέμποντο παρά τε 'Αμφιάρεων καὶ παρὰ Τροφώνιον.* Socratis autem aetate non ignobile fuisse oraculum apparet ex illa memoria, quam Plutarchus tradidit de genio Socr. c. 21: *Οὗτος οὖν* (Timarchus Chaeronensis) *ποθῶν γνῶναι τὸ Σωκράτους δαιμόνιον, ἣν ἔχει δύναμιν, ἅτε δὴ νέος οὐκ ἀγεννής, ἄρτι γεγευμένος φιλοσοφίας, ἐμοὶ καὶ Κέβητι κοινωσάμενος μόνοις εἰς Τροφωνίου κατῆλθε, δράσας τὰ νομιζόμενα περὶ τὸ μαντεῖον κτλ.* Neque postea defuerunt, qui Trophonium de rebus suis consulerent, sicuti Aemilium Paullum oraculum visisse auctor est Livius XLV. 27: „Lebadiae quoque templum Iovis Trophonii adiit, ubi cum vidisset os specus, per quod oraculo utentes sciscitatum deos descendunt, sacrificio Iovi Hercynaeque facto, quorum ibi templum est, Chalcidem ad spectaculum Euripi Euboeaeque insulae, ponte continenti iunctae descendit." Egisse de hoc oraculo sacrisque videtur Dicaearchus in libro, quem inscripsit *περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως,* vid. Athenaeus XIII. p. 594 E. et XIV. p. 641 F. quamquam si recte coniicio his tanquam involucris quibusdam usus erat, quibus indicaret quid ipse de divinatione sentiret, itaque Cicero ad Atticum XIII. 31: „Dicaearchi quos scribis libros sane velim mihi mittas: addas etiam *καταβάσεως.*" et 32: „Dicaearchi *περὶ ψυχῆς* utrosque velim mittas et *καταβάσεως.* — tres eos libros maxime nunc vellem: apti essent ad id, quod cogito." 33: „Dicaearchi librum accepi et *καταβάσεως* exspecto." Versabatur autem eo tempore Cicero in Tusculanis Quaestionibus elaborandis, atque in primo quidem libro, ubi de

contemnenda morte agit, accurate de animi natura et de divinatione disserit, usus ipsius Dicaearchi libris Corinthiacis περὶ ψυχῆς, quod dicit I. 10, 21 et item II. 23, 18. 41, 22, 51. et item Lesbiacis de animo ibid. I. 31, 77. Tertio autem Dicaearchi libro, qui *descensus in Trophonii antrum* inscriptus erat, utrum Cicero in his quaestionibus conscribendis usus sit nec ne vix expedias, quandoquidem in litteris ad Atticum datis dixerat se illum librum exspectare, neque posthac disertis verbis memorat, quamquam sane de divinatione praeteriens dixit Quaest. Tusc. I. 17, atque etiam Trophonium et Agamedem commemorat, quibus Deus concesserit, ut praeter ceteros divinarent, ibid. I. 45, 113 et 4. Verum usus est hoc Dicaearchi libro postea, cum illum locum, qui est de divinatione, peculiari libro comprehenderet: quamquam enim libri Dicaearchei titulum nusquam dilucide appellet, tamen quin hanc κατάβασιν dicat prorsus non dubito, vid. de Divin. I. 3: „Dicaearchus Peripateticus cetera divinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit." item I. 50 et II. 48: „Me Peripateticorum ratio magis movebat et veteris Dicaearchi, et eius qui nunc floret Cratippi, qui censent esse in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura praesentiant, si aut furore divino incitatus animus aut somno relaxatus solute moveatur ac libere." Atque ad eundem hunc Dicaearchi librum referendum videtur etiam quod II. 51 dicit Cicero: „At nostra interest, scire ea, quae eventura sunt. Magnus Dicaearchi liber est; nescire ea melius esse, quam scire." quod quidem ad amplitudinem operis referendum arbitror, quomodo Cicero de Offic. II. 5 de ipso dixit Dicaearcho: „Est Dicaearchi liber de interitu hominum, Peripatetici magni et copiosi." Videtur autem Cicero saepius hoc Dicaearcheo opere in libris quos de divinatione conscripsit usus esse, uti II. 26. Cratinus autem, ut vanam illam superstitionem exagitaret, videtur hominem aliquem superstitiosum, morbo graviter confectum, ita ut cibo potuque abstineret nec somnum posset capere, in scenam induxisse: quo refero illum versum, quem Bekkeri Grammaticus T. I. p. 358, 2 affert:

Ἄρασθαι· προσενέγκασθαι· Κρατῖνος Τροφωνίῳ·
Οὐ σῖτον ἄρασθ' οὐχ ὕπνον λαχεῖν μέρος.

quae cum aliqua lectionis diversitate exhibet Suidas T. I. p. 655: Αἴρεσθαι· προσενέγκασθαι· Κρ. Τρ. Οὐ σῖτον αἴρεσθ'. οὐχ ὕ. λ. μ. Aegroti enim homines potissimum oracula deorum adire solebant, ut ab iis opem auxiliumque peterent: vid. Aristoph. Vesp. 121:

Ὅτε δῆτα ταύταις ταῖς τελεταῖς οὐκ ὠφέλει,
Διέπλευσεν εἰς Αἴγιναν· εἶτα ξυλλαβὼν
Νύκτωρ κατέκλινεν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ.

Simillimam imaginem Aristophanes et in Pluto et Amphiarao exhibuit, quamquam ibi illi dii consuluntur, qui medendi pariter atque vaticinandi artis erant gnari. Fortasse autem ille versus ita est explanandus, ut dicatur is, qui incertus de rebus suis deum scisci-

taturus in antrum descenderat, neque cibum neque somnum ibi capere potuisse: nam qui illuc descensuri erant, abundabant larga ciborum copia, vid. Pausanias IX. 39, 5: Ἐπειδὰν ἀνδρὶ εἰς τοῦ Τροφωνίου κατιέναι δόξῃ, πρῶτα μὲν τεταγμένων ἡμερῶν δίαιταν ἐν οἰκήματι ἔχει· τὸ δὲ οἴκημα δαίμονός τε ἀγαθοῦ καὶ τύχης ἱερόν ἐστιν ἀγαθῆς· διαιτώμενός τε ἐνταῦθα τά τε ἄλλα καθαρεύει καὶ λουτρῶν εἴργεται θερμῶν· τὸ δὲ λουτρὸν ὁ ποταμός ἐστιν ἡ Ἕρκυνα· καὶ οἱ καὶ κρέα ἄφθονά ἐστιν ἀπὸ τῶν θυσιῶν. — Iam vero ad eundem superstitiosum hominem, quippe qui piscium quoque quorundam usu abstinuerit, referendi sunt duo versiculi, qui leguntur apud Athenaeum VII. p. 325 E: Κρατῖνος δὲ ἐν Τροφωνίῳ φησίν·

Οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἐσθίειν ἔτι τρίγλην,
Οὐδὲ τρυγόνος οὐδὲ δεινοῦ φυὴν μελανούρου.

ita recte emendavit Casaubonus, accusativus φυὴν non est suspensus a verbo ἐσθίειν, sed ab adi. δεινός: ἐσθίειν enim et secundum et quartum casum adsciscit: Aexonenses autem triglas nobilissimas fuisse testis est etiam Nausicrates comicus apud Athenaeum loco quem dixi:

Μετ' αὐτῶν δ' εἰσὶν ἐκπρεπεῖς φύσιν
Αἱ ξανθοχρῶτες, ἃς κλύδων Αἰξωνικὸς
Πασῶν ἀρίστας ἐντόπους παιδεύεται·
Αἷς καὶ θεὰν τιμῶσι φωσφόρον κόρην
Δειπνεῖν ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι.
Τρίγλας λέγεις.

Cratini versum respexit Hesychius: Αἰξωνίδα τρίγλην· δοκοῦσι κάλλισται εἶναι αἱ Αἰξωνικαὶ τρίγλαι. Ad eundem hunc comoediae locum revocandum censeo alium versum, et numerorum et argumenti similitudinem secutus, quamvis fabulae nomen non sit adscriptum, ap. Athen. VII. p. 305 B: Κίχλαι καὶ κόσσυφοι· διὰ τοῦ η Ἀττικοὶ κίχλην λέγουσι καὶ ὁ λόγος οὕτως ἔχει — ὁμοίως οὖν καὶ τρίγλη. Κρατῖνος·

Τρίγλη δ' εἰ μὲν ἐδηδοκοίη τένθου τινὸς ἀνδρός.

Causam autem Cratinus videtur indicare, cur iste superstitiosus homo triglis quoque abstineat, quippe quae carnibus humanis vescantur; conferas Athenaeum VII. p. 324 E: Ἔστι δὲ (τρίγλη) καρχαρόδους, συναγελαστικός, παντόστικτος, ἔτι δὲ σαρκοφάγος.

Ad Trophonium Runkelius iure retulit anapaestum, quem sic simpliciter ex Cratino affert Hephaestio p. 44: Κέκληται δὲ Ἀριστοφάνειον, οὐκ Ἀριστοφάνους αὐτὸ εὑρόντος πρώτου, ἐπεὶ καὶ παρὰ Κρατίνῳ ἐστί·

Χαίρετε δαίμονες, οἳ Λεβάδειαν Βοιώτιον οὖθαρ ἀρούρης.

Chorus enim videtur invocare Trophonium et reliquos deos, qui una colebantur, vid. Pausan. IX. 39, 5: Θύει γὰρ δὴ ὁ κατιὼν αὐτῷ τε τῷ Τροφωνίῳ καὶ τοῦ Τροφωνίου τοῖς παισίν· πρὸς δὲ Ἀπόλλωνί τε καὶ Κρόνῳ καὶ Διῒ ἐπίκλησιν βασιλεῖ καὶ Ἥρᾳ τε ἡνιόχῃ καὶ Δήμητρι, ἣν ἐπονομάζοντες Εὐρώπην τοῦ Τροφωνίου

φασὶν εἶναι τροφόν. Item Cratinus angues Trophonio sacros commemoravit, vid. Harpocrat. p. 142: *Παρεῖαι ὄφεις· Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος· παρεῖαι ὀνομάζονταί τινες ὄφεις παρὰ τὸ παρειὰς μείζους ἔχειν, ὡς καὶ Κρατῖνος ἐν Τροφωνίῳ ὑποσημαίνει:* atque etiam Trophonii simulacrum gestabat scipionem serpentibus implicatum, vid. Pausan. IX. 39, 3: *Εἰσὶ δ' ἐν τῷ σπηλαίῳ τοῦ ποταμοῦ τε αἱ πηγαὶ καὶ ἀγάλματα ὀρθά, περιειλιγμένοι δέ εἰσιν αὐτῶν τοῖς σκήπτροις δράκοντες, ταῦτα εἰκάσαι μὲν ἄν τις Ἀσκληπιοῦ τε εἶναι καὶ Ὑγιείας, εἶεν δ' ἂν Τροφώνιος καὶ Ἕρκυνα, ἐπεὶ μηδὲ τοὺς δράκοντας Ἀσκληπιοῦ μᾶλλον ἢ καὶ Τροφωνίου νομίζουσιν ἱεροὺς εἶναι.* De deo autem vaticinante Cratinus dixit illud, quod idem Harpocratio p. 70 exhibet: *Ἐπιθέτους ἑορτάς· — λέγειν γὰρ ἣν εἰθισμένον, ἐπέθηκεν ἐπιστολήν, ἀντὶ τοῦ παρέδωκεν, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Χρυσίππου πρὸς τὴν Φορμίωνος παραγραφήν· Κρατῖνος ἐν Τροφωνίῳ.* Et propria quidem significatione dixit Herodotus III. 46: *Γράφει εἰς βιβλίον πάντα, τὰ ποιήσαντά μιν οἷα καταλελαβήκεε, γράψας δὲ ἐς Αἴγυπτον ἐπέθηκε.* Cratinus opinor transtulit ad Trophonii oraculum: *ἐπιστολή* enim significat quidquid quis praecepit, mandavit, iussit. Ipse Cratinus, vid. Zonaras T. I. 804:

Ἄκουέ νυν καὶ τήνδε τὴν ἐπιστολήν.

Ita etiam Herodot. IV. 16: *Τοῦτο δὲ τῆς ἐπιστολῆς μεμνημένην αὐτὴν ποιῆσαι τὰ ἐντεταλμένα.* Saepius Tragici: Aeschylus in Persis 788:

Κοὐ μνημονεύει τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς.

et apud Grammaticum Bekkeri T. I. p. 372, 9: *Ἄκουε τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς· ἀντὶ τοῦ τῶν ἐμῶν ἐπιστολῶν· οὕτως Αἰσχύλος.* quae quidem verba cum altero Cratini fragmento magnam habent similitudinem. Sophocles Andromeda Fr. 130:

Μηδὲν φοβεῖσθε προσφάτους ἐπιστολάς.

Ita enim corrigo. Euripides in Hippolyto v. 861 non dispari prorsus modo:

Ἀλλ' ἢ λέχους μοι καὶ τέκνων ἐπιστολὰς
Ἔγραψεν ἡ δύστηνος ἐξαιτουμένη;

Cetera quae ex hac Cratini comoedia servata sunt, parum illustrant quomodo poeta argumentum tractaverit institutamque sententiam fuerit persecutus, quam quidem videtur in fine fabulae dilucide proposuisse, ad quem locum pertinet illud, quod Hephaestio p. 72 exhibet:

Ἔγειρε δὴ νυν Μοῦσα Κρητικὸν μέλος.
Χαῖρε δή, Μοῦσα, χρονία μὲν ἥκεις, ὅμως δ'
Ἦλθες οὐ πρίν γε δεῖν, ἴσθι σαφές, ἀλλ' ὅπως —

ex quibus satis apparet creticum illud carmen in extrema fabula locum habuisse.

CAPUT VIII.

Una ex nobilissimis et praestantissimis Cratini comoediis fuerunt *Chirones*, cuius fabulae argumentum commode ex ipso titulo et reliquiis indagare licet. Chiron enim heros omnium iustissimus et sapientissimus Achillem puerum educaverat instituteratque, ut esset clarissimum virtutis exemplar: hinc omnis antiquitas Chironem tanquam locupletissimum sapientiae auctorem solebat perhibere: hinc plurimas artes atque instituta ad vitae usum commoda ab eo profecta esse ferebant: cf. Clemens Alexandr. Stromat. I. 15: *Ὁ Βηρύτιος Ἕρμιππος Χείρωνα τὸν Κένταυρον σοφὸν καλεῖ, ἐφ' οὗ καὶ ὁ τὴν Τιτανομαχίαν γράψας φησὶν ὡς πρῶτος οὗτος·*

Εἰς δὲ δικαιοσύνην θνητῶν γένος ἤγαγε, δείξας
Ὅρκον καὶ θυσίας ἱλαρὰς καὶ σχήματ' Ὀλύμπου.

Ἱππὼ δὲ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ συνοικήσασα τῷ Αἰόλῳ ἐδιδάξατο αὐτὸν τὴν φυσικὴν θεωρίαν·

Ἡ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προὐμαντεύσατο
Χρησμοῖσι σαφέσιν, ἀστέρων ἐπ' ἀντολαῖς.

Hinc etiam in carmine illo haud contemnendae vetustatis, cui nomen erat *Χείρωνος ὑποθῆκαι*, quod, cum Hesiodo vulgo esset tributum, illi abiudicavit Aristophanes Byzantius (vid. Quinctil. I. 1, 15). Chiron Achilli decedenti multa sapienter et scite praecipiens inducebatur, cuius carminis initium servavit Scholiasta Pindari Pyth. VI. 19: *Τὰς δὲ Χείρωνος ὑποθήκας Ἡσιόδῳ ἀνατιθέασιν, ὧν ἡ ἀρχή·*

Εὖ νῦν μοι τάδ' ἕκαστα μετὰ φρεσὶ πευκαλίμῃσιν
Φράζεσθαι· πρῶτον μέν, ὅτ' εἰς δόμον εἰσαφίκηαι,
Ἔρδειν ἱερὰ καλὰ θεοῖς αἰειγενέτῃσιν.

Cf. Pausanias IX. 31, 5. Et nescio an nonnulla praecepta, quae Hesiodi nomine vulgo feruntur, ex hoc carmine sint petita. Clarum autem fuisse hoc carmen et satis usu tritum apparet etiam ex Pindari isto loco:

Σύ τοι σχέθων νιν ἐπιδέξια χειρὸς ὀρθὰν
Ἄγεις ἐφημοσύναν
Τά ποτ' ἐν οὔρεσι φαντὶ μεγαλοσθενεῖ
Φιλύρας υἱὸν ὀρφανιζομένῳ
Πηλεΐδα παραινεῖν· μάλιστα μὲν Κρονίδαν
Βαρυόπαν στεροπᾶν κεραυνῶν πρύτανιν
Θεῶν σεβέσθαι·
Ταύτας δὲ μήποτε τιμᾶς
Ἀμείρειν γονέων βίον πεπρωμένον.

Eius generis carmina paraenetica alia quoque credo exstitisse, uti illud, in quo Amphiaraus cum Amphilocho filio multa prudenter et graviter praecepta communicavit, ex quo carmine duos versus ser-

vavit Clearchus apud Athenaeum VII. p. 317 A (cf. Antigon. Carystium c. 29):

Πουλύποδός μοι τέκνον ἔχων νόον Ἀμφίλοχ' ἥρως,
Τοῖσιν ἐφαρμόζευ, τῶν κεν κατὰ δῆμον ἵκηαι.

quos versus et Theognis v. 217 secutus est, et Pindarus expressit Fr. LXX:

Ὦ τέκνον
Ποντίου θηρὸς πετραίου χρωτὶ μάλιστα νόον
Προσφέρων πάσαις πολίεσσιν ὁμίλει· τῷ παρεόντι δ' ἐπαινήσαις ἑκὼν
Ἄλλοτ' ἀλλοῖα φρόνει.

Et vero etiam Sophocles in Iphigenia Fr. CCLXXXIX. Neque enim credo duos illos versus ex epico aliquo carmine, quod res Thebanas tractabat, derivata esse, sed refero ad peculiare quoddam carmen. Est autem suspicio carmen illud, quod *Ἀμφιαράου ἐξελασία* inscriptum fuit, quodque nonnulli Homero tribuebant (vid. Herodoti vit. Homeri c. 9 et Suidam in v. *Ὅμηρος*) didacticum fuisse atque haec ipsa praecepta comprehendisse. Sic nos quoque a maioribus accepimus carmina simillima, in quibus reges aut patres filiis, filiabus matres tradunt praecepta saluberrima de officiis, de rebus publicis et privatis omninoque de vita sapienter agenda conformandaque.

Sed ut ad Chironem revertatur oratio, Chironis nomen postea translatum est ad quemvis hominem sapientem, qui doctrinam aliis tradebat, itaque Plato comicus Damonem, qui Periclem fidibus docuit et vero etiam sapientiae et philosophiae amore imbuisse eum credebatur, Chironem appellari facit in versibus, quos servavit Plutarchus vit. Periclis c. 4:

Πρῶτον μὲν οὖν μοι λέξον, ἀντιβολῶ· σὺ γὰρ
Ὡς φασιν, ὁ Χείρων ἐξέθρεψας Περικλέα.

Ita etiam Cratini fabula non dissimili ratione nomen a Chirone accepit: numerus autem pluralis, ut in aliis Cratini comoediis indicat chorum ex istis Chironibus constitisse, qui Centaurorum aliquam speciem prae se ferentes praecepta, quae ad vitae communis institutionem pertinebant, videntur tradidisse. Chirones igitur, id quod est chori officium, profitebantur ea quae ipse poeta diu apud animum de rebus summis meditatus vera et certa esse perspexerat. Praeter Chironum chorum Solonem quoque ab inferis suscitavit, virum omnium Atheniensium honestissimum sapientissimumque.

Tempus autem quo fabula edita sit quamquam ignoramus, coniicio sub initium belli Peloponnesiaci comoediam scriptam esse a Cratino, cum nondum esset incendium illud ortum: bello enim iam saeviente gravius etiam opinor vexavisset Periclem, quam fecit in illo chori carmine, de quo iam dicetur, in quo illum Discordia matre prognatum esse fingit eumque *κεφαληγερέταν* a Diis appellatum esse ait: quae tum potissimum commode dici poterant, cum tranquilla esset res publica nec externo hostium tumultu agitata: belli autem incendio exorto aliud quoddam gravius Cratinus, ut

opinor, substituisset. Non tamen crediderim fabulam ad priora etiam tempora reiiciendam esse et propter ipsum argumentum et propter externam speciem, quae omnibus numeris est absoluta. Tam multa enim in hac una fabula Cratinus mente atque cogitatione complexus est, tantaque arte singula expolivit, vix ut credi possit iuvenem hanc comoediam scripsisse. Consentaneum igitur est poetam confirmata aetate, cum antehac unum alterumve vitium carptim exagitavisset, iam summo studio altius quoddam consilium suscepisse penitusque origines et fontes labis illius, quae universam Atticam civitatem infecerat, indagavisse. Namque hoc omnino videre licet in reliquiis antiquae comoediae Atticae, ea, quae a iuvenibus poetis compositae sint fabulae, elegantia et fervore animi quam maxime esse insignes, sed abesse ab illa ubertate et sublimitate, quae conspicua est in comoediis, quas viri confirmata aetate exhibuerunt. Nec mirum: multa enim ante debet poeta vidisse, multa audivisse, plurima et in se et in aliis expertus esse, quam ad aeternam illam et eximiam artis speciem accedere liceat. Sed ubi poeta infinitam paene rerum copiam atque vim animo informavit, tunc fit, ut omnia, quae proponat, ex ipsa vita videatur petiisse, ut non obscuram aliquam imaginem oculis subiiciat, sed imitatio illa ad veritatem proxime accedat. Nihil enim a se alienum esse putat, nihil segregat, sed quo provectior est aetate, eo plura mente et cogitatione complectitur, eo maiore studio vel remotissima spatia animo permetitur, hinc fit ut priores comoediae fere minus late pateant, minus alte sint repetitae, quam posteriores. Et externa quoque forma in prioribus comoediis minus solet perfecta esse: sed quo diutius poeta artis divinam speciem investigat, quo accuratius quaerit, quae sit animi humani natura, quid vehementissime moveat mentes aut impellat, eo magis efficit, ut externa quoque forma et figura excolatur et perpoliatur, eo melius perspicit viam ac rationem qua id quod summum est ex specie externa eluceat, ut sub oculos cadat etiam id, quod mente tantum comprehendi possit. Et Cratinus quidem quam indefessum studium in hac comoedia elaboranda collocaverit, testatur ipse in illis versibus, quos Aristides servavit XLIX. T. II. p. 521 ed. Dindf.: *Ἀλλ' ἔγωγε κομῳδιοποιοῦ τινος ἤκουσα σεμνολογουμένου θαυμαστὰ οἷα. Καίτοι ἐάν τις ἔρηται τοὺς τῆς κωμῳδίας ποιητὰς ἐφ' ὅτῳ μέγα φρονοῦσιν, φαῖεν ἄν, οἶμαι, ὅτι γέλωτα κινοῦσιν, ὥσπερ καὶ αὐτῶν τις ὡμολόγηκεν οὐδενὸς ἐρωτῶντος. Ἀλλ' ὅμως καὶ οὗτοι χωρὶς ἀξιοῦσιν εἶναι τά τε τῶν ἀστείων σκώμματα καὶ τὰ τῶν πολλῶν· καί τις αὐτῶν ἐν ἀρχῇ τοῦ δράματος μεγαλαυχούμενος ὡς προφήτης προαγορεύει τοιάδε·*

Ἀφυπνίζεσθαι χρὴ πάντα θεατήν,
Ἀπὸ μὲν βλεφάρων αὐθημερινῶν ποιητῶν λῆρον ἀφέντα.

ὥσπερ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μέλλων ἅπαντας σοφούς τε καὶ σπουδαίους ποιήσειν. Διδάξας δὲ τοὺς Χείρωνας προσπαραγράφει πάλιν αὖ μάλα ὑπερηφάνως ἐπὶ τελευτῆς·

Ταῦτα δυοῖν ἐν ἐτοῖν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη.
Τοῖς δ' ἄλλοις ἐν ἅπαντι βίῳ προτιθέναι φησὶ ποιηταῖς μιμεῖσθαι, δηλονότι ὡς οὐδένα ἐφιξόμενον. Ἕτερος δ' αὐτῶν Ἡρακλέους ὀργήν τιν' ἔχων φησὶ μεγίστοις ἐπιχειρεῖν κτλ. Hanovius qui in Excercitationibus crit. in Comicos graec. p. 58 sqq. docte etiam de hac fabula disseruit, vere monuit errare, qui hos tres versus ad Chirones referant; repugnat enim vel ipsa orationis conformatio; sed quod scribendum praecipit *ὁ διδάξας δὲ τοὺς Χείρωνας*, ut Cratinus significetur, priores autem versus alius cuiusdam sint comici, probare nequeo: iam ipsa Aristidis verba *πάλιν αὖ* veri simile reddunt, unius eiusdemque poetae hos esse versus, isque fuit Cratinus. Ecquem alium comicum poetam putas ab Aristide ante Cratinum adhibitum esse? Probabile igitur est rhetorem solis Cratini et Aristophanis exemplis, cum essent principes comoediae, usum esse. Cratinus igitur, ut decet virum liberalis ingenii, superbiam meritis quaesitam sumens, nescio quam fabulam hoc modo erat exorsus:

Ἀφυπνίζεσθαι κομψὸν χρὴ πάντα θεατήν,
Ἀπὸ μὲν βλεφάρων αὐθημερινῶν ποιητῶν λῆρον ἀφέντα.

Comparari quodammodo potest Pherecratis versus apud Gramm. Bekk. T. I. p. 437, qui et ipse in parabasi similiter spectantes compellavit:

Ἴν' ἀφυπνισθῆτ' οὖν ἀκροᾶσθ'· ἤδη γὰρ καὶ λέξομεν.

Κομψὸν autem adieci, ut versum integrarem (nam ut vulgo scribitur, dipodiarum continuitas est interrupta) quamquam fortasse aliud quid fuit a poeta scriptum, dixit autem similiter Cratinus in Pylaea apud Scholiastam Platonis p. 373:

Οἶδ' αὖθ' ἡμεῖς, ὡς ὁ παλαιὸς
Λόγος, αὐτομάτους ἀγαθοὺς ἰέναι
Κομψῶν ἐπὶ δαῖτα θεατῶν.

idemque apud Scholiastam Platonis p. 330:

Τίς δὲ σύ; κομψός τις ἔροιτο θεατής.
Ὑπολεπτόλογος, γνωμιδιώκτης, εὐριπιδαριστοφανίζων.

Pro adiectivo *αὐθημερινῶν* codex Γ *ἀπὸ θ' ἡμερινῶν* praebet, itaque Dindorfius *ἀπὸ δ' ἡμερινῶν* coniecit, sed nihil est mutandum. At quaeritur cur poetas Cratinus vocaverit *αὐθημερινούς*: possit aliquis facile coniicere ita appellari poetas, qui eodem die ante Cratinum fabulas docuissent: quorum comicorum cum altum quendam contemtum cepisset poeta, iubet spectatores expergiscere, somno quem illorum ineptiae offuderint oculis discusso. Sortiebantur enim poetae aliquot certe dies ante commissionem fabularum, ut constitueretur, quo ordine essent illae agendae: id quod perspicimus ex Aristophanis Ecclesiazusis v. 1156, ubi poeta sibi primam obtigisse sortem indicat:

Σμικρὸν δ' ὑποθέσθαι τοῖς κριταῖσι βούλομαι·
Τοῖς σοφοῖς μέν, τῶν σοφῶν μεμνημένους κρίνειν ἐμέ·
Τοῖς γελῶσι δ' ἡδέως διὰ τὸν γέλων κρίνειν ἐμέ.
Σχεδὸν ἅπαντας οὖν κελεύω δηλαδὴ κρίνειν ἐμέ.

Μηδὲ τὸν κλῆρον γενέσθαι μηδὲν ὑμῖν αἴτιον,
Ὅτι προείληχ', ἀλλ' ἅπαντα ταῦτα χρὴ μεμνημένους
Μὴ 'πιορκεῖν, ἀλλὰ κρίνειν τοὺς χοροὺς ὀρθῶς ἀεί.
Μηδὲ ταῖς κακαῖς ἑταίραις τὸν τρόπον προσεικέναι,
Αἳ μόνον μνήμην ἔχουσι τῶν τελευταίων ἀεί.

Docte de hac re disseruit Fritzschius in comment. de Daetal. p. 120 seq. Sic igitur etiam Cratinus, cum iam antea novisset, quorum poetarum fabulae ante suam in scena agerentur, isto nomine potuit istos comicos notare. At mihi quidem veri similius videtur *αὐθημερινοὺς* nuncupari omnes omnino poetas quod a quotidianae vitae consuetudine non recedant, quod non altius se tollant, sublimius quid petant, sed cito marcescant et evanescant: et fortasse scripserat Cratinus non *αὐθημερινῶν ποιητῶν*, quod vel propter cumulatos nimis genitivos pingue quiddam et absonum habet, sed:

Ἀπὸ μὲν βλεφάρων αὐθημερινὸν ποιητῶν λῆρον ἀφέντα.

Prorsus sic dixit Aeschines in Ctesiphontea 208: *Σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς καὶ μᾶλλόν σοι μέλει τῶν αὐθημερὸν λόγων ἢ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως.* qui locus a Plinio Epist. IX. 26 adhibetur, ut ipsum Aeschinem iis, quae in Demosthene reprehenderit, minime abstinuisse doceat: ibi autem *τῶν αὐθημερῶν λόγων* legitur. Dicit autem Aeschines hoc nomine eas orationes, quae externa quidem specie blandiuntur, subito vero obsolescunt et pereunt, nec ullum fructum aut commodum afferunt. Reprehendit igitur Cratinus aequales comicos, quod temere musicam artem elegerint, temere argumenta et proponant et proposita tractent, omninoque nihil nisi res ludicras, leves, abiectas sectentur, ipse vero Cratinus incensus summo veritatis pervestigandae amore et huius propositi conscius, optime noverat quid expetendum, quid summo studio esset exquirendum: idque omni opera atque virium contentione sequebatur. De quavis igitur re diligentissime cogitabat et tum demum, cum omni ex parte meditatam et perspectam haberet proposuit; alienus enim fuit ab ista levitate, qua multi olim fuerunt poetae usi, nunc vero multo plures, qui specioso facilitatis vel ingenii nomine vitia callide obscurant. Omnino autem antiquae atticae comoediae principes illud sunt secuti, quod qui primus comicam artem apud nos instauravit et extulit, eximiis versibus in Furca fatali praecipit:

Selten zeigt sich Einer, welchem jeder Puls wie Feuer schlägt,
Weil ihm die Natur als ihren Liebling auf den Händen trägt:
Solls auch Diesem nicht misslingen, hab' er viel und tief gedacht,
Aber ferne von Scholastik, die die Welt zur Formel macht.
Wäre mit so leichten Griffen zu entziffern die Natur,
Hätte sie auf euch gewartet ihr zu kommen auf die Spur?
Auch das Beste, was ihr bildet, ist ein ewiger Versuch,
Nur wenn Kraft es adelt, bleibt es stereotyp im Zeitenbuch.

Non igitur fuerunt illi principes viri philosophiae studio dediti, sed abhorrebant, quoniam germani fuerunt poetae, a disciplina et forma

philosophiae: illud enim profecto repugnavisset naturae poesis, si Cratinus aut Eupolis aut Aristophanes tanquam philosophi ipsam rei speciem procul a sensuum consuetudine et lenociniis proposuissent: ipsam tamen illam veritatem studiose indagabant neque omnino philosophiam omnium rerum magistram optimam oderunt: sed quod verum esse, perspexerant, illud imaginum varietate usi sub oculos subiiciebant. Id igitur quod poetarum animum graviter impulit et commovit, postquam sobrie in omnes partes animo versaverunt, ita conformabant, ut formam et figuram ad similitudinem ipsius rei accommodatam indueret, atque id vividis coloribus ita exprimebant, ut species veritatis per singulas partes manaret atque pelluceret. Cratinus igitur vir magnanimus cum perspexisset quanto antestaret ceteris poetis, id libere professus est, atque eodem pacto in Chironibus extremis dixit *se duos integros annos huic comoediae elaborandae et perpoliendae tribuisse, et se hanc fabulam ceteris poetis tanquam exemplum perfectum et omnibus numeris absolutum proponere, quod ipsi intuerentur et si possent, aemularentur.* Aristidis autem verba, quae corrigere voluit Hanovius, sic sunt explicanda: *Cum autem Chironas doceret idem poeta rursus in fine fabulae superbiens dixit:*

Ταῦτα δυοῖν ἐν ἐτοῖν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη.

Nam sic recte scripsit Dindorfius adiecta praepositione: hexametris enim versibus fabulam finivit poeta, quos recitabat chori dux, sicut etiam Aristophanes in Ranis 1528:

Πρῶτα μὲν εὐοδίαν ἀγαθὴν ἀπιόντι ποιητῇ
Ἐς φάος ὀρνυμένῳ δότε δαίμονες οἱ κατὰ γαίας.

Iam vero Cratinus hanc fabulam inde videtur exorsus esse, unde omnis vitae ratio ac fortuna deducitur, ab educatione et disciplina. Iam enim Athenienses a maiorum consuetudine deflexerant sensimque a pristina severitate desciscentes lapsi erant ad mollitiem quaerebantque non tam ea, quae corpus pariter atque animum intenderent et confirmarent, sed quae remitterent et relaxarent. Inprimis autem musicae artis depravationem videtur attigisse, qua nulla gravior potuit pernicies civitatis Atticae moribus afferri: neque enim Athenienses antiquos servaverunt etiam tunc modos, sed ars musica legum expers multiplici modorum flexione et varietate insignis impotentique exsultans levitate teneros puerorum iuvenumque animos dulcedine movit et ad mollitiem deduxit: quae corruptela sensim reliquorum civium animos illapsa mox omnem disciplinam depravavit. Et Cratinus quidem, quidquid in rebus privatis domesticisque vitiosum esset, acriter videtur perstrinxisse, maxime vero conquestus est, quod non iam ut antea pietas et religio in omnium versaretur animis, sed quod improba levitate deorum cultum negligerent honestatemque et castitatem spernerent. Neque vero satis habuit Cratinus perniciem rerum privatarum accurate exposuisse, verum etiam rei publicae statum attigit. Graviter enim tulit Cratinus, quod Athenienses privatas utilitates a rei publicae

salute secernebant et quod legibus institutisque neglectis malitia et fraude malebant quam probitate honestisque factis consequi quae vellent: et ob id ipsum Periclem, quem vel principem huius corruptelae auctorem esse arbitrabatur, severe notavit: maximeque insanam istam iudicandi libidinem, quae tunc omnium civium animos occupaverat, acerbe perstrinxit. Denique videtur Cratinus causam omnium horum malorum, e qua tanquam ex fonte haec rerum divinarum humanarumque depravatio repetenda erat, philosophiam dico illius saeculi, acri odio persecutus esse. Iam vero quo clarius sub oculos omnium caderet imago vitae perditae et profligatae, exhibuit simulacrum quoddam vitae, quam maiores sancte et honeste egerant, ut aequales non solum intuerentur hanc tanquam imaginem veritatis, sed etiam sequerentur.

Chironum choragus est, qui loquitur illum versum, qui est apud Hephaestionem p. 17: *Φησὶ δὲ ὁ Ἡλιόδωρος τὸ μ ἐπιφερόμενον ἀφώνῳ ἧττον τῶν ἄλλων ὑγρῶν κοινὰς ποιεῖν ἐν τοῖς ἔπεσι συλλαβάς. Διὰ τοῦτο καὶ Κρατῖνος ἐν τοῖς Χείρωσιν πεποίηκε·*

Σκῆψιν μὲν Χείρωνες ἐλήλυμεν, ὡς ὑποθήκας.

ἀντὶ τοῦ ἐληλύθαμεν, ὅπερ ἐξηλέγξαμεν ψεῦδος ὄν. Recte Hanovius in Exercitatt. Critt. p. 58 hunc versum interpretatur: *Ad speciem nos Chirones advenimus eo fine, ut praecepta —*. Non tamen recte suspicatur hunc versum a Solone, qui una cum Dracone et Clisthene Chironum formam simulaverit, dictum esse: Solonem est consentaneum sua non sub aliena specie latentem ex inferis rediisse, nec sua sponte, sed precibus et sacrificiis resuscitatum, quod post factum esse videbimus: hunc vero versum chorus, qui Chironum figuram, cultum habitumque imitatus erat, ubi primum in orchestram prodit, eloquitur: praecepta autem, quae traditurus est, vocat ὑποθήκας, respiciens sane Hesiodeum illud quod dicebatur carmen. Iam quantum quidem vel ex numero heroico coniicere possumus, quo Cratinus Chironum chorum uti fecit, poeta plura ex antiquo isto carmine ad praesentiam revocavit et suo instituto accommodavit, quo pacto etiam Pherecrates in Chirone et Aristophanes in Daetalensibus hoc ipsum carmen usurpaverunt, de hoc vid. Phrynich. Eclog. p. 91 ed. Lob.: *Ἔστι μὲν ἠπήσασθαι ἅπαξ παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Δαιταλεῦσι, παίζοντι τὰς Ἡσιόδου ὑποθήκας· Καὶ κόσκινον ἠπήσασθαι.* de illo Athenaeus, qui hos servavit versus VIII. p. 364 A: *Ἐπὶ νοῦν οὐ λαμβάνοντες τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ τὸν Χείρωνα πεποιηκότος, εἴτε Φερεκράτης ἐστίν, εἴτε Νικόμαχος ὁ ῥυθμικός, ἢ ὅστις δήποτε·*

Μηδὲ σύγ' ἄνδρα φίλον καλέσας ἐπὶ δαῖτα θάλειαν
Ἄχθου ὁρῶν παρεόντα· κακὸς γὰρ ἀνὴρ τόδε ῥέζει·
Ἀλλὰ μάλ' εὔκηλος τέρπου φρένα, τέρπε τ' ἐκεῖνον.

haec enim inquam non ab ipso Pherecrate sunt profecta, sed ex Hesiodo, ut videtur ex his ipsis Achillis praeceptis, mutuo translata et huic comoediae accommodata; uti etiam ii versus, qui sequuntur, magna ex parte ex Hesiodi Operibus et fortasse ex magnis Eoeis,

Praxilla vero Cratini aequalis fuit, si fides habenda Eusebio, qui illam Olymp. LXXXII. 2 floruisse tradit, eademque lasciva carmina condidisse fertur, vid. Tatian. Orat. adv. Graec. 52: videtur autem Praxilla plura in arte musica novavisse propiusque ad dithyrambicorum poetarum usum et consuetudinem accessisse: et fortasse hoc ipsum notare voluit Cratinus.

Iam *Clitagora*, cuius scolium una cum Admeti cantilena commemoratur, quae fuerit iam antiquitus ambigebant: nam fuerunt, qui virum fuisse contenderent: vid. Scholiastam ad Aristoph. Vesp. eum versum quem supra dixi: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Χαίριδος, ὡς Ἀρτεμίδωρός φησι, περὶ μὲν τῆς Κλειταγόρας τῆς ποιητρίας, ὅτι ὡς ἀνδρωνύμενον* (scr. *ἀνδρώνυμον*) *ἀναγέγραψε Κλειταγόραν Ἀμμώνιος ἀπελέγχει αὐτόν.* Non minus incerta fuit patria, nam Scholiasta Aristoph. Vesp. v. 1246 Thessalam esse dicit Clitagoram: *Κλειταγόρα· μέλος τι εἰς αὐτὴν Κλειταγόραν, ἥτις ἐγένετο ποιήτρια, Θετταλή τις γυνή:* sed hic Scholiasta nullis testimoniis utitur, verum ex illo ipso Aristophanis loco coniecturam fecit. Contra Scholiasta ad Lysistratam v. 1237 dicit Laconicam fuisse: *Ἀπὸ Κλειταγόρας τῆς ποιητρίας· ἡ γὰρ Κλειταγόρα ποιήτρια ἦν Λακωνική, ἧς μέμνηται καὶ ἐν Δαναΐσιν Ἀριστοφάνης.* Sed vereor, ne haec quoque interpres ex ipso illo loco commentus sit. Scolii autem particulam certe servavit Aristophanes in Vespis v. 1246:

ΒΔ. Μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης ὁ Σέλλου δέξεται,
Ἀνὴρ σοφὸς καὶ μουσικὸς κᾆτ᾽ ᾄσεται·
Χρήματα καὶ βίον
Κλειταγόρᾳ τε κἀ-
μοὶ μετὰ Θεσσαλῶν.
ΦΙΛ. Πολλὰ δὴ διεκόμπασας σὺ κἀγώ.
ΒΔ. Τουτὶ μὲν ἐπιεικῶς σύ γ᾽ ἐξεπίστασαι.

Ita enim haec correxi in Zimmermanni Diariis 1835 p. 319. Suspicor autem ad Clitagorae cantilenam priora tantum verba referenda esse:

Χρήματα καὶ βίον Κλειταγόρα,

reliqua autem ab Aristophane adiecta esse, ut Aeschinem Selli filium castigaret; coniicio enim illum socium fuisse legationis, quam Athenienses illo tempore in Thessaliam miserant, vid. Vesp. 1276. Sed ut ad Cratini versum revertar, comicus maxime reprehendere videtur negligentiam illam et contemtionem artis, cum solerent Athenienses, si tibicen modos cantilenae in Admetum praeierit, canere scolium Clitagorae, ita ut hic locus non dispar sit versibus Aristophanis in Lysistrata v. 1236, ubi indicans Athenienses iam omnibus pacis conditionibus facile esse contentos, simili locutione tanquam proverbio, quod vulgi ore tritum sit, utitur:

Νυνὶ δ᾽ ἅπαντ᾽ ἤρεσκεν· ὥστ᾽ εἰ μέν γέ τις
Αιδοι Τελαμῶνος, Κλειταγόρας ᾄδειν δέον,
Ἐπῃνέσαμεν ἂν καὶ προσεπιορκήσαμεν.

Et fortasse ad eandem contemtionem et depravationem artis musicae etiam illa sunt referenda, quae in Pelargis leguntur:

Ὁ μὲν ᾖδεν Ἀδμήτου λόγον πρὸς μυρρίνην,
Ὁ δ' αὐτὸν ἠνάγκαζεν Ἁρμοδίου μέλος.

Cratinum autem in hac fabula illud saepius inculcavisse, quanta vis insit in numeris et cantu ad animos teneros conformandos; apparet etiam ex Scholiasta Thucydidis VIII. 83: *Τὸ ἐπιφέρειν ὀργὴν ἐπὶ τοῦ χαρίζεσθαι καὶ συγχωρεῖν ἔταττον οἱ ἀρχαῖοι· μάρτυς Κρατῖνος ἐν Χείρωσι λέγων τὴν μουσικὴν ἀκορέστους ἐπιφέρειν ὀργὰς βροτοῖς σώφροσιν.* Ὀργὰς ἐπιφέρειν est *obsequi, se accommodare ad alterius voluntatem*, hinc Hanovius p. 61 legi voluit τῇ μουσικῇ ἀκορέστους (vel potius ἀκολάστους) ἐπιφέρειν ὀργὰς βροτοῖσι σώφροσιν ut sententia sit haec, *musica effici, ut homines intemperantes obsequantur hominibus temperatis.* Recte sententiam perspexit, sed nihil credo mutandum esse: Scholiasta enim videtur negligentius Cratini sententiam exhibuisse, cum comicus dixisset, *musicam oportere obsequi hominibus temperatis et honestis.* Displicet vero ἀκορέστους ὀργάς, neque possunt haec ad metri formam revocari. At ille versus, quem ex hac fabula affert Schol. Platonis p. 358 et Eustathius p. 1601, 47:

Ὡς ὄνος ἀπωτέρω κάθηται τῆς λύρας.

utrum ad musicae artis depravationem referendus sit nec ne, liquido discerni nequit: cf. Hanovius p. 59 seqq. Fuit enim hoc proverbium vulgi ore tritum. Non magis ad musicam spectat illud quod Photius p. 261, 8 affert: *Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν· παρὰ Κρατίνῳ* (ex Chironibus petitum esse docet Zenobius p. 9) *ἐπὶ τῶν τὰ δεύτερα φερομένων· οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Λεσβίους κιθαρῳδοὺς πρώτους προσεκαλοῦντο· ἀκαταστατούσης γάρ ποτε τῆς πόλεως αὐτῶν χρησμὸς ἐγένετο τὸν Λέσβιον ᾠδὸν μεταπέμπεσθαι. οἱ δ' ἐξ Ἀντίσσης Τέρπανδρον ἐφ' αἵματι φεύγοντα μεταπεμψάμενοι ἤκουον αὐτῶν ἐν τοῖς συσσιτίοις καὶ συνεστάλησαν.* Sed non recte isti grammatici originem huius proverbii ad Terpandrum referunt, quamquam sane Terpander Lacedaemone est versatus primusque vicit Carnea, vid. Athen. XIV. p. 635 E: *Τὰ Κάρνεια πρῶτος πάντων Τέρπανδρος νικᾷ, ὡς Ἑλλάνικος ἱστορεῖ ἔν τε τοῖς ἐμμέτροις Καρνεονίκαις κἂν τοῖς καταλογάδην· ἐγένετο δὲ ἡ θέσις τῶν Καρνείων κατὰ τὴν ἕκτην καὶ εἰκοστὴν ὀλυμπιάδα, ὥς Σωσίβιός φησιν ἐν τῷ περὶ χρόνων.* Immo cum Lesbii primum ceteris Graecis arte canendi praestarent (scite Orphei caput et lyram Lesbum delatam esse perhibent) Lesbii cantores tanquam principes habiti sunt, itaque vulgo dictum *μετὰ Λέσβιον ᾠδὸν* de eo, qui in quacumque re secundum obtineret locum: conferas eximios versus Sapphus ex epithalamio:

Ἴψοι δὴ τὸ μέλαθρον ἀέρρετε, τέκτονες ἄνδρες,
Γάμβρος ἐσέρχεται ἴσος Ἄρῃ, μεγάλω πόλυ μείζων,
Πέρροχος, ὡς ὅτ' ἀοιδος ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν.

Ita enim haec quae apud Hephaestionem p. 129 et Demetrium de elocut. 148 et 146 leguntur, videntur conformanda esse. Fortasse autem ad Chirones referendus est ille versus, quem Scholiasta Aristoph. Equitt. v. 1284 affert:

Καὶ Πολυμνήστει᾽ ἀείδει μουσικὴν τε μανθάνει.

Respicit huc Photius p. 441, 1: *Πολυμνήστει᾽ ἀείδειν· γένος τι μελοποιίας· Κολοφώνιος δὲ ὁ Πολύμνηστος.* Polymnestum hunc Colophonium Plutarchus dicit heroicis et elegiacis carminibus modos adaptavisse, vid. de Musica c. 3: *Ὁμοίως δὲ Τερπάνδρῳ Κλονᾶν τὸν πρῶτον συστησάμενον τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσόδια, ἐλεγείων τε καὶ ἐπῶν ποιητὴν γεγονέναι· καὶ Πολύμνηστον τὸν Κολοφώνιον, τὸν μετὰ τοῦτον γενόμενον, τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι ποιήμασιν.* Modos autem illos tibiis accommodatos esse idem infra c. 4 significat: *Οἱ δὲ νόμοι οἱ κατὰ τούτους* (quos commemoraverat supra, Clonam, alios) *ὠγαθὲ Ὀνησίκρατες, αὐλῳδικοὶ ἦσαν, Ἀπόθετος, ὕστέρῳ δὲ χρόνῳ καὶ τὰ Πολυμνάστεια καλούμενα ἐξευρέθη· οἱ δὲ τῆς κιθαρῳδίας νόμοι πρότερον πολλῷ χρόνῳ τῶν αὐλῳδικῶν κατεστάθησαν ἐπὶ Τερπάνδρου.* Adde ibid. c. 10: *Καὶ Πολύμνηστος δ᾽ αὐλῳδικοὺς νόμους ἐποίησεν· ἐν δὲ τῷ ὀρθίῳ τῇ μελοποιΐᾳ κέχρηται καθάπερ οἱ ἁρμονικοί φασιν· οὐκ ἔχομεν δ᾽ ἀκριβῶς εἰπεῖν· οὐ γὰρ εἰρήκασιν οἱ ἀρχαῖοι περὶ τούτου.* Orthium modum a Polymnesto usurpatum esse dixerat iam supra c. 9: *Ἦσαν δὲ οἱ περὶ Θαλήταν τε καὶ Ξενόδαμον καὶ Ξενόκριτον ποιηταὶ Παιάνων, οἱ δὲ περὶ Πολύμνηστον, τῶν ὀρθίων καλουμένων*: primus enim auctor huius modi fuerat Terpander: Polymnestus vero, etsi a Terpandri exemplo multum discessit neque pauca novavit, tamen pulcritudinis speciem sedulo videtur observavisse, cf. Plutarch. ibid. c. 12: *Πολύμνηστος δὲ μετὰ τὸν Τερπάνδρειον τρόπον καὶ ᾧ ἐχρήσατο καὶ αὐτὸς μέντοι ἐχόμενος τοῦ καλοῦ τύπου, ὡσαύτως δὲ καὶ Θαλήτας καὶ Σακάδας.* cf. praeterea ibid. c. 8 et 9. Polymnesti carmina commemorat Plutarchus denuo c. 5: *Γεγονέναι δὲ καὶ Πολύμνηστον ποιητήν, Μέλητος τοῦ Κολοφωνίου υἱόν· ὃν Πολύμνηστόν τε καὶ Πολυμνήστην νόμους ποιῆσαι* et paulo post: *Τοῦ δὲ Πολυμνήστου καὶ Πίνδαρος καὶ Ἀλκμάν, οἱ τῶν μελῶν ποιηταί, ἐμνημόνευσαν.* Pindarus dicto aliquo huius poetae usus esse videtur, vid. Fragm. inc. 87 ed. Boeckh.:

Φθέγμα μὲν πάγκοινον ἔγνωκας Πολυμνάστου Κολοφωνίου ἀνδρός.

Erant autem haec carmina leviuscula amatoria potissimum eaque lasciva nec satis decora, carminumque argumento modi quoque convenisse videntur, itaque quaecunque carmina essent iusto leviora aut obscoena, Polymnestea vocata sunt: quare Aristophanes in Equitibus v. 1280 Ariphradem acerrime insectatur, quod talia componat:

Ἔστιν οὖν ἀδελφὸς αὐτῷ τοὺς τρόπους οὐ συγγενής,
Ἀριφράδης πονηρός· ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ βούλεται,
Ἔστι δ᾽ οὐ μόνον πονηρός, οὐ γὰρ οὐδ᾽ ἂν ᾐσθόμην,

Οὐδὲ παμπόνηρος, ἀλλὰ καὶ προσεξεύρηκέ τι.
Τὴν γὰρ αὐτοῦ γλῶτταν αἰσχραῖς ἡδοναῖς λυμαίνεται,
Ἐν κασαυρίοισι λείχων τὴν ἀπόπτυστον δρόσον,
Καὶ μολύνων τὴν ὑπήνην καὶ κυκῶν τὰς ἐσχάρας,
Καὶ Πολυμνήστεια ποιῶν καὶ ξυνὼν Οἰωνίχῳ.

Ariphradis foedas libidines notaverat etiam Aeschines Socraticus in dialogo, quem Calliam inscripsit, ubi illum ex Anaxagorae disciplina profectum esse prodidit, vid. Athenaeum V. p. 220 B. *Ὁ δὲ Καλλίας αὐτοῦ περιέχει τὴν τοῦ Καλλίου πρὸς τὸν πατέρα διαφορὰν καὶ τὴν Προδίκου καὶ Ἀναξαγόρου τῶν σοφιστῶν διαμώκησιν· λέγει γὰρ ὡς ὁ μὲν Πρόδικος Θηραμένην μαθητὴν ἀπετέλεσεν, ὁ δ' ἕτερος Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος καὶ Ἀριφράδην τὸν ἀδελφὸν Ἀριγνώτου τοῦ κιθαρῳδοῦ, θέλων ἀπὸ τῆς τῶν δηλωθέντων μοχθηρίας καὶ περὶ τὰ φαῦλα λιχνείας ἐμφανίσαι τὴν τῶν παιδευσάντων διδασκαλίαν.* Philoxenus, Eryxidis filius, quem Aeschines, una cum Ariphrade, Anaxagorae institutione usum esse dixit, homo fuit libidinosissimus, de quo dictum est supra ad Cratini Pytinén: non minus famosus propter foedas libidines videtur Oeonichus fuisse, cuius consuetudine Ariphradem frui dixerat comicus: Oeonichum autem etiam carmina eiusmodi composuisse colligo ex Hesychii glossa: *Οἰώνιχον μουσεῖον· τοῦτο δὲ Οἰωνίχου φησὶ μουσεῖον εἶναι τὸ στυζ αἰή.* ita fere codex apud Schow. p. 578, quae in praesentia non expedio: certe scribendum *Οἰωνίχου μουσεῖον*, qua quidem appellatione comicus aliquis poeta lasciva Oeonichi carmina notavisse videtur. Aristophanis interpres, qui dicit: *Πολύμνηστος δὲ καὶ Οἰώνιχος ὅμοιοι ἀρρητοποιοί*, utrum carmina an mores pravos respexerit, non liquet. Ariphradis vitam abiectam Aristophanes rursus castigat in Vespis v. 1280, cum antea Automenem patrem eius beatum praedicasset:

Εἶτ' Ἀριφράδην, πολύ τι θυμοσοφικώτατον,
Ὅντινα πότ' ὤμοσε μαθόντα παρὰ μηδενός,
Ἀλλ' ἀπὸ σοφῆς φύσεος αὐτόματον ἐκμαθεῖν
Γλωττοποιεῖν εἰς τὰ πορνεῖ' εἰσιόντ' ἑκάστοτε.

ubi non temere opinor dicit illum suopte ingenio foedae istius libidinis auctorem esse, sed ut a patre Automene et fratre Arignoto aut Anaxagora magistro suspicionem omnem averteret: fuisse autem illo tempore, qui consanguineos praeceptoresque Ariphradis eo nomine accusarent, apparet satis superque ex isto Aeschinis sermone, cuius summam servavit Athenaeus, vide supra: inter Arignotum autem fratrem Ariphradis et Aristophanem amicitia intercedebat, quod ipse profitetur in Equitibus v. 1276:

Εἰ μὲν οὖν ἄνθρωπος, ὃν δεῖ πόλλ' ἀκοῦσαι καὶ κακά,
Αὐτὸς ἦν ἔνδηλος, οὐκ ἂν ἀνδρὸς ἐμνήσθην φίλου·
Νῦν δ' Ἀρίγνωτον γὰρ οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἐπίσταται,
Ὅστις ἢ τὸ λευκὸν οἶδεν ἢ τὸν ὄρθιον νόμον.

neque minus in Vespis illum laudat v. 1275:

Ὦ μακάρι' Αὐτόμενες, ὥς σε μακαρίζομεν,
Παῖδας ἐφύτευσας ὅτι χειροτεχνικωτάτους,
Πρῶτα μὲν ἅπασι φίλον ἄνδρα τε σοφώτατον,
Τὸν κιθαραοιδότατον, ᾧ χάρις ἐφέσπετο.

i. e. Arignotum. Ariphradem autem rursus vexavit in Ecclesiazusis v. 128, ubi Praxagora:

Ὁ περιστίαρχος, περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν,
Πάριθ'· ὡς τὸ πρόσθεν· Ἀρίφραδες, παῦσαι λαλῶν.

ubi Scholiasta: *Ὡς ἀναμεμιγμένον αὐταῖς· λοιδορεῖται δὲ πρὸς τὰς γυναῖκας αἰσχρὸς ὢν κιθαρῳδός.* Iam ut vita moresque hominis erant perditissimi, ita etiam modos volubiles, concitatos, aptos ad animos saeva libidine instigandos carminibus accommodavit itaque Aristophanes eum dixit *Πολυμνήστεια ποιεῖν*, eodemque sensu Cratinus dixit alium quem *Πολυμνήστεια ἀείδειν*, h. e. carmina levia et lasciva, neque enim ipsius Polymnesti carmina intelligenda sunt. Iam vero video Bernhardium virum summum, qui unus praeter ceteros indolem antiquitatis perspexit, in eximio libro de Graecarum litterarum monumentis T. I. p. 270 seqq. negare Polymnesti carmina lasciva fuisse; censet enim *Πολυμνήστεια* eodem modo dicta esse, quo *Ἀνακρεόντεια*, nec aliud quid inde colligi posse, quam Polymnestum lyricis magis quam epicis carminibus modos adaptavisse.

Ad chorum Chironum referendum est etiam illud fragmentum quod legitur apud Scholiastam Platonis Bekker. p. 331: *Ῥαδαμάνθυος ὅρκος· οὗτος ὁ κατὰ κυνὸς ἢ χηνὸς ἢ πλατάνου ἢ κριοῦ ἤ τινος ἄλλου τοιούτου. Οἷς ἦν μέγιστος ὅρκος ἅπαντι λόγῳ κύων, ἔπειτα χήν, θεοὺς δὲ ἐσίγων. Κρατῖνος Χείρωσιν.* Eadem Photius p. 481, 1, ubi Porsonus scripsit: *θεοὺς δὲ σιγᾶν*, in codice vero *θεοῖς δὲ σιγῶς* legitur. Huc adde Suid. T. II. p. 481. T. III. p. 249. Scribendum videtur:

Οἶσιν ἦν μέγιστος
Ὅρκος ἅπαντι λόγῳ κύων, ἔπειτα χήν, θεοὺς δ' ἐσίγων.

Versus sunt ex dactylicis et trochaicis numeris compositi: consentaneum enim est Cratinum ad doricam harmoniam, quae severitati argumenti satis accommodata esset, haec carmina adaptavisse. Non recte autem Hanovius p. 59 existimat hic a Cratino Socraticos philosophos castigatos esse: verum eo tempore, quo Cratinus hanc fabulam docuit, Socrates nondum opinor inclaruit, sed sophistarum ipse fuit diligentissimus auditor: postea demum eorum acerrimus exstitit adversarius, studuitque philosophiam ad ipsam vitam revocare. Omnino autem non possunt haec verba de aequalibus philosophis a Cratino dicta esse, tum enim certe *ἐστὶ* pro *ἦν* esset scribendum. Verum Cratinus ut ostenderet, quanta morum depravatio esset Athenis, ita instituit, ut chorus Chironum pristini temporis et felicitatem et probitatem summis efferret laudibus. Iam cum Athenienses, quae fuit eorum levitas, tam frequenter iurarent, ut tertio quoque verbo deos testes invocarent, et ob id ipsum ius-

iurandum parvi penderent facillimeque migrarent, poeta eos castigat et ante oculos ponit exemplum moresque illius temporis, quo Chiron, quo Rhadamanthus versatus est inter homines, quibus sanctissimum fuit iusiurandum per canem aut aliquod animal. Chiron autem primus iurisiurandi fidem inter homines sanxisse dicitur ab auctore Titanomachiae eo loco, quem supra dixi. Rhadamanthus autem fertur primus instituisse, ne homines temere deorum religione abuterentur: testis est praeter alios Socrates in duodecimo libro rerum Creticarum apud Schol. Aristoph. Avv. v. 521: Ῥαδάμανθυς δοκεῖ διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν δικαιότατος γεγενῆσθαι πάντων ἀνθρώπων· λέγεται δὲ αὐτὸν πρῶτον οὐδένα ἐᾶν ὅρκους ποιεῖσθαι κατὰ τῶν θεῶν, ἀλλ' ὀμνύναι κελεῦσαι χῆνα καὶ κύνα καὶ κριὸν καὶ ὅμοια. Cum Cratino autem prorsus consensit Socrates, qui et ipse Atheniensium in iure iurando detestatus levitatem, antiquas illas et iam diu obsoletas iurandi formulas revocavit: sanctius enim et antiquius dei numen duxit, quam ut liceret temere vel in re levissima eius fidem invocare: ipse autem Socrates quam frequenter Rhadamantheum iusiurandum usurpaverit, documento sunt Xenophontis et Platonis sermones. Socratis consuetudinem videntur etiam alii secuti esse, ut Lampo vates, qui religiosissimus videri volebat, quem ob id ipsum vexat Aristophanes in Avibus v. 520:

Ὤμνυ δ' οὐδεὶς τότ' ἂν ἀνθρώπων θεόν, ἀλλ' ὄρνιθας ἅπαντες,
Λάμπων δ' ὄμνυσ' ἔτι καὶ νυνὶ τὸν χῆν', ὅταν ἐξαπατᾷ τι.

Sed tamen etiam philosophiae quae isto saeculo fuerit ratio quamque diversa ab antiqua ista sapientia, videtur Cratinus attigisse: sed ut erat praeteriti temporis laudator, non minus quam ceteri comici poetae ita instituit, ut chorus priscae aetatis felicitatem laudans illud quoque inter summa vitae commoda referret, quod homines sapientes iidemque summa morum lenitate et humanitate insignes, hominum vitam dissipatam ante et perturbatam praeceptis et institutis instruxerint atque moderati sint. Intellexisse autem videtur maxime septem illos, qui hoc nomine sapientes vocabantur, quod de vita et moribus generis humani utilissima et acutissima praecepta tradiderant. Hanc autem simplicem sapientiae rationem, morum et disciplinae omnis magistram, cum commendat poeta, simul tangit aequales philosophos, qui tunc Athenis maximam nacti erant auctoritatem, qui in rerum naturae contemplatione ceterarumque doctrinarum cognitione versabantur, deque omnibus rebus subtiliter in utramque partem disputabant. Perspexerat enim praesago quodam animo et quasi divinitus, illam philosophandi rationem, licet semper quid esset veri simillimum quaereret, tamen, cum omnia ad arbitrii licentiam revocaret, longe esse perniciosissimam vitae et privatae et publicae. Prisci autem aevi sapientiam laudavit in illis versibus, quos Grammaticus Bekkeri T. I. p. 335 servavit: Ἀγανόν· καλόν· Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ — Κρατῖνος Χείρωσιν·

Μακάριος ἦν ὁ πρὸ τοῦ βίος βροτοῖσιν
Πρὸς τὰ νῦν, ὃν εἶχον ἄνδρες

'Αγανόφρονες, ἡδυλόγῳ σοφίᾳ,
Βροτῶν περισσοκαλλεῖς.

Ita Bekkerus edidit, sed codex pro *βίος* praebet *βροτὸς* et *περισσοκαλεῖς*. Deinde posteriora iterum exhibet codex alieno loco p. 329, 5: *'Αγκυλόχειλος· σκολιόχειλος· 'Αγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ βρωτων παρὰ* (vel *περὶ*) *σε καλεῖς.* ita Bekkerus T. III. p. 1106, Bachmannus in Anecdotis T. I. p. 12, 20: *'Αγανόφρονες· ἡδυλόγῳ σοφίᾳ περὶ βροτῶν περισσοκαλεῖς.* Hanovius quidem p. 63 versus tetrametros iambicos dubitanter tamen constituere studuit hos:

Μακάριος ἦν
'Ο πρὸ τοῦ βίος βροτοῖσι πρὸς τὰ νῦν, ὃν εἶχον ἄνδρες
'Αγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ βροτῶν περισσοκαλλεῖς.

At tertius certe versus nullo pacto potest pro iambico haberi, sed constat dimetris anapaestico altero, altero iambico: quam numerorum commissuram statim in alio fragmento apud Athenaeum XII. p. 553 E. animadvertimus, nec tragici aspernati sunt, ut Euripides in Heraclidis non dissimili prorsus numero usus est v. 775:

Στρατὸν 'Αργόθεν· οὐ γὰρ ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ δίκαιός εἰμ' ἐκπεσεῖν μελάθρων.

et in antistropha:

'Ολολύγματα παννυχίοις ὑπὸ παρθένων ἰαχεῖ ποδῶν κρότοισιν.

et quod propius etiam ad huius versus similitudinem accedit Aeschylus in Prometheo v. 545:

Φέρ' ὅπως ἄχαρις χάρις ὦ φίλος εἰπὲ ποῦ τίς ἀλκά;
Τίς ἐφαμερίων ἄρηξις, οὐδ' ἐδέρχθης
'Ολιγοδρανίαν ἄκικυν ἰσόνειρον, ᾇ τὸ φωτῶν.

ad eundemque modum in antistropha. Itaque sic videtur hoc fragmentum constituendum esse:

Μακάριος ἦν ὁ πρὸ τοῦ βίος
Βροτοῖσι πρὸς τὰ νῦν, ὃν εἶχον ἄνδρες
'Αγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ βροτῶν περισσοκαλλεῖς.

Offendit tamen etiam nunc repetitio ista verborum *βροτοῖσι, ἄνδρες βροτῶν.* Sed haec Meinekius acute et ingeniose, ut solet, emendabit.

Ex eodem chori carmine sunt etiam illa petita quae leguntur apud Athenaeum XII. p. 553 E. *Κρατῖνος δὲ ἐν Χείρωσιν τὴν τρυφὴν ἐμφανίζων τὴν τῶν παλαιοτέρων φησίν·*

'Απαλὸν δὲ σισύμβριον ἢ ῥόδον ἢ κρίνον παρ' οὖς ἐθάκει,
Παρὰ ... χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων σκίπωνα τ' ἠγόραζεν.

Vulgo apud Athenaeum legitur: *'Απαλὸν δὲ σισύμβριον ῥόδον ἢ κρίνον κτλ.* Dindorfius, secutus Porsonum ad Aristoph. Vesp. v. 1522 et Elmsleium in Edinburgh Rev. Vol. XIX. p. 89, qui *ῥόδον* deleverunt, edidit:

'Απαλὸν δὲ σισύμβριον ἢ κρίνον παρ' οὖς ἐθάκει,
Παρὰ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων σκίπωνά τ' ἠγόραζον.

At anapaesti aut duo aut quatuor requiruntur, tres non probantur, nam ii versus, quos composuit Cratinus in Fugitivis Mulieribus

non sunt anapaesti, sed dactyli praemissa anacrusi, hinc ubique servata est longa syllaba:

Ψῆφος δύναται φλεγυρὰ δεῖπνον φίλων ἀπείργειν.
βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν· τρίγλη δὲ κἂν μάχοιτο.

Recte vero Hermannus in Elementis Doctr. Metr. p. 593 inseruit ἢ post *σισύμβριον,* nisi quod scripsit *θἀπαλόντε,* repugnante numero carminis, quem revocavi; alter autem versus fuit simillimus, sed excidit vocabulum, ut opinor, post praepositionem *παρά,* nisi forte Cratinus insolentius locutus *παρὰ χερσίν,* sic scripserat:

Παρὰ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων λάσιον σκίπωνά τ' ἠγόραζεν.

Recte enim Hermannus eodem loco *ἠγόραζεν* substituit primae personae, quae cum *ἐθάκει* praegressum sit, ferri nequit: nam videntur sane illa verba *σισύμβριον, ῥόδον, κρίνον* ad participium *ἔχων* referenda esse: nisi forte ipsos illos flores poeta dixit capiti insidere sive inhaerere: sic enim etiam quodammodo *ἠγόραζον* servari possit. At praestat tertia persona, si recte satis sententiam huius loci perspicio: Cratinus enim beatam illam, sed simplicem (non recte Athenaeus luxuriosam appellat) antiqui temporis vitam laudibus extollit opponitque suae aetati omnibus voluptatibus diffluenti: tunc enim cives capillos floribus distinctos gerentes manibusque mala et baculum tenentes concionibus iudiciisque interfuisse dicit.

Praesentem autem rei publicae conditionem Cratinus in alio, ut videtur, chori carmine attigit: quo pertinet illud quod Plutarchus dicit in vita Periclis c. 3: ubi de deformitate capitis in Pericle disserit: *Τῶν δὲ κωμικῶν ὁ μὲν Κρατῖνος ἐν Χείρωσι· Στάσις δὲ (φησὶ) καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιστον τίκτετον τύραννον, ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλέουσι.* Accurate hominum doctorum sententias exposuit Sintenis ad Plut. Pericl. p. 298 seqq. quare de his disserere supersedeo. Mihi quidem illa sic videntur ad numeros revocanda esse:

Στάσις δὲ γὰρ καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέ-
γιστον τίκτετον τύραννον,
Ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλοῦσιν.

vel quod praestare etiam videtur:

Στάσις δὲ γὰρ καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοις μιγέντε
Μέγιστον τίκτετον τύραννον,
Ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλοῦσιν.

nisi quis sic malit numeros restituere:

Στάσις δὲ καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοις μιγέντε
Μέγιστον τίκτετον
Τύραννον, ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλοῦσιν.

Et *Στάσις* quidem Periclis mater fingitur a Cratino, non quod Peloponnesiaci belli auctor habitus fuerit, id quod Sintenis p. 301 censet: nam *στάσις* nunquam dicitur bellum, sed *discordia civium,* uti est apud Aeschylum in Eumenidibus v. 975:

Τὰν δ' ἄπληστον κακῶν
Μή ποτ' ἐν πόλει στάσιν
Τᾷδ' ἐπεύχομαι βρέμειν·
Μηδὲ πιοῦσα κόνις μέλαν αἷμα πολιτᾶν
Δι' ὀργὰν ποινὰς ἀντιφόνους ἄτας ἁρπαλίσαι πόλεως.

Chorus enim Eumenidum idem precatur, quod supra v. 861 dixit Minerva:

Μηδ' ἐκζέουσ' ὡς καρδίαν ἀλεκτόρων
Ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱδρύσῃς Ἄρη
Ἐμφύλιόν τε καὶ πρὸς ἀλλήλοις θρασύν·
Θυραῖος ἔστω πόλεμος ἢ μόλις παρών,
Ἐν ᾧ τις ἔσται δεινὸς εὐκλείας ἔρως.
Ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ λέγω μάχην.

Ita corrigo primum versum, vulgo ἐξελοῦσ'. compares Prometh. v. 370:

Τοιόνδε Τυφὼς ἐξαναζέσει χόλον.

Ceterum sententia non dissimilis est apud Pindarum Olymp. XII. 10. Eodem modo στάσις Aristophanes in Ranis v. 358.

Ἢ στάσιν ἐχθρὰν μὴ καταλύει, μηδ' εὔκολός ἐστι πολιταῖς,
Ἀλλ' ἀνεγείρει καὶ ῥιπίζει, κερδῶν ἰδίων ἐπιθυμῶν.

nam haec quoque de domestica discordia accipienda sunt: belli in iis, quae subsequuntur, fit mentio. Et in Thesmophoriazusis v. 788 στάσις dilucide distinguitur a bello:

Ὡς πᾶν ἐσμὲν κακὸν ἀνθρώποις κἀξ ἡμῶν ἐστιν ἅπαντα
Ἔριδες, νείκη, στάσις ἀργαλέα, λύπη, πόλεμος.

ita enim et numero et sententia flagitante distinguo: vulgo ἀργαλέα ad λύπην refertur. Atque ita etiam alii poetae, Bacchylides apud Stobaeum Ecl. Phys. I. 9:

Θνατοῖσι δ' οὐκ αὐθαίρετοι
Οὔτ' ὄλβος οὔτ' ἄγναμπτος Ἄρης οὔτε πάμφθερσις στάσις.

Et de intestina discordia etiam Pindarus dixit Olymp. XII. 16:

Εἰ μὴ στάσις ἀντιάνειρα Κνωσίας ἄμερσε πάτρας.

et Nem. IX. 13:

Φεῦγε γὰρ Ἀμφιάρηόν τε θρασυμήδεα καὶ δεινὰν στάσιν
Πατρῴων οἴκων ἀπό τ' Ἄργεος.

Sic igitur etiam Pericles Discordia domestica prognatus esse dicitur; neque est, quod hoc a poeta fictum mireris, cum Pericles plurimos annos gravissimas inimicitias cum Cimone, Thucydide, Myronide, Leocrate aliis exercuerit, cum quam diu Pericles rei publicae praefuit, multitudo et optimates fere sine ulla intermissione de dominatu contenderint. Saturnum autem patrem (*Κρόνον* enim omnino legendum est pro *χρόνον*) Periclis esse non inscite finxit Cratinus, quoniam illum cum Iove Olympio fere comparare solebant: hinc etiam Periclem eodem patre quo Iovem usum esse dicit.

Ad eandem hanc fabulam et hoc ipsum chori carmen refero etiam ea quae Plutarchus in vita Periclis c. 24 ex Cratino affert, fabulae quidem nomine non adiecto: *Ἐν δὲ ταῖς κωμῳδίαις Ὀμ-*

φάλη τε νέα καὶ Δηϊάνειρα καὶ πάλιν Ἥρα προσαγορεύεται· Κρατῖνος δ' ἄντικρυς παλλακὴν αὐτὴν εἴρηκεν ἐν τούτοις. Ἥραν τέ οἱ Ἀσπασίαν τίκτει καὶ καταπυγοσύνη παλλακὴν κυνώπιδα: quae propter numerorum et argumenti similitudinem probabiliter coniicias ex Chironibus petita esse: id quod etiam ante alii homines docti perspexerunt: respicit autem hos ipsos versus, ut arbitror, etiam Scholiasta Platonis ad Menexenum p. 139 ed. Ruhnk.: *Ἀσπασία καὶ Περικλέα δημηγορεῖν παρεσκεύασεν, ὡς Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς ἐν διαλόγῳ Καλλίᾳ καὶ Πλάτων ὁμοίως Πεδιηταῖς· Κρατῖνος δὲ Ὀμφάλη τύραννον αὐτὴν καλεῖ Χείρων· Εὔπολις Φίλοις· ἐν δὲ Προσπαλτίοις Ἑλένην αὐτὴν καλεῖ· ὁ δὲ Κρατῖνος καὶ Ἥραν, ἴσως ὅτι καὶ Περικλῆς Ὀλύμπιος προσηγορεύετο.* Sunt sane haec admodum depravata. Et primum quidem quod grammaticus ille dicit Aeschinem in dialogo Callia de Aspasia, tanquam Periclis magistra locutum esse, non credo, quamquam hoc nomine edidit dialogum, vid. Athen. V. p. 220: *Ὁ δὲ Καλλίας αὐτοῦ (Αἰσχίνου) περιέχει τὴν τοῦ Καλλίου πρὸς τὸν πατέρα διαφορὰν καὶ τὴν Προδίκου καὶ Ἀναξαγόρου τῶν σοφιστῶν διαμώκησιν.* et quae deinde de argumento huius dialogi exponit; ex eodem sermone fortasse illa sunt petita, quae exhibet Plutarchus in vita Aristidis c. 25 et rursus opinor c. 5: videtur enim Aeschines sermonem a Calliae maioribus exorsus esse; sed Aspasiae nullus ibi videtur locus concessus fuisse. Eius vero rei, quam Platonis Scholiasta memorat, mentionem fecit Aeschines, ut consentaneum est, in Aspasia: quem dialogum commemorat Athenaeus ibidem: *Ἐν δὲ τῇ Ἀσπασίᾳ Ἱππόνικον μὲν τὸν Καλλίου κοάλεμον προσαγορεύει· τὰς δ' ἐκ τῆς Ἰωνίας γυναῖκας συλλήβδην μοιχάδας καὶ κερδαλέας.* Eundem dialogum dicit Philostratus p. 920 ed. Olear: *Καὶ Αἰσχίνης δέ, ὁ ἀπὸ Σωκράτους, ὑπὲρ οὗ πρώην ἐσπούδαζες, ὡς οὐκ ἀφανῶς τοὺς διαλόγους κολάζοντος, οὐκ ὤκνει γοργιάζειν ἐν τῷ περὶ τῆς Θαργηλίας λόγῳ· φησὶ γάρ που ὧδε· Θαργηλία ἐλθοῦσα εἰς Θετταλίαν ξυνῆν Ἀντιόχῳ Θεττάλῳ βασιλεύοντι πάντων τῶν Θετταλῶν.* Et Harpocratio p. 37: *Ἀσπασία· Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν διαλεγόμενος ἐπιγραφομένῳ Ἀσπασίᾳ· μνημονεύουσι δ' αὐτῆς καὶ πολλάκις οἱ ἄλλοι Σωκρατικοί.* At haec quoque graviter depravata, recte Menagius scripsit: *Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχ. τ. Σ.* καὶ *Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς ἐν τῷ διαλόγῳ ἐπιγρ. Ἀσπασίᾳ:* ex eodem dialogo petita sunt, ut videtur, quae Harpocratio de Aspasiae cum Lyside consuetudine affert: huc adde Plutarch. vit. Pericl. c. 24; ad eundem dialogum refero quod est apud Plutarch. vit. Pericl. c. 32: *Ἀσπασίαν μὲν οὖν ἐξῃτήσατο, πολλὰ πάνυ παρὰ τὴν δίκην, ὥς Αἰσχίνης φησίν, ἀφεὶς ὑπὲρ αὐτῆς δάκρυα καὶ δεηθεὶς τῶν δικαστῶν.* Videtur autem Aeschines Socratem induxisse, qui Aspasiae ingenium et mores accurate describeret, itaque huc potissimum revoco, quod est apud Ciceronem de invent. I. 31: ***Velut apud Socraticum Aeschinem demonstrat Socrates cum Xenophontis uxore et cum ipso Xenophonte Aspasiam locu-***

„Pythagoras scillam in limine quoque ianuae suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit.“ Huic autem mortuos ab inferos evocandi arti post Pythagorae aetatem plures operam dederunt, itaque comici quoque poetae saepius hac specie usi sunt, uti Eupolis quoque in Pagis Solonem, alios ex Orco suscitavit.

Ad hanc autem animorum evocationem aliud etiam fragmentum pertinere videtur, quod legitur apud Pollucem VI. 98: *Καὶ ἀσάμινθος δὲ ποτήριον ἂν εἴη, ὡς Ὅμηρός τε μηνύει, Τηλεμάχου διδόντος Μενελέῳ δύ' ἀσαμίνθους· καὶ Κρατῖνος ἐν Χείρωσιν·*

Ἐξ ἀσαμίνθου κύλικος λείβων.

Homeri locus est Odyss. IV. 128, sed cum *ἀσάμινθος* apud Homerum ubique significet labrum, id puto etiam in istum versum cadere, praesertim cum reliqua dona, quae commemorantur, congruant cum hac explicatione, nam ahenorum quoque usus in lavando, vid. Odyss. X. 361. Ceterum Cratini memoria repetitur apud Pollucem X. 64: *Καί τοι ἔν γε τοῖς Κρατίνου Ἥρωσι τὴν ἀσάμινθον κιβωτὸν νοοῦσιν, ἔνιοι δὲ ἔκπωμα.* ubi scribas *Χείρωσιν:* neque enim Cratinus scripsit Heroas, quamquam etiam Suidas T. I. p. 193 *Κρατῖνος Ἥρωσιν,* sed ibi *Κράτης* corrigendum. *Ἀσαμίνθου κύλικος* autem ita dictum est, ut apud Phrynichum in Poastriis ap. Athen. X. p. 424 C: *Κύλιχ' ἀρύστιχον.* et apud Aristophanem in Pace v. 916:

Φήσεις γ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς νέου κύλικα λεπαστήν.

Sic enim ille versus videtur restituendus esse: vulgo *οἴνου νέου λεπαστὴν* legitur, sed Athenaeus XI. p. 485 A, ubi hoc versu utitur, *οἴνου κύλικα λεπαστὴν* exhibet, scripsi igitur *νέου κύλικα λεπαστήν.* Et apud Theopompum in Medo (apud Athen. XI. p. 485 C.) corrigendum censeo:

Οἷον δ' οὐ κήλησε δέμας λεπτὸν Ῥαδάμανθυν
Λύσανδρον, κώθωνα πρὶν αὐτῷ δῶκε λεπαστήν.

Sacris autem et lustrationibus illis rite perfectis Solon videtur ab inferis advenisse: quorsum spectant duo versus, quos Diogenes Laert. I. 62, ubi de Solonis morte disserit, adscripsit: *Ἐτελεύτησε δ' ἐν Κύπρῳ βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα, τοῦτον ἐπισκήψας τοῖς ἰδίοις τὸν τρόπον, ἀποκομίσαι αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ εἰς Σαλαμῖνα καὶ τεφρώσαντας εἰς τὴν χώραν σπεῖραι. ὅθεν καὶ Κρατῖνος ἐν τοῖς Χείρωσί φησιν αὐτὸν ποιῶν λέγοντα·*

Οἰκῶ δὲ νῆσον, ὡς μὲν ἀνθρώπων λόγος,
Ἐσπαρμένος κατὰ πᾶσαν Αἴαντος πόλιν.

Solon enim ex Orco arcessitus, ubi sepultus sit, explanat: cum enim ipsi Athenienses non satis certo scivisse videantur, quo loco sepulta sint Solonis ossa, poeta ita instituit, ut ex ipso Solone quaereretur, ubi esset humatus, quoniamque ille in rebus Salaminiis maxime egregie de patria erat meritus, fama ista usus est, Solonis cineres per omnem insulam Salamina esse dispersos, quo significaret illum vel mortuum Salaminem omni cura comprehendere: aut ipse Cratinus primus huius rumoris fuit auctor, quamquam hoc quidem minus convenit cum illis verbis, quae addit poeta, *ὡς*

μὲν ἀνθρώπων λόγος. Plutarchus quidem vit. Sol. c. 32, etsi huic famae fidem abrogat, pervulgatam tamen fuisse docet: *Ἡ δὲ δὴ διασπορὰ κατακαυθέντος αὐτοῦ τῆς τέφρας περὶ τὴν Σαλαμινίων νῆσον, ἔστι μὲν διὰ τὴν ἀτοπίαν ἀπίθανος παντάπασι καὶ μυθώδης· ἀναγέγραπται δὲ ὑπό τε ἄλλων ἀνδρῶν ἀξιολόγων καὶ Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου.*

Αἴαντος πόλις Salamis vocatur insula, quod quidem genus dicendi nequaquam est insolens: Strabo VIII. p. 546: *Στησίχορος δὲ καλεῖ πόλιν τὴν χώραν Πῖσαν λεγομένην, ὡς ὁ ποιητὴς τὴν Λέσβον Μάκαρος πόλιν· Εὐριπίδης ἐν Ἴωνι·*

Εὔβοι' Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις.

Καὶ ἐν Ῥαθαμάνθυϊ·

Οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα, πρόσχωρον πόλιν.

Σοφοκλῆς δ' ἐν Μυσοῖς·

Ἀσία μὲν ἡ ξύμπασα κλῄζεται, ξένε,
Πόλις δὲ Μυσῶν Μυσία προσήγορος.

Ita Homerus Il. II. 677:

Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν νήσους τε Καλύδνας.

Il. XIV. v. 230:

Λῆμνον δ' εἰσαφίκανε, πόλιν θείοιο Θόαντος.

Nec dissimile illud quod est Odyss. VIII. 283:

Εἴσατ' ἴμεν ἐς Λῆμνον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον.

Pariter Archilochus, quem Cratinus studiose secutus est, ut Stephanus Byz. v. *Πάρος* testatur: *Πάρος· νῆσος, ἣν καὶ πόλιν Ἀρχίλοχος καλεῖ ἐν ἐπῳδοῖς.* et idem rursus apud Eustath. p. 1542:

Θάσον δὲ τὴν τρισοιζυρὴν πόλιν.

dixerat fortasse: *Θάσον δὲ κλαίω τὴν τρ. π.* Et similiter Pindarus Salamina appellavit Aiacis urbem Isthm. IV. 48:

Καὶ νῦν ἐν Ἄρει μαρτυρῆσαι κεν πόλις Αἴαντος ὀρθωθεῖσα ναύταις
Ἐν πολυφθόρῳ Σαλαμὶς Διὸς ὄμβρῳ.

et Aeginam Aeacidarum urbem dixit Nem. VII. 10:

Πόλιν γὰρ φιλόμολπον οἰκεῖ δορυκτύπων
Αἰακιδᾶν.

Et de eadem Olymp. VIII. 85:

Αὐτοὺς τ' ἀέξοι καὶ πόλιν.

et idem apud Schol. Aristoph. Pac. 251:

Ἁ μὲν πόλις Αἰακιδᾶν.

Pariter comici et tragici poetae, ut docent Euripidis et Sophoclis exempla, quibus usus est Strabo; et Aristophanes in Pace 250:

Ἰὼ Σικελία, καὶ σὺ δ' ὡς ἀπόλλυσαι·
Οἵα πόλις τάλαινα διακναισθήσεται.

Solon deinde videtur sapientissima et rei publicae saluberrima consilia in medium attulisse, qua quidem occasione poetam usum fuisse consentaneum est, ut malos quosdam et improbos cives vexaret: huc refero illa, quae leguntur apud Scholiastam Aristophanis Av. v. 766: *Οἱ μὲν τὸν Πισίαν ἕνα τῶν ἑρμοκοπιδῶν εἶναι, οἱ δὲ τὸν*

υἱὸν αὐτοῦ· ἐτηροῦντο δὲ οὗτοι, ὅπως ἂν δοῖεν τῆς περικοπῆς τιμωρίαν. Εἰ οὖν, φησίν, ὁ υἱὸς αὐτοῦ τοῦ Πισίου ὅμοιος εἶναι βούλεται τῷ πατρί, γενέσθω Πέρδιξ πανοῦργος. Κρατῖνος Χείροσι (Χείρωσιν)·

Καὶ πρῶτα μὲν οὖν παρὰ ναυτοδικῶν ἀπάγω τρία κνώδαλ᾽ ἀναιδῆ,
Πισίαν, Ὀσφύωνα, Διιτρέφη.

Versum priorem hiantem probabiliter redintegravit Meinekius ad Menandrum p. 70, inserta particula οὖν, legebatur enim καὶ πρῶτα μὲν παρὰ ναυτ. Porsonus in Advers. p. 284 πρῶτον scripsit. Disserit de his versibus Hanovius p. 58, sed quod existimat haec tria nomina a Scholiasta profecta esse, qui quae apud Cratinum in aliis versibus vel iambico vel trochaico metro scriptis tradita essent, hic contracta subiecerit, id vero longissime a probabilitatis specie abhorret: nam sunt haec ipsius Cratini verba; alter versus est Glyconeus praemisso Cretico: exemplum simillimum suppeditabit versus, de quo mox dicetur: solebant autem comici poetae anapaestos nonnunquam cum aliis numeris consociare. At illud satis insolenter dictum est παρὰ ναυτοδικῶν ἀπάγω, abduci enim ad iudices rerum navalium pravos istos homines consentaneum est: conieceram igitur olim παρὰ ναυτοδίκας scribendum esse; sed nescio an forte in sermone forensi praepositio παρὰ singulari quodam modo ita cum genitivo fuerit coniuncta, videorque mihi non dissimile exemplum reperisse in titulo, qui est apud Boeckh. Corp. Inscr. I. Nr. 70: Καὶ παραδώσω παρὰ τῶν εὐθυνῶν τὸ καθῆκον, et infra: Ὅ τι ἂν τῶν κοινῶν μὴ ἀποδῶσιν παρὰ τῶν εὐθυνῶν. ubi πρὸς τοὺς εὐθύνους exspectaveras, ut est ibid. Nr. 76: Καὶ λόγον διδόντων τῶν τε ὄντων χρημάτων καὶ τῶν προσιόντων τοῖς θεοῖς καὶ ἐάν τι ἀναλίσκηται κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν πρὸς τοὺς λογιστάς. videtur autem genitivus ille ex ellipsi quadam profectus esse. Alia exempla, quae fortasse quis ex graecis scriptoribus comparet, sciens praetereo, quoniam dissimillima sunt.

Chorus autem Chironum sive Solon sive alius quis haec eo consilio monet, ut istos homines ex civitate exturbandos esse censeat, si quidem rem publicam salvam integramque velint conservare: impudentiam autem audaciamque effrenatam istorum hominum indicavit illis verbis τρία κνώδαλ᾽ ἀναιδῆ. Quod autem poeta fingit illos ad iudices rerum navalium abducendos esse, eos tanquam peregrinos notat, quo quidem crimine Athenis nullum erat gravius aut turpius. Athenienses enim cum se ex ipsa terra prognatos, neque vero aliunde advectos esse gloriarentur, aegerrime ferebant, si peregrini homines in civitatem se insinuavissent. Nec mirum: Graeci enim, cum hoc essent ingenio, hac natura, ut domestica maxime ac sua admirarentur, diligerent, amarent, omnia respuebant et improbabant quae aliunde advecta aut importata erant, aut si peregrini quid asciverunt, ita tamen immutarunt, formarunt, finxerunt, iam ut non alienum aut peregrinum, sed germanum esset: maxime vero Athenienses quaecunque incrementa ab alienigenis

acceperant, tam libere et ingeniose conformaverunt, ut quidquid in iis admirarentur et amore complecterentur, id a se profectum esse suo iure possent contendere. Itaque etiam patria, cuius summo amore antiqui Athenienses flagrabant, propria, maiores in ipso solo nati esse videbantur, nihilque magis quam haec cogitatio animos ad honestam superbiam et libertatis studium incitavit. Luculentissimum exemplum praebet Euripidis Erechtheus, hoc est ea fabula, in qua germanae stirpis certamen cum adventicia sub conspectu collocatum est, quae tragoedia si integra esset conservata, in clarissima luce posita esset ista quam dixi Atheniensium natura: sed vel in exiguis reliquiis manifesta huius rei deprehendimus vestigia, uti cum mater generosa secum patriae calamitatem reputat Fr. XVII:

Λογίζομαι δὲ πολλά· πρῶτα μὲν πόλιν
Οὐκ ἄν τις ἄλλην τῆσδε βελτίω λαβεῖν·
Ἡι πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
Αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις
Πεσσῶν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκτισμέναι,
Ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι.
Ὅστις δ' ἀπ' ἄλλης πόλεος οἰκίζει πόλιν,
Ἁρμὸς πονηρὸς ὥσπερ ἐν ξύλῳ παγείς,
Λόγῳ πολίτης ἐστί, τοῖσδ' ἔργοισιν οὔ.)*

*) Pars horum versuum legitur etiam apud Plutarchum T. II. p. 604, sed additis aliis, qui quidem ita sunt comparati, ut huic sermoni non conveniant: neque vero recte Matthiae censet post Lycurgi demum tempora additos esse hos versus ex interpolatione histrionum; sunt enim ab ipso Euripide profecti, sed ex alia fabula petiti, in qua similiter terrae Atticae laudes celebraverat, partim iisdem ut fit versibus usus, quibus in Erechtheo: referendi autem videntur hi versus propter numerorum conformationem ad unam ex postremis tragici fabulis: est autem illud fragmentum ita corrigendum:

Ἡι πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
Αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις
Πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς
Ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι.
Εἰ δ' οὐ πάρεργον χρή τι κομπάσαι, γύναι,
Οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ κεκραμένον,
Ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ.
Ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τ' ἐκτρέφει κάλλιστα, γῆς
Δέλεαρ ἔχοντες τῆσδε συνθηρεύομεν.

Recte puto me οὐ πάρεργον restituisse; illud enim haud sane levis est momenti, quod loci natura neque aestuosa nimis, neque frigida, sed temperata est. Et hanc quidem aeris puritatem et temperiem, qua Attica terra fruebatur, saluberrimam fuisse valetudini et venustati corporum consentaneum est: uti enim fervidum coelum exuberante calore corporis vires dissolvere ac debilitare, frigidum membra retardare aliaque vitia infundere corporibus solet, sic aequabili caloris et frigoris temperie valetudo firmatur et immutabilis conservatur. Verum proprietas coeli non solum magnam vim in corpora hominum exserit, sed maiorem etiam in animos: aere enim nimis aut fervido aut spisso ingenia aut lasciviunt nimisque laeta efflorescunt, ut quasi diffluere videantur, aut hebescunt et situ quasi quodam ac torpore obruuntur. Contra Atheniensibus coeli sereni ea temperies contigit, ut animorum acies

Eximie vero Plato in Menexeno p. 237 A. Aspasiam maiorum praeclaram originem celebrantem inducit: *Τοῖς δ᾽ εὐγενείας πρῶτον ὑπῆρξε τοῖσδε ἡ τῶν προγόνων γένεσις, οὐκ ἔπηλυς οὖσα, οὐδὲ τοὺς ἐκγόνους τούτους ἀποφηναμένη μετοικοῦντας ἐν τῇ χώρᾳ, ἄλλοθεν σφῶν ἡκόντων, ἀλλ᾽ αὐτόχθονας καὶ τῷ ὄντι ἐν πατρίδι οἰκοῦντας καὶ τρεφομένους οὐχ ὑπὸ μητρυιᾶς, ὡς ἄλλοι, ἀλλ᾽ ὑπὸ μητρὸς τῆς χώρας, ἐν ᾗ ᾤκουν· καὶ νῦν κεῖσθαι τελευτήσαντας ἐν οἰκείοις τόποις τῆς τεκούσης καὶ θρεψάσης καὶ ὑποδεξαμένης· δικαιότατον δὴ κοσμῆσαι πρῶτον τὴν μητέρα αὐτήν· οὕτω γὰρ συμβαίνει ἅμα καὶ ἡ τῶνδε εὐγένεια κοσμουμένη, κτλ.* Aspasia igitur aperte profitetur Athenienses a terra non quasi noverca quadam, sed matre editos

---

acueretur et ad contemplandum excitaretur. Neque fugit veteres, quantum sit commodum aeris illa salubritas et temperies: ipse Euripides, acutissimus homo, in Medea hoc attigit v. 806:

Ἐρεχθεΐδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι
— ἀεὶ διὰ λαμπροτάτου
Βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέρος. —

Et comicus nescio quis ap. Dionem Chrysost. LXIV. p. 334 ed. Reisk.:

Δέσποινα δεσποτῶν Ἀθηναίων πόλι,
Ὡς δὴ καλόν σου φαίνεται τὸ νεώριον,
Καλός γ᾽ ὁ παρθενών, καλὸς δ᾽ ὁ Πειραιεύς.
Ἄλση δὲ τίς πω τοιάδ᾽ ἔσχ᾽ ἄλλη πόλις.
Καὶ τοὐρανοῦ γ᾽, ὡς φασίν, ἐστὶν ἐν καλῷ.

Ita enim censeo haec corrigenda esse. Item Plato in Timaeo p. 26 D: *Ταύτην οὖν δὴ τότε ξύμπασαν τὴν διακόσμησιν καὶ σύνταξιν ἡ θεὸς προτέρους ὑμᾶς διακοσμήσασα κατῴκισεν, ἐκλεξαμένη τὸν τόπον, ἐν ᾧ γεγένησθε, τὴν εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν ἐν αὐτῇ κατιδοῦσα, ὅτι φρονιμωτάτους ἄνδρας οἴσει· ἅτ᾽ οὖν φιλοπόλεμός τε καὶ φιλόσοφος ἡ θεὸς οὖσα τὸν προφερεστάτους αὐτῇ μέλλοντα οἴσειν τόπον ἄνδρας τοῦτον ἐκλεξαμένη κατῴκισεν.* et rursus ubi pristinam terrae Atticae felicitatem describit, in Critia p. 111 E. suam respexisse videtur aetatem: *Τὰ μὲν οὖν τῆς ἄλλης χώρας φύσει τε οὕτως εἶχε, καὶ διεκεκόσμητο, ὡς εἰκός, ὑπὸ γεωργῶν μὲν ἀληθινῶν, καὶ πραττόντων αὐτὸ τοῦτο, φιλοκάλων δὲ καὶ εὐφυῶν, γῆν δὲ ἀρίστην καὶ ὕδωρ ἀφθονώτατον ἐχόντων, καὶ ὑπὲρ τῆς γῆς ὥρας μετριώτατον κεκραμένης.* Atque consentiunt veteres omnes: Cicero de Fato c. 4: *Athenis tenue coelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici, crassum Thebis, itaque pingues Thebani et valentes.* Scite Cassiodorus Variar. XII. 15: *Patria siquidem fervens leves efficit et acutos, frigida tardos et subdolos: sola temperata est, quae mores hominum sua qualitate componit. Hinc est quod antiqui Athenas sedem sapientium esse dixerunt, quae aeris puritate peruncta lucidissimos sensus ad contemplativam partem felici largitate praeparavit.* Adde Aristidem in Panathen. T. I. p. 305 ed. Dindf.: *Τῶν μὲν αὐτοφυῶν, ἀὴρ τε οὗτος ἐξαίρετος τοῦ πολλοῦ καὶ λιμένες τοσοῦτοι, ὧν εἷς ἕκαστος ἀντάξιος πολλῶν. ἔτι δ᾽ αὐτῆς τῆς ἀκροπόλεως ἡ θέσις καὶ τὸ ὥσπερ αὔρας εὔχαρι προσβάλλον πανταχοῦ· ὁ δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις ἄξιον ἐπισημήνασθαι, ταῖς μὲν γὰρ ἄλλαις πόλεσιν, ὅπως ἂν ἔχωσι τοῦ οὐρανοῦ, τῆς γε αὐτῶν χώρας ἐπιεικῶς ἡττᾶσθαι συμβέβηκε, τοῦ δὲ τῆς πάσης Ἀττικῆς ἀέρος οὕτως ἔχοντος ἄριστος καὶ καθαρώτατός ἐστιν ὁ τῆς πόλεως ὑπερέχων· γνοίης δ᾽ ἂν αὐτὴν ἐπὶ τῇ πόρρωθεν ὥσπερ αὐγῇ τῷ ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρι.* — Cum duobus extremis Euripidis versibus componas quod Pericles dicit in oratione funebri apud Thucyd. II. 38: *Ἐπεισέρχεται δὲ διὰ μέγεθος τῆς πόλεως ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα καὶ ξυμβαίνει ἡμῖν μηδὲν οἰκειοτέρᾳ τῇ ἀπολαύσει τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ γιγνόμενα καρποῦσθαι ἢ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων.*

omnibusque bonis et commodis exornatos esse; huc maxime pertinet, quod infra legitur: *Μέγα δὲ τεκμήριον τούτῳ τῷ λόγῳ ὅτι ἥδε ἔτεκεν ἡ γῆ τοὺς τῶνδέ τε καὶ ἡμετέρους προγόνους· πᾶν γὰρ τὸ τεκὸν τροφὴν ἔχει ἐπιτηδείαν ᾧ ἂν τέκῃ· ᾧ καὶ γυνὴ δήλη τεκοῦσά τε ἀληθῶς καὶ μή, ἀλλ' ὑποβαλλομένη, ἐὰν μὴ ἔχῃ πηγὰς τροφῆς τῷ γενομένῳ· ὃ δὴ καὶ ἡ ἡμετέρα γῆ τε καὶ μήτηρ ἱκανὸν τεκμήριον παρέχεται ὡς ἀνθρώπους γεννησαμένη· μόνη γὰρ ἐν τῷ τότε καὶ πρώτη τροφὴν ἀνθρωπείαν ἤνεγκε τὸν τῶν πυρῶν καὶ κριθῶν καρπόν, ᾧ κάλλιστα καὶ ἄριστα τρέφεται τὸ ἀνθρώπειον γένος, ὡς τῷ ὄντι τοῦτο τὸ ζῷον αὕτη γεννησαμένη* (cum his extremis compares quod Demetrius Phalereus ap. Rutil. Lup. II. 16 dicit: „Nobis primis dii immortales fruges dederunt, nos quod soli accepimus, per omnes terras distribuimus.“ Ita enim legendum, vulgo *primum* editum, cf. etiam Isocrates in Panegyrico 28 T. II. p. 43 ed. Bekk.). Inde etiam eximiam rerum publicarum apud Athenienses formam, iuris maxime aequabilitatem et libertatem repetit, p. 238 E: *Αἰτία δὲ ἡμῖν τῆς πολιτείας ταύτης ἡ ἐξ ἴσου γένεσις· αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πόλεις ἐκ παντοδαπῶν κατεσκευασμέναι ἀνθρώπων εἰσὶ καὶ ἀνωμάλων· ὥστε αὐτῶν ἀνώμαλοι καὶ αἱ πολιτεῖαι, τυραννίδες τε καὶ ὀλιγαρχίαι· οἰκοῦσιν οὖν ἔνιοι μὲν δούλους, οἱ δὲ δεσπότας ἀλλήλους νομίζοντες· ἡμεῖς δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι, μιᾶς μητρὸς πάντες ἀδελφοὶ φύντες, οὐκ ἀξιοῦμεν δοῦλοι οὐδὲ δεσπόται ἀλλήλων εἶναι· ἀλλ' ἡ ἰσογονία ἡμᾶς ἡ κατὰ φύσιν ἰσονομίαν ἀναγκάζει ζητεῖν κατὰ νόμον καὶ μηδενὶ ἄλλῳ ὑπείκειν ἀλλήλοις ἢ ἀρετῆς δόξῃ καὶ φρονήσεως.* et denuo p. 245 D. dicit Athenienses germanos esse Graecos, nulla admixta barbarie, quare illos barbaris infestissimos esse et omnem peregrinitatem repudiare: *Οὕτω δή τοι τό γε τῆς πόλεως γενναῖον καὶ ἐλεύθερον, βέβαιόν τε καὶ ὑγιές ἐστι καὶ φύσει μισοβάρβαρον, διὰ τὸ εἰλικρινῶς εἶναι Ἕλληνας καὶ ἀμιγεῖς βαρβάρων· οὐ γὰρ Πέλοπες, οὐδὲ Κάδμοι, οὐδὲ Αἴγυπτοί τε καὶ Δαναοὶ οὐδὲ ἄλλοι πολλοὶ φύσει μὲν βάρβαροι ὄντες, νόμῳ δὲ Ἕλληνες συνοικοῦσιν ἡμῖν, ἀλλ' αὐτοὶ Ἕλληνες οὐ μιξοβάρβαροι οἰκοῦμεν. ὅθεν καθαρὸν τὸ μῖσος ἐντέτηκε τῇ πόλει τῆς ἀλλοτρίας φύσεως.* Et ipse Pericles in oratione funebri consimili ratione Atheniensium maiores laudibus effert, vid. Thucyd. II. 36: *Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν προγόνων πρῶτον· δίκαιον γὰρ αὐτοῖς καὶ πρέπον δὲ ἅμα ἐν τοιῷδε τὴν τιμὴν ταύτην τῆς μνήμης δίδοσθαι· τὴν γὰρ χώραν ἀεὶ οἱ αὐτοὶ οἰκοῦντες διαδοχῇ τῶν ἐπιγιγνομένων μέχρι τοῦδε ἐλευθέραν δι' ἀρετὴν παρέδοσαν.* Non minus dilucide Lysias in Epitaphio §. 17 docet, quantos animos Athenienses propter hanc germanam quae videbatur originem sumserint: *Πολλὰ μὲν οὖν ὑπῆρχε τοῖς ἡμετέροις προγόνοις μιᾷ γνώμῃ χρωμένοις περὶ τοῦ δικαίου διαμάχεσθαι· ἥ τε γὰρ ἀρχὴ τοῦ βίου δικαία· οὐ γὰρ ὥσπερ οἱ πολλοὶ πανταχόθεν συνειλεγμένοι καὶ ἑτέρους ἐκβαλόντες τὴν ἀλλοτρίαν ᾤκησαν, ἀλλ' αὐτόχθονες ὄντες τὴν αὐτὴν ἐκέκτηντο καὶ μητέρα καὶ πατρίδα.* Huc adde Platonem in Timaeo, qui licet plurima ibi suopte ingenio finxerit, in hac

tamen re antiquam famam et popularem opinionem secutus est: quorsum pertinent, quae ibi p. 24 D. leguntur. Et in Critia p. 109 C: *Ἥφαιστος δὲ κοινὴν καὶ Ἀθηνᾶ φύσιν ἔχοντες, ἅμα μὲν ἀδελφὴν ἐκ ταὐτοῦ πατρός, ἅμα δὲ φιλοσοφίᾳ φιλοτεχνίᾳ τε ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἐλθόντες, οὕτω μίαν ἄμφω λῆξιν τήνδε τὴν χώραν εἰλήχατον, ὡς οἰκείαν καὶ πρόσφορον ἀρετῇ καὶ φρονήσει πεφυκυῖαν· ἄνδρας δὲ ἀγαθοὺς ἐμποιήσαντες αὐτόχθονας, ἐπὶ νοῦν ἔθεσαν τὴν τῆς πολιτείας τάξιν· ὧν τὰ μὲν ὀνόματα σέσωσται κτλ.* Ipse quoque Aristophanes hoc nomine Athenas felices praedicat in Agricolis Fr. VII:


Ὦ πόλι φίλη Κέκροπος, αὐτοφυὲς Ἀττική,
Χαῖρε λιπαρὸν δάπεδον, οὖθαρ ἀγαθῆς χθονός.

Et hac ipsa laude gloriantur germani Athenienses in Vespis v. 1075:

Ἐσμὲν ἡμεῖς, οἷς πρόσεστι τοῦτο τοὐρροπύγιον,
Ἀττικοὶ μόνοι δικαίως εὐγενεῖς αὐτόχθονες,
Ἀνδρικώτατον γένος, καὶ πλεῖστα τήνδε τὴν πόλιν
Ὠφελῆσαν ἐν μάχαισιν, ἡνίκ' ἦλθ' ὁ βάρβαρος.

Isocrates quoque in Panathenaico quantopere haec cogitatio Atheniensium animos erexerit, disertis verbis docet §. 124: *Οὕτω γὰρ ὁσίως καὶ καλῶς καὶ τὰ περὶ τὴν πόλιν καὶ τὰ περὶ σφᾶς αὐτοὺς διῴκησαν, ὥσπερ προσῆκον ἦν τοὺς ἀπὸ θεῶν μὲν γεγονότας, πρώτους δὲ καὶ πόλιν οἰκήσαντας καὶ νόμοις χρωμένους, ἅπαντα δὲ τὸν χρόνον ἠσκηκότας εὐσέβειαν μὲν περὶ τοὺς θεούς, δικαιοσύνην δὲ περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὄντας δὲ μήτε μιγάδας, μήτ' ἐπήλυδας, ἀλλὰ μόνους αὐτόχθονας τῶν Ἑλλήνων, καὶ ταύτην ἔχοντας τὴν χώραν τροφὸν ἐξ ἥσπερ ἔφυσαν, καὶ στέργοντας αὐτὴν ὁμοίως, ὥσπερ οἱ βέλτιστοι τοὺς πατέρας καὶ τὰς μητέρας τὰς αὑτῶν, πρὸς δὲ τούτοις οὕτω θεοφιλεῖς ὄντας κτλ.* Et in Panegyrico §. 24: *Ταύτην γὰρ οἰκοῦμεν οὐχ ἑτέρους ἐκβαλόντες οὐδ' ἐρήμην καταλαβόντες, οὐδ' ἐκ πολλῶν ἐθνῶν μιγάδες συλλεγέντες, ἀλλ' οὕτω καλῶς καὶ γνησίως γεγόναμεν, ὥστ' ἐξ ἧσπερ ἔφυμεν, ταύτην ἔχοντες ἅπαντα τὸν χρόνον διατελοῦμεν, αὐτόχθονες ὄντες καὶ τῶν ὀνομάτων τοῖς αὐτοῖς, οἷσπερ τοὺς οἰκειοτάτους, τὴν πόλιν ἔχοντες προσειπεῖν· μόνοις γὰρ ἡμῖν τῶν Ἑλλήνων τὴν αὐτὴν τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα καλέσαι προσήκει.* Et sic saepe alii quoque oratores antiquitate gentis Atticae superbiunt, vid. Demosthen. de falsa legat. 261. Lycurgus in Leocr. 41 coll. 83. Consentiunt autem etiam alii, Athenienses omnium Graecorum antiquissimos esse neque unquam suis sedibus migravisse, vid. Herodot. VII. 161: *Ἀρχαιότατον μὲν ἔθνος παρεχόμενοι, μοῦνοι δὲ ἐόντες οὐ μετανάσται Ἑλλήνων.* cf. Pausaniam II. 14, 4. Cicero vero, homo levis ex more et consuetudine saeculi sui, quamquam alias patriae caritatem, a qua longissime aberat, ambitiose prae se fert, hanc honestissimam Atheniensium superbiam ridet in Libro III de republ. c. 15: „Praeter Arcadas et Athenienses, qui credo timentes hoc interdictum iustitiae ne quando existeret, commenti sunt se de terra tanquam hos ex arvis musculos extitisse.“ Suo autem iure

Cratinus et eodem pacto ceteri comici poetae aegerrime ferunt, si quis peregrina aut etiam barbara gente oriundus in civitatem Atticam mala fraude se insinuavisset, quoniam intellexerant, nullam pestem rei publicae hac capitaliorem esse: illo vero tempore Athenienses, ut erant erga peregrinos liberalissimi (conferas Periclis orationem funebrem ap. Thucyd. II. 39: *Τήν τε γὰρ πόλιν κοινὴν παρέχομεν, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε ξενηλασίαις ἀπείργομέν τινα ἢ μαθήματος ἢ θεάματος, ὃ μὴ κρυφθὲν ἄν τις τῶν πολεμίων ἰδὼν ὠφεληθείη, πιστεύοντες οὐ ταῖς παρασκευαῖς τὸ πλέον καὶ ἀπάταις ἢ τῷ ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐς τὰ ἔργα εὐψύχῳ*) ita etiam plurimos in civitatem receperant. Iam comici poetae, qui aegerrime tulerunt generis nobilitatem et honestatem peregrinis istis et adventiciis hominibus deturpari, saepissime viris potissimum popularibus peregrinam aut barbaram exprobrant originem: et sic Cratinus quoque hoc loco Pisiam, Osphyonem (fictum hoc nomen) Diitrephem tanquam homines, qui mala fraude usi Atticam civitatem sibi arrogaverint, acerbe notat: iudices enim rerum navalium etiam de iis, qui subdole se insinuavissent civitati, ius dicebant, vide inprimis Meierum et Schoemannum de litt. Att. p. 83. De ipsis illis hominibus quos Cratinus castigat, alio loco dicetur, attigit nonnulla in dissertatione de Aristophanis Avibus et Hermocopidis, quae Museo Rhenano T. III. 2 et IV. 1 inserta est, Gustavus Droysen, vir ingeniosus, qui tamen parum accurate de permultis rebus disputavit multumque erravit et in instituto fabulae illius Aristophaniae explicando, et in gentibus familiisque Atticis diiudicandis, uti in iis, quae de Solonis posteris eorumque cognatis dixit III. 2. p. 196, quae quoniam ad Solonem pertinent atque ipse erravi in iis quae disputavi ad Anacreontem p. 175, in errorem inductus a Platone, quem sane decuit hanc familiam, ad quam ipse genus referebat, melius novisse, stemma subiiciam:



verum haec accuratius persequi instituti terminos excedit.

Nihil autem in posteriore hoc versu:

Πισίαν, Ὀσφύωνα, Διϊτρέφη.

mutandum arbitror, quod visum nonnullis hominibus doctis, praesertim cum vestigia eiusdem metri mihi videor deprehendisse in iis, quae leguntur apud Plutarchum de poetis audiendis c. 7: *Τὸν κωμῳδούμενον ὑπερβάλλει μαστροπείᾳ Πολίαγρον, εὐδαίμων Πολίαγρος οὐράνιον* (alii *οὐρανίαν*, quae est legitima forma), *αἶγα πλουτοφόρον τρέφων.* quae quidem ita constituenda videntur:

Εὐδαίμων Πολίαγρος,

Οὐράνιον αἶγα πλουτοφόρον τρέφων.

illa enim verba *εὐδαίμων Πολίαγρος* extremam partem tetrametri anapaestici efficiunt, sequens versus compositus est e cretico, cuius ultima arsis soluta est, et glyconeo. Sunt autem haec, ut puto, ex Cratini Chironibus, et ex hoc ipso quidem loco, quem tractamus, petita: conferas Photium p. 361, 5: *Οὐρανία αἴξ· ἣ οἱ εὐχόμενοι πάντως ἐπετύγχανον· ἴσως διὰ τὸ τὴν Σελήνην αὐτῇ ἐποχεῖσθαι· Κρατῖνος Χείρωσιν· αἴξ οὐρανία.* Suidas T. I. p. 653 et T. II. p. 740 similia exhibet. Dictum fuit proprie de Amalthea, deinde translatum ad ea omnia, ex quibus quis fructus emolumentaque perciperet. Cratinus autem impudicam uxorem, ex qua Poliagrus quaestum insignem percipiebat, hoc nomine compellavit, ludens simul opinor ambiguitate vocabuli, quod de probrosis mulieribus usurpare soliti erant, transferentes ut videtur a lasciva caprarum natura: itaque Nico meretrix hoc cognomine gavisa est, etsi aliam appellationis originem subtiliorem quam veriorem indicat Macho ap. Athen. XIII. p. 582 E:

Ὁ τοῦ Σοφοκλέους Δημοφῶν ἐρώμενος
Τὴν Αἶγα Νικώ, πρεσβυτέραν οὖσαν, ποτὲ
Νέος ὢν ἔτ' αὐτὸς εἶχεν· ἐπεκαλεῖτο δ' αἴξ,
Ὅτι τὸν μέγαν ποτ' ὄντ' ἐραστὴν κατέφαγεν
Θαλλόν· παρεγενήθη γὰρ εἰς τὴν Ἀττικὴν
Ὠνησόμενος χελιδονείας ἰσχάδας
Ὑμήττιόν τε φορτιούμενος μέλι.

quamquam non nego Athenienses, homines lepidissimos, simul etiam illud, quod Macho vult, spectavisse. Nico vero ista videtur maxime ante initium belli Peloponnesiaci floruisse, quandoquidem illam aetate iam confectam Demophon Sophoclis poetae amasius perhibetur amavisse: Sophocles autem etsi iuvenili et confirmata quoque aetate puerorum amori indulsit, vid. Athen. XIII. p. 603 et 604, senex tamen voluptates istas non amplius desideravit, vid. Plato de Republ. I. p. 329 B. Aeschines Epist. V. p. 476. Cicero de Senectute c. 14 et Valer. Maxim. IV. 3, 2, quamquam componas cum illo Sophocleo dicto, ea quae refert Athenaeus XIII. p. 592 A. et Hermesianax ibid. p. 598 C. Eadem vero Nico antea, florente ut videtur aetate, ab isto Thallo fuit amata, quem una cum filio Stephano commemorare videtur Lysias in oratione de bonis Aristophanis §. 46 tanquam hominem ditissi-

mum: *Στεφάνῳ δὲ τῷ Θαλλοῦ ἐλέγετο εἶναι πλέον ἢ πεντήκοντα ταλάντων, ἀποθανόντος δ' ἡ οὐσία ἐφάνη περὶ ἕνδεκα τάλαντα.* Illud quidem certum videtur hunc Thallum ante bellum Peloponnesiacum vel certe sub initium eius belli Athenas se contulisse: nullo igitur pacto idem potuit etiam Nannii meretricis consuetudine uti, quae multo post vixit. Quamquam Athenaeus XIII. p. 587 A. dicit propter hunc ipsum Thalli amorem Nannium cognomen *Capellae* accepisse: *Ναννίου δὲ Ὑπερίδης μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους· αὕτη δ' ὅτι Αἲξ ἐπεκαλεῖτο προείπομεν διὰ τὸ Θαλλὸν τὸν κάπηλον ἐξαναλῶσαι κτλ.* et similiter Harpocratio p. 130, 13: *Νάννιον· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν Αἶγα λέγεσθαί φησι ταύτην τὴν ἑταίραν διὰ τὸ Θαλλὸν τὸν κάπηλον καταφαγεῖν κτλ.* etsi autem ille etiam Apollodoro teste utitur, mihi tamen uterque in errore videtur versari: arbitror enim illam meretricem Nannium sane Capellam vocatam esse, sed non propterea quod Thallum amatorem habuerit, quod quidem in Niconem cadit: Apollodorum autem, quem et Athenaeus et Harpocratio sequitur, cum reperisset utramque meretricem eodem cognomine notatas esse, temere omnia conturbavisse. Ceterum Niconem eadem appellatione rursus exornat Macho ap. Athenaeum XIII. p. 583 C. et Lynceus p. 584 F. Poliagrum autem illum, quem vexat Cratinus, uxorem habuisse meretricem, cuius opera magnas sibi comparaverit divitias, cognoscimus etiam ex Alciphrone III. 62: *Εἰ μὴ Πολιάγρου τοῦ κυρτοῦ κακώτερός ἐστι τοιαῦτα Λυσικλῆς· ἐκεῖνος γὰρ λύτρα παρὰ τῶν μοιχῶν ἐπὶ τῇ γαμετῇ πραττόμενος ἀθῴους τῆς τιμωρίας ἠφίει.* Sed assiduis comicorum probris et maledictis tandem eo est adactus, ut vitam suspendio finiret, si vera narrat Aelianus Variar. Histor. V. 8: *Σωκράτης μὲν οὖν κωμῳδούμενος ἐγέλα, Πολίαγρος δὲ ἀπήγξατο.* Ceterum iam Boettigerus Praef. Amaltheae T. II. p. 4 suspicatus est illud fragmentum apud Plutarchum Cratino vindicandum esse.

His subiiciam pauca quaedam de incertarum fabularum fragmentis. Et primum quidem illud, quod Zonaras T. II. p. 1366 ex Cratino affert, ita est distinguendum:

Φαίνεσθαι χρυσῆν, κατ' ἀγροὺς δ'
Αὖθις αὖ μολυβδίνην.

quo genere metri usus est Pherecrates in Feris Hominibus et in Crapatalis: quamquam possunt hi articuli versuum etiam in unum coniungi, ut legitimum sit metrum Eupolideum, quo quidem numero iam Cratinus usus est, ut in Effeminatis ap. Athen. XV. p. 685 B:

Παντοίοις γε μὴν κεφαλὴν ἀνθέμοις ἐρέπτομαι,
Λειρίοις, ῥόδοις, κρίνεσιν, κοσμοσανδάλοις, ἴοις κτλ.

Eupolideum appellatum est metrum, quoniam hic poeta praeter ceteros frequentavit, quod vel ipsae comoediarum reliquiae probant. Iam si licet coniecturam quamvis incertam periclitari, dicta sunt haec verba de lucerna (*στίλβη*), quam rusticus aliquis homo in

urbe ab Hyperbolo emisset, quae videretur externa specie aurea esse, sed esset plumbea. Hyperbolus enim, ut quam maximas divitias corraderet, hac fraude usus erat, ut plumbum admisceret, quo lucernarum pondus augeretur: vid. Aristophanes in Nubibus v. 1065:

Ὑπέρβολος δ' ἐκ τῶν λύχνων πλεῖν ἢ τάλαντα πολλὰ
Εἴληφε διὰ πονηρίαν, ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ μάχαιραν.

ubi in scholiis haec leguntur: *Οὗτος λυχνοποιὸς ὢν πάνυ πανοῦργος ἦν· οὐ γὰρ χαλκῷ μόνον ἐχρῆτο πρὸς τὴν τῶν λύχνων κατασκευήν, ἀλλὰ καὶ μόλιβδον ἐνετίθει, ἵνα πολὺ βάρος ἔχοντες πλείονος ἄξιοι ὦσιν· καὶ οὕτως ἐξηπάτα τοὺς πριαμένους.* Similem fraudulentiam non dissimili ratione in Cleone Aristophanes reprehendit Equitt. v. 315:

Εἰ δὲ μὴ σύ γ' οἶσθα κάττυμ', οὐδ' ἐγὼ χορδεύματα·
Ὅστις ὑποτέμνων ἐπώλεις δέρμα μοχθηροῦ βοὸς
Τοῖς ἀγροίκοισιν πανούργως; ὥστε φαίνεσθαι παχὺ
Καὶ πρὶν ἡμέραν φορῆσαι μεῖζον ἦν δυοῖν δοχμαῖν.
NIK. Νὴ Δί, κἀμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταὐτόν, ὥστε καὶ γέλων
Πάμπολυν τοῖς δημόταισι καὶ φίλοις παρασχεθεῖν.
Πρὶν γὰρ εἶναι Περγασῆσιν, ἔνεον ἐν ταῖς ἐμβάσιν.

ubi, quod praeteriens addo, Scholiasta in verbo *δημόταισι* explicando admodum nugatur: intelligendi sunt Pergasenses, ex quo pago erat Nicias, vid. Heraclides Ponticus ap. Athen. XII. p. 537 C: *Τὸν δὲ Νικίου φησὶ τοῦ Περγασῆθεν πλοῦτον ἢ τὸν Ἰσχομάχου τίνες ἀπώλεσαν.* Ceterum Cratinus Hyperbolum etiam in Pytine attigit, vid. Schol. Aristoph. Pac. 691:

Ὑπέρβολον δ' ἀποσβέσας ἐν τοῖς λύχνοισι γράψον.

et in Horis, vid. Scholiast. Luciani Timon. c. 30.

In illo fragmento, quod servavit Athenaeus I. p. 8 A: *Τὸν γοῦν γλίσχρον Ἰσχόμαχον Κρατῖνος Μυκόνιον καλεῖ. Πῶς ἂν Ἰσχομάχου γεγονὼς Μυκονίου φιλόδωρος ἂν εἴης;* Meinekius ad Menandrum p. 8 versus iambicos sibi reperisse visus est, sed numeri prorsus sunt diversi: ego quidem haec ita corrigenda arbitror:

Πῶς γὰρ ἂν Ἰσχομάχου γεγονὼς τοῦ
Μυκονίου φιλόδωρος ἂν εἴης;

Μυκονίου enim prima syllaba producta poeta videtur dixisse, quandoquidem aliter huic numero non potuit adaptare. Ischomachus ille, homo ditissimus, duos habuit filios, qui quidem ad paupertatem videntur redacti esse: alterutrum ex his alloquitur aliquis apud Cratinum: cf. de his Lysias pro bonis Aristophanis §. 45: *Αὐτίκα Ἰσχομάχῳ, ἕως ἔζη, πάντες ᾤοντο εἶναι πλέον ἢ ἑβδομήκοντα τάλαντα, ὡς ἐγὼ ἀκούω· ἐνειμάσθην δὲ τὼ υἱέε οὐδὲ δέκα τάλαντα ἑκατέρω ἀποθανόντος.* Ischomachi ingentem rem familiarem imminutam esse etiam Heraclides Ponticus ap. Athen. XII. p. 537 C. memoriae prodidit: *Τὸν δὲ Νικίου φησὶ τοῦ Περγασῆθεν πλοῦτον ἢ τὸν Ἰσχομάχου τίνες ἀπώλεσαν; οὐκ Αὐτοκλῆς καὶ Ἐπικλῆς,*

οἱ μετ' ἀλλήλων ζῆν προελόμενοι καὶ πάντ' ἐν ἐλάττονι ποιούμενοι τῆς ἡδονῆς; Ἐπειδὴ δὲ πάντα κατανάλωσαν κώνειον πιόντες ἅμα τὸν βίον ἐτελεύτησαν; qui quidem locus vitio aliquo laborat. Sane Nicias divitiis opibusque abundabat, eiusque posteri paene ad paupertatem redacti, vid. Lysias de bonis Aristoph. 47: *Ὁ τοίνυν Νικίου οἶκος προσεδοκᾶτο εἶναι οὐκ ἔλαττον ἢ ἑκατὸν ταλάντων καὶ τούτων τὰ πολλὰ ἔνδον ἦν· Νικήρατος δ' ὅτ' ἀπέθνησκεν, ἀργύριον μὲν ἢ χρυσίον οὐδ' αὐτὸς ἔφη καταλιπεῖν οὐδέν, ἀλλὰ τὴν οὐσίαν, ἣν κατέλιπεν τῷ υἱεῖ, οὐ πλείονος ἀξία ἐστὶν ἢ τεττάρων καὶ δέκα ταλάντων.**) at Nicias filium habuit Niceratum, nepotem, qui etiam a Lysia de bonis Niciae §. 10 commemoratur, Niciam vocatum, ut suspicatus sum supra: hic vero, quantum quidem ex orationis conformatione licet coniicere, Autocles, filius vel certe unus ex posteris Niciae diceretur magnas illas divitias disturbavisse. Neque vero licet existimare Autoclem et Epiclem Ischomachi esse filios, nam scriptor aut utriusque filios aut neutrius debebat commemorare: itaque sic statuo, Heraclidem, cum notum esset omnibus, quo pacto Niciae et Ischomachi divitiae essent pessumdatae, de his nihil dixisse nisi hoc: *Τὸν δὲ Νικίου τοῦ Περγασῆθεν πλοῦτον ἢ τὸν Ἰσχομάχου τίνες ἀπώλεσαν;* satis autem ex instituto illius loci apparebat, posteros horum virorum opes luxuria nimia vitaque libidinosa attrivisse: deinde vero exemplo Autoclis et Epiclis utitur, qui divitias maximas a maioribus partas turpiter dissipaverint: *Οὐκ Αὐτοκλῆς καὶ Ἐπικλῆς, οἱ μετ' ἀλλήλων ζῆν προελόμενοι καὶ πάντ' ἐν ἐλάττονι ποιούμενοι τῆς ἡδονῆς, ἐπειδὴ πάντα κατανάλωσαν, κώνειον πιόντες ἅμα τὸν βίον ἐτελεύτησαν;* ita enim haec conformanda sunt. Autoclem istum fortasse Theophilus ap. Athen. XI. p. 472 D. attigit:

Τετρακότυλον δὲ κύλικα κεραμέαν τινὰ
Τῶν Θηρικλείων πῶς δοκεῖς κεραννύει

---

*) Niceratum divitem vulgo habitum esse et ob id ipsum triginta viris suspectum fuisse docet Xenoph. Hellen. II. 3, 39, ubi Theramenes dicit: *Ἐγίγνωσκον δὲ ὅτι ξυλλαμβανομένου Νικηράτου τοῦ Νικίου καὶ πλουσίου καὶ οὐδὲν πώποτε δημοτικὸν οὔτε αὐτοῦ οὔτε τοῦ πατρὸς πράξαντος, οἱ τούτῳ ὅμοιοι δυσμενεῖς ὑμῖν γενήσονται.* et Diodorus Sic. XIV. 5: *Ἀνεῖλον δὲ καὶ Νικήρατον τὸν Νικίου τοῦ στρατηγήσαντος ἐπὶ Συρακουσίους υἱόν, ἄνδρα πρὸς ἅπαντας ἐπιεικῆ καὶ φιλάνθρωπον, πλούτῳ δὲ καὶ δόξῃ σχεδὸν πρῶτον πάντων Ἀθηναίων.* Et ipse Lysias adversus Poliochum 6 indicat non sane pauperem fuisse Niceratum: *Καὶ οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον Νικήρατος, ἀνεψιὸς ὢν ἐμὸς καὶ υἱὸς Νικίου, εὔνους ὢν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει, συλληφθεὶς ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀπέθανεν, οὔτε γένει, οὔτε οὐσίᾳ οὔτε ἡλικίᾳ δοκῶν ἀνάξιος εἶναι τῆς πολιτείας μετασχεῖν.* Triginta autem virorum dominatione sublata, popularique imperio restituto, bona quae Niceratus et Eucrates Niciae frater reliquerant, auctore Poliocho publicata sunt: hunc autem Poliocho actionem intendit Eucratis filius, cui Lysias istam orationem suppeditavit: sed iudicii quis fuerit eventus, ignoramus, ita ut non improbabile sit, ingentes huius familiae opes iam ante attritas isto iudicio penitus perditus esse.

Καλῶς, ἄφρῳ ζέουσαν· οὐδ' ἂν Αὐτοκλῆς
Οὕτως μὰ τὴν γῆν εὐρύθμως τῇ δεξιᾷ
Ἆρας ἐνώμα.

Nescio an idem sit Autocles quem accusavit Hyperides, vid. Harpocrat. p. 85, 14. 88, 17. 108, 16. 127, 29. 154, 16 et 170, 14. eiusdem etiam in Epiclem fuit oratio, vid. Harpocr. p. 51, 3 et 56, 18.

Ex Cratini comoediis a veteribus grammaticis non pauca vocabula afferuntur, quae cave temere spernas aut negligas: sane si quis haec singula consideret, res non ita magni momenti videbitur, at si in unum haec omnia coniunxeris et sub iudicium vocaveris, tum optime cognosces, quo dicendi genere usus sit Cratinus. Hic enim poeta sicuti comoediam iacentem antea et contemtam primus instauravit, ita etiam sermonem rei novitati accommodatum reperit. Iam quemadmodum in eius animo magnitudo quaedam et summa gravitas conspicua est, ita etiam oratio sublimitate et dignitate insignis est, et quamvis poeta utatur sermone a quotidiana consuetudine non nimis alieno, quem quidem comoediae ratio flagitat, ei tamen splendorem quendam et varietatem iucundam conciliavit, quae popularium ingenio prorsus fuerat accommodata, ita ut etiam ab antiquis grammaticis purae politaeque orationis gravissimus auctor sit habitus. Et Phrynichus quidem saepissime Cratini testimonio usus est, vid. Praepar. sophist. ap. Bekk. Anecdot. T. I. p. 3, 25: *Ἀνελκταῖς ὀφρύσι σεμνόν· Ἀττικῶς αὐτὸ καὶ σεμνῶς Κρατῖνος εἶπεν,* ibid. 7, 9. 8, 6: *οἱ μέντοι Ἀττικοὶ τὴν ἀρρωστίαν ἐπὶ τοῦ μὴ προθυμεῖσθαι μηδὲ ὁρμᾶν πρᾶξαι τιθέασιν· τὸ γὰρ ἀντικείμενον τῇ τοιαύτῃ ἀρρωστίᾳ Κρατῖνος εἶπεν ἐρρῶσθαι, οἷον προθυμεῖσθαι.* cf. ibid. 13, 6 et 20, 28. 29. 39, 10. 42, 21. 51, 26 et in Eclogis p. 110 ed. Lobeck p. 136. 258. 360. 433 idem p. 145 Cratinum cum reliquis antiquae comoediae auctoribus componit: *Ζωρότερον ὁ ποιητής, σὺ δὲ λέγε εὔζωρον κέρασον καὶ εὐζωρότερον· ὡς Ἀριστοφάνης καὶ Κρατῖνος καὶ Εὔπολις.* ubi quod praeteriens moneo, Phrynichus praeter alios Aristophanis locos videtur eum spectavisse, qui est in Ecclesiaz. v. 136:

Ἰδού γε σοι πίνουσι. ΓΥ. Νὴ τὴν Ἄρτεμιν,
Καὶ ταῦτά γ' εὔζωρον.

et ibid. v. 227:

Τὸν οἶνον εὔζωρον φιλοῦσ' ὥσπερ πρὸ τοῦ.

At vero hic quidem versus aequabilitatem orationis valde perturbat, nam et septem versus, qui praecedunt et is qui sequitur cadunt omnes in — *ουσιν ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ,* quod ut hoc quoque loco restituatur flagitat lex concinnitatis, corrigendum igitur arbitror:

Τὸν εὔζορον φιλοῦσιν ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ.

Hanc orationis constantiam ut servaret, ausus est poeta vel contra consuetudinem formam *εὔζορον* novare, si quidem novavit: nam simillimam formam notavit Hesychius: *Ζωροτέρα· ἀκρατεστέρα·* ibi vero ex cod. Veneto flagitante etiam litterarum ordine resti-

tuenda est germana lectio *Ζορωτέρα· ἀκρατεστέρα.* Atticus enim aliquis poeta sic dixerat, eadem numeri necessitate coactus, ut insolenti illa forma uteretur: *τὸν εὔζορον* autem apud Aristophanem facile sine substantivo (*οἶνον*) dici potuit, quandoquidem etiam in populari illa cantilena, quae Athenis in Thargeliis canebatur, dictum erat:

Καὶ κύλικ' εὐζώρου, ὡς ἂν μεθύουσα καθεύδῃς.

vid. supra p. 41. — Porro Photius p. 254, 3: *Μελάγχρως καὶ μελάγχρης· ἀμφότερα Ἀττικά· μᾶλλον δὲ διὰ τοῦ η· Κρατῖνος.* nam videtur posterioris formae testem Cratinum adhibere: et sane Attici frequentius *μελαγχρὴς* quam *μελάγχρως* dixerunt, Eupolis ap. Schol. Homer. Odyss. II. 157. Poliochus ap. Athenaeum II. p. 60 B:

Μικρὰν μελαγχρῆ μᾶζαν ἠχυρωμένην.

et Antiphanes ibid. IV. p. 161 A:

Μάζης μελαγχρῆ μερίδα λαμβάνων λέπει.

Reperiuntur tamen etiam in Cratino, quae grammatici ab Atticorum usu et consuetudine recedere arbitrantur, vid. Phrynichus Bekkeri T. I. p. 13, 13: *Ἀπονυχίζεσθαι καὶ ὀνυχίζεσθαι Ἀττικῶς διαφέρει — Κρατῖνος μέντοι τὸ ὠνυχισμένον ἐπὶ τοῦ τετμημένου τοὺς ὄνυχας τέθεικεν.* Eiusmodi est etiam illud, quod Photius affert p. 90, 23: *Θηλάστριαν· ἣν θηλάσεταί τις· ἰδίως· οὕτως Κρατῖνος.* Scribendum *θηλάζεταί τις· Ἰακῶς.* media enim forma etiam usitatior, quam activa praecipue significatione intransitiva; Ionicis autem maxime usitata illa vox, id quod docet Hesychius: *Θηλάστρια· τροφός· ἔστι δὲ Ἰακόν. Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρῳ.* Et sic verbum quoque *θηλάζειν* potissimum ab Ionibus est frequentatum, vid. Photius: *Θηλάζειν· τὸ τρέφειν τῷ γάλακτι· οἱ ἀρχαῖοι πάντες· καὶ μάλιστα οἱ Ἴωνες.* Sed praeter Cratinum et Sophoclem dixit etiam Eupolis, vid. Pollux VII. 50: *Τὴν δὲ θηλάζουσαν Εὔπολις τίτθην θηλάστριαν ὠνόμασεν.* Sed non mirum est in Cratino multa a vulgari consuetudine recedentia reperiri: nam sicut in argumentis tractandis magna audacia versatus est, id quod Persius quoque Satyr. I. 124 indicat:

Audaci quicunque afflate Cratino
Iratum Eupolidem praegrandi cum sene palles,
Adspice et haec, si forte aliquid decoctius audes.

ita etiam in verborum formis significationibusque novandis maxima libertate usus est: ita videtur *βαδίζου* dixisse, vid. Suidas T. I. p. 419: *Βάδιζε καὶ βαδίζου, ἀντὶ τοῦ βάδιζε. Κρατῖνος:* medium enim verbum *βαδίζεσθαι*, qui praeter Cratinum dixerit, novi neminem, sed futuri media tantum forma *βαδιοῦμαι* fuit in usu. Et *Ἀδώνιος* qui ante Cratinum dixerit, ignoro, postea multi eadem forma usi sunt, vid. Anecdot. Bekk. T. I. p. 346, 1: *Ἀδώνιος Φερεκράτης εἶπεν ἀντὶ τοῦ Ἀδώνιδος· λέγει δὲ τὴν αἰτιατικὴν Ἀδώνιον· οὕτω δὲ καὶ Πλάτων καὶ Κρατῖνος, ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης καὶ ἕτεροι· λέγουσι δὲ καὶ Ἄδωνιν αὐτὸν πολλάκις.* videtur enim Cratinus primus propter numerum hanc insolentiorem

formam ascivisse, quae postea etiam a scriptoribus pedestris orationis recepta est, Plutarch. Erotico c. 13 *Ἀδώνιοι* scribendum est pro *Ἀδωναῖοι*, vid. ibi Winckelm. p. 155. Nec minus multa novavit in significatione verborum; eiusmodi est, quod Suidas T. I. p. 452 affert: *Βῶσον, βοήθησον· Κρατῖνος*, ubi praeterea ionicam formam animadvertas, si tamen Suidas satis recte illum Cratini versum intellexit. Prorsus singulare est, quod Grammaticus Bekkeri T. I. p. 337, 15 tradit: *Ἄγιος· ὁ σεβάσμιος· καὶ ἅγιον τὸ σεβάσμιον καὶ τίμιον· λέγοιτο δ' ἂν καὶ ἅγιος ὁ μιαρὸς ἀπὸ τοῦ ἄγους, ὡς Κρατῖνος.* Alias vero antiquos secutus videtur auctores, uti docet illud quod Suidas habet T. I. p. 170: *Ἄναλτον· Ὅμηρος καὶ Κρατῖνος ἀντὶ τοῦ ἀπλήρωτον· Δείναρχος δὲ ἀντὶ τοῦ χωρὶς ἁλῶν.* Nam ut Homerus dixit Odyss. XVII. 227:

Ἀλλὰ πτώσσων κατὰ δῆμον
Βούλεται αἰτίζων βόσκειν ἣν γαστέρ' ἄναλτον.

et rursus XVIII. 116:

Ὃς τοῦτον τὸν ἄναλτον ἀλητεύειν ἀπέπαυσας.

adde ibid. v. 366, ita etiam Cratinus hac voce, quae ab Attici sermonis consuetudine prorsus abhorret, sic usus videtur, ut unum ex his versibus Homeri vel integrum vel immutatum suo proposito accommodaret. Ex populari autem sermone petivisse videtur illud, quod Pollux V. 68 affert: *Διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ δασύποδα τὸν λάγων ἄλλοι τε καὶ Κρατῖνος καλεῖν, ὄνομα ποιούμενοι τῷ ζῴω τὴν φύσιν.* Cratinus enim leporem sic simpliciter *δασύποδα* vocavit, ut Alcaeus in Callisto ap. Athen. IX. p. 399 F:

Κορίαννον ἵνα τί λεπτόν; Ἵνα τοὺς δασύποδας,
Οὓς ἂν λάβωμεν, ἁλσὶ διαπάττειν ἔχῃς.

Et Nausicrates in Perside ibid.:

Ἐν τῇ γὰρ Ἀττικῇ τίς εἶδε πώποτε
Λέοντας, ἢ τοιοῦτον ἕτερον θηρίον;
Οὗ δασύποδ' εὑρεῖν ἐστιν οὐχὶ ῥᾴδιον.

Et Ephippus in Obeliaphoris ap. Athen. VIII. p. 359 B:

Δασύπους ἂν ἐπέλθῃ τὶς φέρε.

Nicostratus ibid. II. 65 D:

Μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ καθαρείως, δασύποδα
Ἐὰν περιτύχῃς, ἀγόρασον καὶ νηττία.

Diphilus ibid. VIII. p. 401 A:

Χελιδόνειος ὁ δασύπους, γλυκεῖα δ' ἡ μίμαρκυς.

Alia vero vocabula non pauca Cratinus ingeniose novavit, qualia sunt ut opinor *αἱμυλόφρων* et *αἱμυλοπλόκος*, vid. Grammatic. Bekkeri T. I. p. 363, 1 seqq. et *ἄνοργος*, ibid. p. 406, 11 et fortasse *ἀρρενώπας*, vid. Eustath. ad Odyss. VII. p. 1571, 46: *Οὕπερ ἀνάπαλιν ἔχοι ἂν ὁ παρὰ τῷ Κρατίνῳ ἀρρενώπας· τὰ μὲν ἄλλα γύννις ὢν ἔχων δέ τι ἀνδρόμορφον· οἱ δὲ τοιοῦτοι καὶ ἀνδρόγυνοι λέγονται:* quod si recte Eustathius interpretatur, comicus virum effeminatum, qui nisi vultu virum non referebat, *ἀρρενώπαν* dixit: nescio tamen an forte ita mulierem appellaverit, uti Lucianus

quoque in Fugitivis 27. In mulieres autem Cratinus alia quoque satis lepida dixit, uti illud quod est apud Hesychium: *Ἀνεξικώμη, ἧς οὐκ (ἂν) ἀνάσχοιτο ὅλη κώμη*: nam si recte expedio, ita vocavit mulierem, quae vel totius pagi impetum et convicia sustineat. Et voracem sive virum sive feminam lepide *γαστροχάρυβδιν* dixit, vid. Phrynich. Bekkeri T. I. p. 33, 18: *Γαστροχάρυβδις ἐπὶ τῶν κατεσθιόντων Κρατῖνος εἶπεν.* Compares Hipponactis versus apud Athenaeum XV. p. 698 B:

Μοῦσά μοι Εὐρυμεδοντιάδεα, τὴν ποντοχάρυβδιν,
Τὴν ἐγγαστριμάχαιραν, ὃς ἐσθίει οὐ κατὰ κόσμον,
Ἔννεφ', ὅπως ψηφῖδι κακῇ κακὸν οἶτον ὄληται,
Βουλῇ δημοσίῃ παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.

adde Aristophanem in Equit. v. 247:

Παῖε παῖε τὸν πανοῦργον καὶ ταραξιππόστρατον
Καὶ τελώνην καὶ φάραγγα καὶ Χάρυβδιν ἁρπαγῆς.

ubi nescio an *φάρυγγα* corrigendum sit. Similiter Pherecrates *ἐκχαρυβδίζειν* dixit in Crapatalis apud Athen. XI. p. 485 D:

Τῶν θεατῶν δ', οἷς τισι δίψ'
Ἦι, λεπαστὴν λαψαμένοις
Μεστὴν ἐκχαρυβδίσαι.

Cratinus autem talia multa videtur novavisse, ex quibus pauca quaedam servavit Phrynichus, saepe non adiecto poetae nomine. Ita Cratini esse videtur, quod legitur p. 58, 33: *Ποντοφάρυξ· εἴ τις βούλοιτο σκώπτειν τινὰ ἄπληστον καὶ φάγον, ὅτι ἡ φάρυξ διὰ τὸ μέγεθος πελάγει ἔοικεν.* Et fortasse ex eodem hoc poeta petitum est quod legitur ibid. p. 61, 1: *Ποντοχύκη γυνή, ἡ οὕτω πανοῦργος, ὡς καὶ τὴν θάλατταν κυκᾶν· ὡς πηξιθάλαττα, ἡ τὴν θάλασσαν πῆξαι δυναμένη, ἥκιστα πηγνυμένην· καὶ ἐπὶ ἄρρενος τὸ ὅμοιον ἐρεῖς.* Et fictum nomen est, quod ex Cratino profert Hesychius: *Δεξώ· ὁ Κρατῖνος ὠνοματοποίησεν ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι δῶρα*: notavit enim virum aliquem popularem, qui donis se corrumpi pateretur: prorsus germana sunt illa nomina *Δωρώ* et *Ἐμβλεπώ*, vide supra p. 69. Fictum vocabulum est *βαδισματίας* apud Pollucem III. 92: *Βαδιστικὸς παρὰ Ἀριστοφάνει, παρὰ δὲ Κρατίνῳ βαδισματίας*: sic recte cod. Iungerm. et Voss., vulgo *βάδισμα*. eiusmodi autem vocabula plurima apud comicos reperiuntur. Novavit vero Cratinus etiam illud *πισσοκωνίας Ἄρης*, ita enim corrigo quod legitur apud Scholiast. Homeri Il. Σ. 521: *Ἡ ἀξίνη συστέλλει τὸ α, παρά τε τὸ ἀρῶ καὶ ἀρῶμαι ἐκτείνομεν ὄνομα Ἄρην, πισσοκωνίας Ἄρην· Κρατῖνος.* ipsum enim Mavortem *πισσοκωνίαν* vocavit, significans supplicium eorum, qui pice obliti comburantur: cf. Hesychius: *Πισσοκωνίας· Ἡρόδοτος Πισσοκωνίαν εἶπεν διὰ τὸ τὰ πρόβατα πίσσῃ χρίεσθαι.* ubi aut corrigas *Ἡρόδωρος*, qui et alias Cratinea vocabula interpretatus est, vide supra p. 65, aut si forte hoc dubium sit, *Ζηνόδοτος*, quamquam de Zenodoto Cratini interprete nihil inaudivi.

Et nescio an Cratinus primus dixerit *ἐπιλησμονή*, vulgo quidem apud Scholiastam Aristoph. Nub. v. 788 legitur: *Ἐπιλησμότατον· ἔδει εἰπεῖν ἐπιλησμονέστατον· Ἄλεξις δὲ ἐπιλήσμη φησίν, Κρατῖνος δὲ ἐπιλησμοσύνη.* Ita in edit. Bekkeri legitur, atque eodem modo ap. Suidam T. I. p. 819, sed vulgo edebatur: *ἡ λέξις δὲ ἐπιλήσμη, φησὶ δὲ Κρατῖνος ἐπιλήσμονι.* Itaque puto scribendum *ἐπιλησμονή.* Audacter sane novatum est, quod Hesychius affert: *Ἐκκεχοιριλωμένη· οὐ Χοιρίλου οὖσα· Ἐκφαντίδῃ γὰρ τῷ κωμικῷ Χοιρίλος θεράπων ἦν, ὃς συνεποιεῖτο κωμῳδίας.* Casaubonus Animadv. ad Athen. p. 183 scribendum putavit: *ὡς Χοιρίλου οὖσα* vel *τοῦ Χοιρ. οὖσα.* rectius Naekius ad Choeril. p. 56 ita explicat, ut praepositio *ἐκ* vim habeat privandi. Scribendum autem puto: *ἐκκεχοιριλωμένη· οὐ Χοιρίλου Μοῦσα.* dixerat enim comicus in parabasi, se in medium proferre Musam sive fabulam, in qua nihil sit Choerileum, quae nihil contineat commune cum Ecphantide et Choerilo, qui frigida et iocularia quaedam exhibeant in fabulis. Ad Cratinum autem potissimum hanc glossam retuli, quoniam Cratinum inter et Ecphantidem acerrimum intercessit odium: et aperte etiam alius Choerili et Ecphantidis necessitudinem perstrinxit, vid. Hesychius: *Χοιρίλον Ἐκφαντίδου· Κρατῖνος· τὸν Ἐκφαντίδου οὕτως εἶπεν αὐτὸν τὸν Χοιρίλον.* Item novatum est a Cratino, ut Ionum libidinosam vitam notaret, quod est apud Photium p. 119, 16: *Ἰωνόκυσος· κατεαγώς· οὕτως Κρατῖνος.* Coniiciat fortasse aliquis *ἰωνόκυσθος* scribendum esse, sed alterum quoque fuit usitatum, vid. Eustathius ad Il. IX. p. 746, 17: et Hesychius: *Κυσός· ἡ πυγὴ ἢ γυναικεῖον αἰδοῖον:* hinc apud eundem: *Κυσιᾷ· πασχητιᾷ* et *Κυσοδακνιᾷ· ψωριᾷ* et *Κυσονίπται· πόρνοι, ἀπὸ τοῦ παρακολουθῶντος.* et *Κυσοχήνη· εἶδος δεσμοῦ· οἱ δὲ εὐρυπρωκτίαν, οἱ δὲ ξύλον ἕν, ἐν ᾧ ἁμαρτάνουσαι αἱ πόρναι ἐδεσμεύοντο.* et *Κυσολάκων· Ἀρίσταρχος φησὶ τὸν Κλεινίαν οὕτω λέγεσθαι, τῷ κυσῷ λακωνίζοντα· τὸ δὲ τοῖς παιδικοῖς χρήσασθαι Λακωνίζειν ἔλεγον.* et *Κυσοβάκχαρις· ἤτοι τὸν κυσὸν ἢ τῷ κυσῷ μυριζόμενος.* Quae omnia ex antiqua comoedia sunt petita. Adde Photium p. 192, 10: *Κυσινόχωλος καὶ ἐγκυσινόχωλος· ὁ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν κυσὸν τόπου χωλός.* ubi corrigendum *κυσόχωλος* et *ἐγκυσόχωλος.* — Novum videtur vocabulum, quod affert Photius p. 248, 14: *Μᾶσμα· μάστευμα, ζήτημα· οὕτω Κρατῖνος.* uti illud quod Hesychius servavit: *Ἐλλόπιδας· ἡ λέξις παρὰ Κρατίνῳ· γέγονε δὲ παρὰ τοὺς Ἕλλους καὶ λέγει κοινῶς τοὺς νέβρους καὶ τοὺς στρουθοὺς ἢ νεοττοὺς ὄφεως· ἀπὸ τοῦ ἄλλεσθαι.* Sed si auctori Etymol. Magni fides habenda est, non potest ista lectio probari: is enim hunc ipsum locum respiciens germanam opinor servavit formam p. 331, 53: *Ἐλλόποδες*, ait, *καὶ ἐλλοί· οἱ στρουθοὶ καὶ οἱ νεβροί· ἀπὸ τοῦ ἄλλεσθαι· καὶ ἐλλοφόνος ἡ Ἄρτεμις, ἡ τοὺς ἔλλους φονεύουσα, ὅ ἐστι τοὺς ἐλάφους· κυνηγετικὴ γάρ ἐστιν· ἐλλὸς δὲ ἡ ἔλαφος ὑποκοριστικῶς ἀπὸ τοῦ ἔλαφος ἢ ὁ ἐν ἕλει τὰς διατριβὰς ἔχων.* Fortasse apud ipsum Cratinum de lectione ambigebatur: id

autem quod habet auctor Etymol. M. non satis recte dicitur nisi hac sententia, *qui habent cervorum pedes, cervos celeritate aequiparant.* Hesychii autem vocabulum fuerit ab ἔλλοψ repetendum ut *pisciculi, parvi serpentes* notentur: de verbo ἔλλοψ et ἐλλὸς conferas praeter alios Athenaeum VII. p. 277 C, ubi hoc adiicio, corruptos esse Eumeli ex Titanomachia versus, qui ibi sic leguntur:

Ἐν δ' αὐτῇ πλωτοὶ χρυσώπιδες ἰχθύες ἔλλοὶ
Νήχοντες παίζουσι δι' ὕδατος ἀμβροσίοιο.

nam neque activa forma νήχειν usitata est, neque tempus praesens convenit epico sermoni, qui quoniam in rerum praeteritarum enarratione versatur, etiam praeterito tempori adstrictus tenetur; restituas igitur:

Παίζοντες νήχοντο δι' ὕδατος ἀμβροσίοιο.

Descripsit autem Eumelus clypeum eximium, qui ad similitudinem Herculei vel Achillei accedebat: pisces enim in mari magno huc illuc natantes repraesentati erant in orbe clypei: ad eundemque locum pertinet etiam alius versus ex hoc carmine apud Athenaeum I. p. 22 C:

Μέσσοισιν δ' ὠρχεῖτο πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

ubi poeta ipsum Iovem ad Musarum vel Apollinis cantum in coetu deorum saltantem finxit. Vix autem dici potest, quantopere posterioris aevi poetae in armis insignibus describendis sibi placuerint, id quod etiam medio aevo nostris accidisse poetis animadvertimus, qui quacunque oblata facultate virorum fortium arma collaudant et accurate depingunt. Sed ut ad Cratinum revertar, quem dixi multa in sermone novavisse, pauca quaedam exempla subiungam, maxime quae labe aliqua aut depravatione videntur affecta esse, ex quo numero est, quod legitur apud Scholiastam Homeri Il. XVI. 428: *Ἀγκυλοχεῖλαι· παρασύνθετον ἐκ τοῦ ἀγκυλόχειλος· ἢ ὡς τὸ δεδόκεται παρὰ Κρατίνῳ.* Interpres ille de accentu potissimum et declinatione disserere videtur, hinc ἀγκυλοχείλης dicit verbum parasyntheton esse ex ἀγκυλόχειλος: (de parasynthetorum natura disserit Apollonius de syntaxi p. 330 ed. Bekker.) comparat autem cum illo exemplo Cratini verbum prorsus corruptum, pro quo scribendum arbitror δωδεκέται, quod potuit componi cum illo ἀγκυλοχεῖλαι, exspectaverant enim grammatici δωδεκαετεῖς dici: vid. Choeroboscus apud Bekker. T. III. p. 1375: *Ἔτος· τὰ παρὰ τὸ ἔτος παρ' ἡμῖν μὲν ὀξύνονται, παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις βαρύνονται· οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι διέτης, τριέτης, ἑξαέτης λέγουσι βαρυτόνως — οὐ μόνον δὲ περὶ τὸν τόνον πταίουσιν οἱ Ἀττικοὶ τοῖς περὶ τὸ ἔτος βαρυτόνως αὐτά, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν κλίσιν· οἷον δωδεκαέται γὰρ λέγουσι τὴν εὐθεῖαν τῶν πληθυντικῶν, ἀπὸ ἰσοσυλλάβου κλίσεως ποιούμενοι αὐτήν, ὥσπερ ὁ οἰκέτης τοῦ οἰκέτου οἱ οἰκέται, ὀφείλοντες εἰπεῖν οἱ Δωδεκαετεῖς, ὥσπερ οἱ Δημοσθένεις.* Ceterum illud ἀγκυλοχείλης in mentem revocat oraculum apud Aristoph. in Eqq. v. 198:

Ἀλλ' ὁπόταν μάρψῃ βυρσαίετος ἀγκυλοχείλης.
quod Demosthenes infra ipse interpretatur v. 204:
ΑΛΛ. Τί δ' ἀγκυλοχείλης ἐστίν; ΔΗ. Αὐτό που λέγει,
Ὅτι ἀγκύλαις ταῖς χερσὶν ἁρπάζων φέρει.
Attendas illud *ἀγκύλαις ταῖς χερσίν*, ex quo satis superque apparet utroque loco restituendum esse *ἀγκυλοχήλης*. et nescio an etiam apud Homerum in Od. XIX. 538 corrigendum sit:
Ἐλθὼν δ' ἐξ ὄρεος μέγας αἰετὸς ἀγκυλοχήλης.
Sed *αἰγύπιοι γαμψώνυχες ἀγκυλοχεῖλαι* rectissime legitur etiam Odyss. XXII. 302 et Hesiod. Scut. Herc. 405. — Item corruptum videtur, quod legitur apud Grammaticum Bekkeri T. I. p. 410, 31: *Ἀνταναγνῶναι· οὐκ ἀντιβάλλειν· οὕτω Κρατῖνος.* eadem Phrynichus ibid. p. 27, 10: *Ἀνταναγνῶναι· χρήσιμον· οὐκ ἀντιβαλεῖν οὐδ' ἀντεξετάσαι.* Miro modo apud utrumque grammaticum negatio explicationi praemissa est: credo igitur Cratinum *ἀναντανάγνῶναι* scripsisse. Item corrigendum est quod legitur apud eundem Grammaticum p. 430, 3: *Ἀποκριπάμενος· ἀποσεισάμενος· οὕτω Κρατῖνος.* scribendum *ἀποκρινάμενος*. Non dissimili modo corrupta est Hesychii glossa: *Ἀποκρισάμενοι· ἀπολυσάμενοι, ἐπιπλυνάμενοι.* scribendum *ἀποκρινάμενοι*, nisi malis *ἀπορυψάμενοι*. compares cum Cratineo isto quod Plato dicit de Legibus XII. p. 966 E: *Δίκαιον γοῦν, ὡς λέγεις, τὸν περὶ τὰ τοιαῦτα ἀργὸν ἢ ἀδύνατον ἀποκρίνασθαι πόρρω τῶν καλῶν.* Porro nescio an labem quandam contraxerint ista apud eundem grammaticum p. 433, 21: *Ἀπορεῖν καὶ σφακελίζειν τῷ δεινῷ· τὸ μὲν σφακελίζειν φλεγμαίνειν ἐστὶ καὶ διὰ τοῦτο σπᾶσθαι:* fortasse enim corrigendum est: *τῷ δίνῳ*, ut Cratinus de vertigine locutus sit. Aperte corruptum est quod Pollux II. 17 proponit: *Φερεκράτης δὲ τὴν γεραιτέραν ἀμφηλικεστάτην ὡς καὶ Κρατῖνος ἀμφήλικα γέροντα.* recte iam codd. V. et A. *ἀφηλικεστέραν* et *ἀφήλικα* exhibent. Et sic Grammaticus Bekkeri T. I. p. 470, 21: *Ἀφήλικα· τὸν πρεσβύτην· τινὲς δὲ χρῶνται τῇ λέξει ἐπὶ τοῦ μηδέπω τῆς ἐννόμου ἡλικίας παιδός, ὅπερ δεῖ φυλάττεσθαι· ἐπὶ γὰρ τοῦ πρεσβυτέρου λέγεται.* Eundem errorem notat Phrynichus Ecloga p. 84. Adde Thomam Mag. p. 20 ed. Ritsch. Positivi vero usum improbat Phrynichus Bekkeri p. 1: *Ἀφηλικέστεροι· οἱ πρεσβύτεροι, ὡς ἀπὸ τῆς ἡλικίας ὄντες· ἡλικίαν γὰρ ἔλεγον καὶ τὴν νεότητα οἱ ἀρχαῖοι· οἱ μέντοι νέοι καὶ ἐπὶ τῶν νεωτέρων τάττουσι· πλὴν κατὰ σύγκρισιν ἡ λέξις προφέρεται καὶ ἐν ὑπερθέσει, ἀφηλικέστατος καὶ ἀφηλικέστατοι. Οἱ δὲ ἀπολελυμένως λέγοντες ἀφῆλιξ, ἀφήλικες ἀμαθέστατοι.* At vero poetae ne hanc quidem formam videntur penitus refugisse et haud scio an etiam Aristophani sit vindicanda in Acharn. v. 336, ubi in vulgata lectione numerum pervertit syllaba legem carminis excedens:
Ἀπολεῖς ἄρα τὸν ἥλικα τόνδε φιλανθρακέα.
Praeterea ne aptum quidem est Dicaeopolin aequalem vocari senum Acharnicorum. Legendum igitur arbitror:

Ἀπολεῖς ἄρ' ἀφῆλικα τόνδε φιλανθρακέα.

Corruptum est quod idem ille Pollux ex Cratino profert VI. 251, 81: *Καὶ παλάσια, ἃ καὶ Κρατῖνος ἰσχαδόπτην καλεῖ.* At vero rectissime cod. Falkenburg.: *ἰσχάδα κοπτὴν* praebet. Ipse Pollux supra I. 242: *Ἰσχὰς ἀρχαία καὶ ξηρὰ τεταριχευμένη· οἱ δὲ κωμῳδοὶ καὶ ἰσχάδα κοπτὴν λέγουσιν.* Graeci solebant ficus in filo suspensas arefactasque deinde pedibus calcare atque ita servare, quas vocabant *παλάσια*, ut est apud Aristoph. in Pace v. 574:

Τῶν τε παλασίων ἐκείνων,
Τῶν τε σύκων τῶν τε μύρτων.

quod Scholiasta recte: *Τῶν πεπατημένων ἰσχάδων* interpretatur. Huc pertinet alius Aristophanis locus parum recte intellectus in Equitt. v. 755: *Ὅταν δ' ἐπὶ ταυτησὶ κάθηται τῆς πέτρας, Κέχηνεν ὥσπερ ἐμποδίζων ἰσχάδας*: ubi antiqui grammatici, Aristarchus inprimis et Symmachus mira multa sunt commenti: nisi quod ibi quoque indicia satis aperta huius consuetudinis ficorum siccandarum reperies: sic Symmachus dicit: *εἰώθασι γὰρ οἱ μελισσουργοὶ ἰσχάδας συγκεκομμένας ῥίπτειν ταῖς μελίσσαις:* et de resti, quam per ficos serunt, alius interpres mentionem iniicit: *Ἐπειδὴ οἱ παῖδες παρατιθέντες ταῖς συκαῖς βρόχον εἰώθασιν ἐσθίειν ἐπιθυμοῦντες τῶν σύκων.* Rectius Hesychius hunc locum interpretatur: *Ἐμποδίζειν· μασᾶσθαι· οἱ δὲ ἰσχάδας μασᾶσθαι ταῖς μελίσσαις ἢ θλίβειν τοῖς ποσὶ τὰς ἰσχάδας.* Dicit igitur comicus Athenienses in concione oscitare veluti qui in rupibus filum per ficus transmittant atque ita comprimant senes. De hac re conferas maxime Varronem de re rustica I. 41: „Ut si quis quando trans mare semina mittere aut inde petere vult: tum enim resticulas per ficus, quas edimus, maturas perserunt et eas cum inaruerunt complicant ac quo volunt mittunt — sic genera ficorum Chiae ac Chalcidicae et Lydiae et Africanae item ceterae transmarina in Italiam translata.“ Ficus autem maxime in locis calculosis serere solebant, vid. Columella de Arbor. c. 21; aptissime igitur Aristophanes istam comparationem instituit. — Iam corruptum mihi quidem videtur quod Hesychius ex Cratino servavit vocabulum: *Δυσβράκανον· δυσχερές· βράκανα γὰρ τὰ ἄγρια λάχανα· ἔστι δὲ δύσπλυτα· λέγει οὖν Κρατῖνος δυσκατανόητον οἷον δυσνόητον.* Olera agrestia *βράκανα* esse docuit ipse Hesychius supra: *Βράκανα· τὰ ἄγρια λάχανα.* Usus est hac voce Pherecrates, gravis auctor, in Feris hominibus apud Athenaeum VII. p. 316 E:

Ἐνθρύσκοισι καὶ βρακάνοις
Καὶ στραβήλοις ζῆν.

et Lucianus in Lexiphane c. 2. Sed inde quomodo adiectivum *δυσβράκανος* hoc sensu dici potuerit, non expedio, quamquam cum Hesychio consentit Suidas T. I. p. 634: *Δυσβράκανος· δυσκατανόητος· βράκανα γὰρ ἄγρια λάχανα δύσπλυτα.* Miro modo apud auctorem Etym. M. p. 291, 47 litteris traiectis legitur: *Δυσβάρνακος· δυσκατανόητος· βάρνακα γὰρ ἄγρια λάχανα δύσπλυτα.* Solet quidem

apud Atticos littera ϱ mutabilis esse atque locum in nonnullis vocabulis variare, at βάρνακον dici non potuit, sed aut βράκανον aut βάρκανον dicendum fuit. Fortasse origo illius adiectivi repetenda est ab obscuro quodam verbo, cuius memoriam solus Hesychius servavit: βρακεῖν· συνιέναι et βρακείς· συνείς. Suspicor tamen poetam dixisse: Δυσκάρβανος. κάρβανος barbarum significat, uti est apud Aeschylum in Agamemnone v. 1028:

Σὺ δ' ἀντὶ φωνῆς φράζε καρβάνῳ χερί.

Supplic. v. 138: Κάρβανον αὐδὰν et ibid. v. 911:

Ἕλλησι δ' ὢν κάρβανος ἐγχλίεις ἄγαν.

itaque δυσκάρβανος significaverit id, quod aegre intelligi potest. — Insolentem formam κεράμειον, quam Pollux VII. 161 affert: Κεράμειον οἰνηρὸν Ἡρόδοτος καὶ Κρατῖνος ocius corrigas, nam κεράμιον legitur etiam apud Herodotum III. c. 6: Καὶ ἓν κεράμιον οἰνηρὸν ἀριθμῷ κείμενον οὐκ ἔστιν ὡς λόγῳ εἰπεῖν ἰδέσθαι. Contra ab hominum doctorum dubitationibus defendendum videtur, quod est apud Hesychium: Διαλαός· οἱ μὲν ἐπιμυλίδιον δαίμονα· ἄλλοι δὲ παιδιᾶς εἶδος, ἐν ᾗ διαλέγουσι τὰς ψήφους· βούλεται δὲ λέγειν ὁ Κρατῖνος τὸν ἔσχατον τῶν πορνῶν. difficile sane haec expedias: et homines docti aut διάλωος aut διαλῶπος reponendum esse censent, quoniam tale quid litterarum ordo flagitare videtur: sed fallax haec quidem ratio et incerta: neque probaverunt, ista verba quid significent aut unde deducantur. Habet autem sane illud διάλαος, quo se tueatur: eiusdem enim originis videtur esse, quod legitur apud Hesychium: Λάσται· πόρναι. quocum componas ibidem: Λασιτός· κίναιδος ἢ λεσιτὸς (corrigas λαιθιτός, quamquam praestat opinor λασπὸς et λαισπὸς) πόρνη. et alio loco Λαίσιτος· κίναιδος, πόρνη. Eodem pertinet Λάσταυρος, ut est apud Hesychium Λάσταυροι· οἱ περὶ τὸν ὄρρον δασεῖς καὶ πόρνοι τινὲς ὄντες. cf. Photius p. 209, 21. Huc adde quod legitur apud Hesychium Λαῖκος· Κίναιδος, λάσταυρος. et Λαισκάπραν· λαμύραν (λάγνην). Et turpis haec significatio inest etiam in Λαίσπαις: βούπαις. Λευκάδιοι, uti Hesychius eodem loco; item alio: Λαόπαις· βούπαις. quod propius etiam ad illud διάλαος accedit. Communis horum similiumque verborum origo est vox, quae summam turpitudinem notat, Λαί, hinc Hesychius: Λαί· ἐπὶ τῆς αἰσχρουργίας. Praeterea alia: unum hoc addo ad eandem normam cum ambiguitate quadam dixisse Alciphronem III. 63: Οἷα βουλεύονται καὶ διανοοῦνται οἱ θεοῖς ἐχθροὶ Λαιστρύγονες. vel potius Λαιστρυγόνες. Ludicre enim ab illo λαί vel λαίς et τρυγών, quod vocabulum etiam alibi in obscenam sententiam declinatum est, Alciphro Λαιστρυγόνες dixit ad similitudinem fabulosae illius gentis, quae Homeri carminibus nobilitata est: secutus autem est ille, opinor, ut alias saepe numero, auctorem nescio quem Atticae comoediae.

Alia vero permulta Cratinus non ipse finxit aut novavit, sed cum multo lepore et facetiis transtulit, ex quo numero est, quod Etymol. Magn. p. 402, 41 ex hoc poeta affert: Ἐφετίνδα· ὄνομα

παιδιᾶς φεναχικῆς. Ὡς γὰρ Ἀριστοφάνης φησὶ τὸ ὀστρακίνδα παρὰ τὸ ὄστρακον ἀναπλάσας, αἰνιττόμενος τὸν ἐξοστρακισμόν, οὕτω Κρατῖνος ἀνέπλασε τὸ ἐφετίνδα, παρὰ τὰς ἐν τοῖς δικαστηρίοις γενομένας ἐφέσεις· παρὰ οὖν τὴν ἔφεσιν ἐφετίνδα παιδιάν, κατὰ τροπὴν τοῦ σ εἰς τ· καὶ γὰρ ἐφέτης λέγεται ὁ πέμπων τὴν ἔφεσιν. Neque enim finxit Cratinus hoc nomen, sed a puerorum ludo lepide ad iudices Atticos transtulit: commemorat istum ludum Pollux IX. 110, ubi varia genera recenset et rursus ibid. 117: *Ἡ δὲ ἐφετίνδα, ὡς ἔστιν εἰκάζειν, ὄστρακον ἐφέντα ἐς κύκλον ἐχρῆν συμμετρήσασθαι, ὡς ἐντὸς τοῦ κύκλου στῇ.* ex quo quidem loco quae fuerit ludi ratio vix perspicias: illud apparet arti fraudulentiaeque in isto ludo locum fuisse, itaque Cratinus iudiciis atticis accommodavit. Eodem pacto Aristophanes in Equitt. v. 862 (ubi vid. Schol.) ludum qui *ὀστρακίνδα* vocatur, cum testarum iudicio composuerat: adque eandem normam explicandum censeo etiam illud, quod Plato dixit in Symmachia apud Hermiam ad Platonis Phaedr. p. 90 ed. Ast et Eustath. ad Il. Σ. p. 1161, 43, qui quamvis obscure sententiam quae subest significat: *καὶ ἡ παιδιὰ ὀστρακίνδα ἐκαλεῖτο· χρῆσις τῆς λέξεως ἐν τῇ κωμῳδίᾳ πρὸς αἴνιγμα τοῦ ῥηθέντος ἐξ ὀστρακισμοῦ,* ubi corrigas *ἐξοστρακισμοῦ.* Platonis autem versus, sive quicunque tandem auctor comoediae illius est, ita videntur emendandi:

Εἴξασιν γὰρ τοῖς παιδαρίοις τούτοις, οἳ ἑκάστοτε γραμμὴν
Ἐν ταῖσιν ὁδοῖς διαγράψαντες, διανειμάμενοι δίχ᾽ ἑαυτούς,
Ἑστᾶσ᾽ αὐτῶν οἱ μὲν ἐκεῖθεν τῆς γραμμῆς, οἱ δ᾽ ἄρ᾽ ἐκεῖθεν,
Εἷς δ᾽ ἀμφοτέρων ὄστρακον αὐτοῖσιν ἀνίησ᾽ εἰς μέσον ἑστώς,
Κἂν μὲν πίπτῃσι τὰ λεύκ᾽ ἐπάνω, φεύγειν ταχὺ τοὺς ἑτέρους δεῖ,
Τοὺς δὲ διώκειν:

haec enim Plato dixit de partium studio ferventissimo in testarum isto iudicio, respexit autem opinor Hyperboli condemnationem, quae gravissimas in civitate movit turbas; hic enim vir popularis, cum populo persuasisset, ut Niciam aut Alcibiadem aut Phaeacem denique e civitate eiicerent, ipse, cum illi societatem inter se iniissent partesque dissidentes composuissent, iisdem suffragiis condemnatus est. Iam ab hac ipsa societate, qua tres illi tunc in re publica potentissimi viri coniuncti erant, Plato videtur fabulam *Συμμαχίαν* inscripsisse: itaque docta fuerit haec comoedia non ita multo post Olymp. XCI. 1. Ludi illius rationem, unde Plato comparationem duxit, describunt et illi, quos supra dixi grammatici, et Pollux IX. 111 et 112. Luserunt autem saepius comici poetae in ostracismi nomine, uti Aristophanes quamvis diversa ratione in fragmento, quod editorum diligentiam fugit, apud Plutarchum Aristoph. et Menandri comp. c. 1:

Τί δῆτα δράσω σ᾽, ὦ κακόδαιμον ἀμφορεὺς
Ἐξοστρακισθείς;

ita enim corrigo, nisi malis *τί δῆτά σοι δράσω, κακόδαιμον ἀμφορεῦ 'Εξ.* uti est apud Platonem de Republ. I. p. 345 B: *Τί σοι ἔτι ποιήσω;**) Sed revertar ad Cratinum: non dissimili translatione usus dixit *αἰγυπτιάζειν*, ut significaret id quod *fallere*, *decipere*, vid. Eustath. ad Odyss. IV. p. 1484, 28: *"Ωσπερ καὶ ὅτι πονηροὶ οἱ Αἰγύπτιοι· ὅθεν αἰγυπτιάσαι καὶ αἰγυπτιάζειν οὐ μόνον τὸ ἐπικαῦσαι·*

Χρόαν δὲ τὴν σὴν ἥλιος λάμπων φλογὶ
Αἰγυπτιάσει.

ἀλλὰ καὶ τὸ πανουργεῖν καὶ κακοτροπεύεσθαι, ὡς ὁ κωμικός φασι Κρατῖνος δηλοῖ. Ita interpretantur etiam grammaticus Bekkeri T. I. p. 354, 13, Suidas T. I. p. 643 et Hesychius. Cratini autem exemplum secutus est Aristophanes in Thesmophor. v. 921:

Οἴμ' ὡς πανοῦργος καὐτὸς εἶναί μοι δοκεῖς
Καὶ τοῦδέ τις ξύμβουλος· οὐκ ἔτος πάλαι
'Ηιγυπτιάζετο;

ubi vid. Schol. Videtur huc etiam alia Hesychii glossa referenda esse: *Αἰγυπτιασμένη κατάστασις* (*ἠγυπτ.*) *οὕτως ἐλέχθη ὑπὲρ 'Ιώνων·* quod nescio an sit dictum a comico aliquo poeta de legatione Ionum in populi concionem introducta. Aegyptii autem tanquam homines fraudulenti notabantur, vid. Theocrit. XV. v. 46:

Πολλά τοι, ὦ Πτολεμαῖε, πεποίηται καλὰ ἔργα
'Εξ ὦ ἐν ἀθανάτοις ὁ τεκών· οὐδεὶς κακοεργὸς
Δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων Αἰγυπτιστί.
Οἷα πρὶν ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες ἔπαισδον,
'Αλλάλοις ὁμαλοί, κακὰ παίγνια, πάντες ἐρειοί.

Scholiasta Aristophanis Nub. v. 1114: *'Ελέγετο γὰρ ληστεύεσθαι ἡ Αἴγυπτος· Αἰσχύλος· Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι· καὶ Θεόκριτος ἐν 'Αδωνιαζούσαις· — καὶ αἰγυπτιάζειν τὰ ὕπουλα πράττειν.* Et sane Aristophanes quoque in isto versu Aegyptiorum fraudulentiam notavit:

Κἂν ἐν Αἰγύπτῳ τυχεῖν ἂν μᾶλλον ἢ κρίνειν κακῶς.

h. e. cupiet locum siccum et vel Aegyptum, terram siccam quidem, sed hominibus maleficis plenam, malet adire, quam tantam vim pluviae perpeti, quantam malis iudicibus immittimus. Translate videtur etiam illud dictum esse, quod grammaticus Bekkeri T. I. p. 354, 25 affert ex Cratino: *Αἴγειρον θέα καὶ ἡ παρ' Αἴγειρον θέα· 'Αθήνησιν αἴγειρος ἦν, ἧς πλησίον τὰ ἴκρια ἐπήγνυντο εἰς τὴν θέαν πρὸ τοῦ θέατρον γενέσθαι· οὕτω Κρατῖνος.* Athenis in foro populi erant consitae, in cuius arbusti vicinia solebant tabulata ista

---

*) Delitescit in eodem Plutarchi loco etiam alius Aristophanis versiculus, quem ita emendo:

'Υπὸ τοῦ γέλωτος εἰς Γέλαν ἀφίξομαι.

Simile in ipsa dissimilitudine est, quod legitur in Acharnensibus v. 606:

Τοὺς δ' ἐν Καμαρίνῃ κἀν Γέλᾳ κἀν Καταγέλᾳ.

exstruere, in quibus ludos scenicos spectabant: pauperes autem, qui non haberent, unde locum aut sibi sedem emerent, arbores illas videntur conscendisse, ex quibus prospectum caperent: conferas eundem grammaticum p. 419, 15: *Ἀπ' αἰγείρου θέα καὶ παρ' αἴγειρον· ἡ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων· αἴγειρος γὰρ ἐπάνω ἦν τοῦ θεάτρου, ἀφ' ἧς οἱ μὴ ἔχοντες τόπον ἐθεώρουν.* Videtur autem haec appellatio etiam cum theatrum ex foro remotum firmiusque esset exstructum, ad extremas sedes theatri translata esse, quae cum essent remotae, viles et essent et haberentur; et videtur sane hoc opprobrium a comicis poetis saepe numero in homines pauperes, qui ex ultima cavea spectare coacti essent, coniectum esse: atque sic etiam Cratinum eo usum esse arbitror. Aliorum Grammaticorum testimonia vide in Epistola ad Schillerum p. 122 seq. Et nescio an ad idem paupertatis crimen pertineat, quod legitur apud Hesychium: *Ἀπ' αἰγείρων· Ἀνδροκλέα τῶν ἀπ' αἰγείρων· ἀντὶ τοῦ συκοφαντῶν· ἐπειδὴ ἐκ τῆς ἐν ἀγορᾷ αἰγείρου τὰ πινάκια ἐξῆπτον τουτέστιν ἐξήρτων οἱ ἔσχατοι.* quamquam Hesychius ad calumniatorum quendam morem referre voluit: sed videtur is ipse Cratini locus esse, de quo agit grammaticus Bekkeri:

Ἀνδροκλέα τὸν ἀπ' αἰγείρων.

quod dixerit Cratinus fortasse in Seriphiis de Androcle homine pauperrimo. Non inusitata alia est translatio, qua etiam Cratinus usus est, vid. Suidas T. I. p. 198. *Ἀνεπτεροῦτο ἐλπίσι χρησταῖς ἤρετο — καὶ ἀνεπτερῶσθαι τὴν ψυχὴν οἷον ἀνασεσοβῆσθαι· Κρατῖνος.* Similia leguntur in Bekkeri Anecd. T. I. p. 398 et apud Phrynichum ibid. p. 10, 20: *Ἀνεπτερῶσθαι τὴν ψυχήν, οἷον ἀνασεσοβῆσθαι, ἔκπτοιον εἶναι.* Simillimus est locus Aristophanis in Avibus v. 1437:

Νῦν οὖν λέγων πτερῶ σε. ΣΥ. Καὶ πῶς ἂν λόγοις
Ἄνδρα πτερώσειας σύ; ΠΕΙ. Πάντες τοῖς λόγοις
Ἀναπτεροῦνται. ΣΥ. Πάντες; ΠΕΙ. Οὐκ ἀκήκοας,
Ὅταν λέγωσιν οἱ πατέρες ἑκάστοτε
Τοῖς μειρακίοις ἐν τοῖσι κουρείοις ταδί·
Δεινῶς γέ μου τὸ μειράκιον Διϊτρέφης
Λέγων ἀνεπτέρωκεν, ὥσθ' ἱππηλατεῖν.
Ὁ δέ τις τὸν αὑτοῦ φησιν ἐπὶ τραγῳδίᾳ
Ἀνεπτερῶσθαι καὶ πεποτῆσθαι τὰς φρένας.

Videntur autem iusto severiores Attici sermonis arbitri huius verbi usum impugnavisse, nam Antiatticista Bekkeri hoc placitum improbat T. I. p. 79, 33, Xenophontis testimonio usus: *Ἀναπτερῶσαι· Ξενοφῶν Συμποσίῳ.* Sed usi sunt hoc verbo poetae pariter atque pedestris orationis scriptores, ex tragicis quidem poetis Aeschylus in Choephoris v. 223:

Ἀνεπτερώθης κἀδόκεις ὁρᾶν ἐμέ.

et Euripides in Oreste v. 865:

Μῶν τι πολεμίων πάρα
Ἄγγελμ' ἀνεπτέρωκε Δαναϊδῶν πόλιν.

ex comicis praeter Cratinum et Aristophanem Eupolis apud Schol. Il. II. v. 333:

Ὁ μὲν γὰρ οὖν λέγων φύγωμεν ἀναπτεροῖ.

ex scriptoribus autem prosae orationis Herodotus II. 115, Xenophon Sympos. IX. 5, Hellen. III. 1, 14, saepius etiam recentiores. Aristophanes autem sane videtur reprehendisse nimis frequentem usum huius verbi, qui ista aetate admodum percrebuisse videtur, vocabulum autem Atheniensium levitati accommodatissimum fuit.

Praetereo alia, neque enim quae de dicendi genere, quo usus est Cratinus, disputanda erant, ordine et ratione pertractare in animo habui, sed pauca quaedam, prouti fortuito in ea incidi, delibare volui. Sed antequam missum facio Cratinum, qui iam nimis diu nos detinuisse nonnullis videbitur, pauca quaedam subiungam, quibus suppleam ea, quae supra p. 65 seqq. de Cratini interpretibus disserui. Et primum quidem in hunc numerum recipiendus est *Euphronius*, de quo dictum p. 91, tum *Symmachus*, quem de Cratini fabulis commentatum esse satis apparet ex Herodiano περὶ μον. λέξ. p. 39, 25: Εἰσὶ μέντοι οἳ καὶ διὰ τοῦ γ γράφουσιν ἔν τισιν ἐν Μαλθακοῖς Κρατίνου παρέφυλαξε Σύμμαχος. alios autem grammaticos ibi legisse κνέφαλλον perspicies ex Athenaeo III. p. 111 D. Tertium his addo sed dubitanter *Aristarchum*. Cratinum δόχμην dixisse testatur Photius p. 531, 3: Σπιθαμή· τὸ ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου ἐπὶ τὸν μικρόν· τὸ δ' ἀπὸ τοῦ λιχανοῦ λιχάς· τὴν δὲ σπιθαμὴν τινὲς καὶ δ ό χ μ η ν καλοῦσιν, οὕτως Κρατῖνος. Coniicio ipsum Cratini fragmentum servatum esse ab Eustathio, qui ad Iliad. XXIII. p. 1401, 23 ex Aelio Dionysio haec profert: περὶ ἧς δόχμης Αἴλιος Διονύσιος φησὶν οὕτως· Δόχμη τὸ τετραδάκτυλον· Ἀρίσταρχος δὲ ὀξύνει· ὡς δηλοῖ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ·

Οὗτοι δ' ἀφεστήκασα πλεῖν ἢ δύο δοχμά.

Ἐν μέντοι φησὶ τοῖς ἀκριβεστέροις ἀντιγράφοις ὀξεῖα ἐπικεῖται τῇ πρώτῃ συλλαβῇ κατὰ τὸ λόχμη, ὡς ὄχθη, ὄχνη. Ἕτερος δέ τις λέγει [καὶ αὐτὸς], ὅτι δόχμη ὡς ὄχθη καὶ στάθμη κατὰ Τρύφωνα, εἰ καὶ Ἀρίσταρχος ὀξύνειν ἀξιοῖ· Παυσανίας δὲ εἰπὼν καὶ αὐτός, ὅτι δόχμη τὸ τετραδάκτυλον, ἐπάγει· Κύπριοι δὲ τὴν παλαιστήν. Photii testimonio usus hunc versum Cratino vindicaverim, quem Aelius Dionysius vel potius Aristarchus ex comico sic simpliciter protulit: neque enim comici nomen semper est de Aristophane accipiendum: quamquam Eustathius sane, qui Aristophanem solum legerat et usu cognoverat, comici nomine hunc solum poetam appellat, quin etiam nonnunquam, cum apud alios scriptores aliquid *ex comico* adhibitum vidisset, illud continuo ad Aristophanem retulit eiusque nomen substituit: at non cadit hoc in antiquiores Grammaticos, quorum copias hoc loco Eustathius adscripsit: itaque sane vindicaverim istum iambum Cratino, et quod de Aristarcho dicit Aelius Dionysius, id possis sane ad editionem Cratini ab Aristarcho curatam referre, quem illic de accentu vocis disputavisse

probabiliter credideris: aliquid tamen dubitationis in eo est, quod Aelius Aristarchi auctoritati tam fidenter accuratiores Cratini libros opponit, quorum auctoritas editorem Aristarchum vix potuisset latere: sed vel sic tamen non prorsus abhorret a veri similitudine doctissimum grammaticum Cratini comoedias recensuisse. Ceterum Aristarchi iudicium sequuntur etiam Aristophanis codices et editiones in Eqq. v. 318:

Καὶ πρὶν ἡμέραν φορῆσαι μεῖζον ἦν δυοῖν δοχμαῖν.

Iam in Athenaeo XI. p. 501 D. offendi illis verbis *Ἀπίων καὶ Διόδωρος* voluique *Ἡρόδωρος* substituere. Herodoro enim socio usus est Apio et in commentariis et in glossis Homericis; nunc autem est quod dubitem: nam Diodorum et Apionem de litteris librum scripsisse cognoscimus ex Scholiis in Dionysium Thracem ap. Bekker. Anecd. T. II. p. 784, 10: *Ὡς δὲ Διόδωρος καὶ Ἀπίων ἐν τῷ περὶ τῶν στοιχείων, ὅτι πλεῖστοι συγγραφεῖς καὶ οἱ ποιηταὶ ἀπὸ τῆς Ἰωνίας τούτοις τοῖς τύποις ἐχρήσαντο.* Itaque hae Diodori et Apionis glossae, glossas enim fuisse persuasum habeo, diversae fuerunt ab iis, quas cum Herodoro in Homerum composuit: nullo autem pacto adducor, ut Apionem credam Cratinum recensuisse: Aristophanis tamen fabulas edidisse censendus est, siquidem in scholiis ad Pac. v. 761 haec leguntur: *Ὅτι σύνηθες ἦν τοῖς παλαιοῖς ᾄδειν θεῶν τε καὶ ἡρώων γάμους· Σημειοῦται δὲ ταῦτα ὁ Μόχθος πρὸς τοὺς ἀθετοῦντας τὴν ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης μοιχείαν.*

LIBER II.

CAPUT I.

Cratini aequalis fuit Crates, ita tamen ut natu minor fuisse videatur: certe inclaruit eo demum tempore, quum ille iam magnam et auctoritatem et laudem sibi conciliavisset, hinc recte Anonymus de comoedia p. XI ed. Dindf. hoc ordine antiquae comoediae poetas recenset: *Τούτων δέ εἰσιν ἀξιολογώτατοι Ἐπίχαρμος, Μάγνης, Κρατῖνος, Κράτης, Φερεκράτης, Φρύνιχος, Εὔπολις, Ἀριστοφάνης.* Idem deinde, ubi accuratius comoediae memoriam illustrat, aperte dicit Cratetem insecutum esse Cratinum: *Κράτης Ἀθηναῖος, τοῦτον ὑποκριτήν φασι γεγονέναι τὸ πρῶτον, ὃς ἐπιβέβληκε Κρατίνῳ, πάνυ γέλοιος καὶ ἱλαρὸς γενόμενος, καὶ πρῶτος μεθύοντας ἐν κωμῳδίᾳ προήγαγε. Τούτου δράματά ἐστιν ἑπτά.* Longe autem locupletissimus testis est Aristophanes, qui in Equitibus v. 537, ubi comicos priores recenset, Cratino subiungit Cratetem. Videtur autem Crates primum histrionis artem exercuisse, deinde cum Cratini potissimum ageret fabulas, (quod praeter grammaticum illum dicit etiam Schol. Aristoph. l. l. *Κωμῳδίας ἦν ποιητής, ὃς πρῶτος ὑπεκρίνατο τὰ Κρατίνου καὶ αὐτὸς ὕστερον ποιητὴς ἐγένετο*) amore poesis excitato et ipse comoedias scripsisse. Quamquam autem maxime Cratini exemplum Cratetem ad sequendum accendisse verisimile est, non tamen ad similitudinem eius se composuit. Diversa enim prorsus horum poetarum fuerunt ingenia: Cratinus fuit ingenio vehementi quidem, sed generoso, omninoque Aeschylo et germanis Atheniensibus, qui magnum quoddam spirabant, *Μαραθωνομάχας* illos dico, simillimus: qui poeta quo fuerit animo aureis illis versibus exponit Aristophanes in parabasi Equitum:

Εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ
Διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει· καὶ τῆς στάσεως παρασύρων,
Ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς προθελύμνους,
Ἆισαι δ' οὐκ ἦν ἐν συμποσίῳ πλὴν Δωροῖ συκοπέδιλε,
Καὶ τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων· οὕτως ἤνθησεν ἐκεῖνος.

Cratinus igitur ludicra illa et ioculari comoedia, quae ante floruit in Attica, spreta, altius sustulit artem atque omnem rerum humanarum et divinarum vim et infinitam paene materiam complexus est, quam in fabulis quasi sub iudicium mitteret. Crates autem, qui magna erat morum lenitate, ardua illa et difficili, quam aperuerat et munierat Cratinus, via relicta, tritum magis et vulgare iter secutus est: neque enim sustinere potuit, tanta oris libertate et audacia perstringere omnia atque censere: et desperavit fortasse se aequales comicos aut superare aut aequare posse. Quare Crates, etsi serius ad fabulas scribendas animum applicuit, quam Cratinus, propius tamen ad antiquiorum poetarum similitudinem accessit. Non tamen exile illud et frigidum iocandi genus, quo priores erant usi, aemulatus est, sed nova quaedam incrementa conquisivit, quibus musicam artem ornaret et illustraret. Crates igitur quamquam tenuia plerumque et levia tractavit argumenta, tamen pro ingenii ubertate et dexteritate, singulari lepore et gratia illa exornavit magnaque arte fabulas perpolivit, ut populo Atheniensi maxime omnium probaretur. Neque mirandum est Cratetem inter summos poetas locum sibi aperuisse, egregieque Atheniensibus placuisse, cum et illi nihil magis admirarentur quam quae essent lepida et venusta, et Cratetis fabulae minus recederent ab antiqua et populari comoediarum consuetudine, ita ut ad vulgi captum essent multo magis accommodatae, quam Cratini, qui cum plurima novavisset et insignem dignitatem gravitatemque conciliavisset comoediae, paucioribus sed prudentissimis probatus videtur. Sed Cratetis ingenium fabularumque speciem Aristophanis in eadem parabasi illustrat:

Οἵας δὲ Κράτης ὀργὰς ὑμῶν ἠνέσχετο καὶ στυφελιγμούς,
Ὃς ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης ὑμᾶς ἀριστίζων ἀπέπεμπε,
Ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος μάττων ἀστειοτάτας ἐπινοίας.
Χοὗτος μέντοι μόνος ἀντῄρκει, τοτὲ μὲν πίπτων, τοτὲ δ' οὐχί.

lepidissime lepidi poetae mores oculis subiiciens: idem in Thesmophoriazusis II Fr. XIV Cratetem ita commemorat, ut felicem praedicet eius aetatem, qua spectantes miris quibusdam et saepe haud facetis iocis satis fuerint contenti:

Ἦ μέγα τι βρῶμ' ἐστὶν ἡ τρυγῳδοποιομουσική,
Ἡνίκα Κράτητί τε τάριχος ἐλεφάντινον
Λαμπρὸν ἐκόμιζεν ἀπόνως παραβεβλημένον,
Ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐκιχλίζετο.

Sunt haec ex stropha vel antistropha parabasis petita, in qua Aristophanes videtur ceterorum comicorum studia et rationem attigisse, et quae a dignitate abhorrerent poesis, reprehendisse. Huc pertinet etiam Fr. XV:

Μήτε Μούσας ἀνακαλεῖν ἑλικοβοστρύχους,
Μήτε χάριτας βοᾶν εἰς χορὸν Ὀλυμπίας·
Ἐνθάδε γάρ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ διδάσκαλος.

Accessit autem Crates propius ad Siculae comoediae rationem, quam Cratinus aut alius quis Atticae comoediae poeta: id quod Aristoteles quoque in arte poetica c. 5 quodammodo significavit: c. 5: *Τοῦ δὲ μύθους ποιεῖν Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις ἦρξαν· τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε· τῶν δὲ Ἀθήνησιν Κράτης πρῶτος ἦρξεν, ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας καθόλου ποιεῖν λόγους ἢ μύθους.* Referunt haec ad mythicarum fabularum genus, de quo supra dictum est: at iniuria. Melius Meinekius, vir summus, in Quaest. Scen. I. p. 20 de hoc loco iudicavit, qui „Ac mihi quidem, inquit, hoc Aristoteles significare voluisse videtur, cum Cratinus ceterique antiquiores comici certos quosdam homines in fabulis suis exagitassent populoque ridendos propinassent, Cratetem primum apud Athenienses exstitisse, qui Epicharmi exemplo comicae poesios materiam a singulorum hominum irrisione ad generales morum notationes rerumque descriptiones traduceret, quarum cum alias e communi hominum vita, alias autem e mythicarum fabularum cyclo petiisset, non male ut equidem opinor Aristoteles Cratetem *καθόλου λόγους ἢ μύθους ποιῆσαι* perhibuit.“ quamquam ne his quidem omni ex parte possum assentiri.

Aristoteles cum illo loco vim et naturam comoediae vellet explanare, non potuit ista ratione uti, qua unum aliquod genus argumentorum, quod comoedia tractare solita erat, tanquam principium summamque proponeret. At notio illius vocabuli *μῦθος* apud Aristotelem latissime patet; *μῦθον* enim vocat id quod ab ipsius poetae ingenio inventum est atque excogitatum, fictum quasi quoddam simulacrum vitae, idque summum esse contendit: in poetae enim mente insidet divina quaedam species veritatis eiusque animo obversatur, ad cuius similitudinem poema quasi imaginem quandam conformat, ita ut haec quae sub oculos cadit effigies imitatio sit perfectae illius speciei, quae mente tantum et ratione continetur: itaque quo propius externa illa forma ad ipsam illam veritatem accedit, eo pulcrius poetae ingenium esse dicimus: hoc igitur quod poeta quasi ex se suoque ingenio petiit, ad ultimam illam speciem redigens, non contemplatus aliquid in rerum varietate, ad cuius similitudinem artem conformaret, vocatur ab Aristotele *μῦθος*, uti est c. 6, ubi de tragoedia philosophus disserit: *Ἔστι δὲ τῆς μὲν πράξεως ὁ μῦθος μίμησις· λέγω γὰρ μῦθον τοῦτο, τὴν σύνθεσιν τῶν πραγμάτων.* et infra *Μέγιστον δὲ τούτων ἐστὶν ἡ τῶν πραγμάτων σύστασις· ἡ γὰρ τραγῳδία μίμησίς ἐστιν οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ πράξεων καὶ βίου καὶ εὐδαιμονίας καὶ κακοδαιμονίας — οὐκ οὖν ὅπως τὰ ἤθη μιμήσωνται, πράττουσιν, ἀλλὰ τὰ ἤθη συμπεριλαμβάνουσι διὰ τὰς πράξεις· ὥστε τὰ πράγματα καὶ ὁ μῦθος τέλος τῆς τραγῳδίας.* et deinde: *Πρὸς δὲ τούτοις τὰ μέγιστα αἷς ψυχαγωγεῖ ἡ τραγῳδία, τοῦ μύθου μέρη ἐστίν, αἵ τε περιπέτειαι καὶ ἀναγνωρίσεις· ἔτι σημεῖον, ὅτι καὶ οἱ ἐγχειροῦντες ποιεῖν, πρότερον δύνανται τῇ λέξει καὶ τοῖς ἤθεσιν ἀκριβοῦν ἢ τὰ πράγματα συνίστασθαι· οἷον καὶ οἱ πρῶτοι ποιηταὶ σχεδὸν ἅπαντες.*

Ἀρχὴ μὲν οὖν καὶ οἷον ψυχὴ ὁ μῦθος τῆς τραγῳδίας. Idem vero *μῦθος* significat, ubi Aristoteles de comoediae vi et natura disserit: *ἰδέαν* vocat Aristophanes, ut in Nubibus v. 546:

Οὐδ' ὑμᾶς ζητῶ 'ξαπατᾶν δὶς καὶ τρὶς ταὔτ' εἰσάγων,
Ἀλλ' ἀεὶ καινὰς ἰδέας εἰσφέρων σοφίζομαι,
Οὐδὲν ἀλλήλαισιν ὁμοίας καὶ πάσας δεξιάς.

quam deinde *εὕρημα* dicit v. 560:

Ὅστις οὖν τούτοισι γελᾷ, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαιρέτω·
Ἢν δ' ἐμοὶ καὶ τοῖσιν ἐμοῖς εὐφραίνησθ' εὑρήμασιν,
Ἐς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας εὖ φρονεῖν δοκήσετε.

et *ἐπίνοιαν*, ut in Vespis v. 1049:

Ὁ δὲ ποιητὴς οὐδὲν χείρων παρὰ τοῖσι σοφοῖς νενόμισται,
Εἰ παρελαύνων τοὺς ἀντιπάλους τὴν ἐπίνοιαν ξυνέτριψεν.

quod modo dixerat *διανοίας* (neque enim *διάνοια* hoc loco propositum consiliumque poetae significat) v. 1043:

Τοιόνδ' εὑρόντες ἀλεξίκακον τῆς χώρας τῆσδε καθαρτὴν
Πέρυσιν καταπρούδοτε καινοτάταις σπείραντ' αὐτὸν διανοίαις.

quid autem velit poeta, satis perspicimus ex eo, quod et numero plurali usus est, et *καινοτάτας* adiecit: et rursus in Pace v. 748:

Τοιαῦτ' ἀφελὼν κακὰ καὶ φόρτον καὶ βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ
Ἐποίησε τέχνην μεγάλην ἡμῖν κἀπύργωσ' οἰκοδομήσας
Ἔπεσιν μεγάλοις καὶ διανοίαις καὶ σκώμμασιν οὐκ ἀγοραίοις.

quamquam ibi *διανοίας* possumus etiam probabiliter ad propositam sententiam referre, tamen hanc quidem poeta potius iis versibus, quos continuo subiicit, significare videtur:

Οὐκ ἰδιώτας ἀνθρωπίσκους κωμῳδῶν οὐδὲ γυναῖκας,
Ἀλλ' Ἡρακλέους ὀργήν τιν' ἔχων τοῖσι μεγίστοις ἐπεχείρει.

Ἐπινοίας vero eodem modo dixit etiam de Cratete in Equitibus v. 537:

Οἵας δὲ Κράτης ὀργὰς ὑμῶν ἠνέσχετο καὶ στυφελιγμούς·
Ὃς ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης ὑμᾶς ἀριστίζων ἀπέπεμπεν,
Ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος μάττων ἀστειοτάτας ἐπινοίας.

μῦθος vero eodem prorsus modo, quo Aristoteles, dixit grammaticus doctissimus, qui de comoedia scripsit, vid. Excerpta apud Dindorf. p. XII. 34: *Φερεκράτης Ἀθηναῖος νικᾷ ἐπὶ θεάτρου γενόμενος· ὁ δὲ ὑποκριτὴς ἐζήλωκε Κράτητα· καὶ αὖ τοῦ λοιδορεῖν μὲν ἀπέστη, πράγματα δὲ εἰσηγούμενος καινὰ ηὐδοκίμει, γενόμενος εὑρετικὸς μύθων.* quae nequaquam referenda sunt ad fabulas vulgi ore tritas, quibus poeta utitur, neque vero reperit, sed ad illa, quae ipse suo ingenio invenit atque fingit. Iam apparet, Aristoteles quid voluerit his verbis: *Τοῦ δὲ μύθους ποιεῖν Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις ἦρξαν· τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε.* Hoc enim dicit, Epicharmum et Phormin primos quasi auctores esse comicae artis, cum antea fuerit rudis prorsus et imperfecta: supra enim c. 4 Aristoteles comoediae primordia a Margite repetiit, cum recte dixisset nobis a natura insitum esse irridendi vituperandique studium: *Οἱ μὲν γὰρ σεμνότεροι τὰς καλὰς ἐμιμοῦντο πράξεις καὶ τὰς*

τοιούτων τύχας· οἱ δὲ εὐτελέστεροι τὰς τῶν φαύλων, πρῶτον ψόγους ποιοῦντες, ὥσπερ ἕτεροι ὕμνους καὶ ἐγκώμια· τῶν μὲν οὖν πρὸ Ὁμήρου οὐδενὸς ἔχομεν εἰπεῖν τοιοῦτον ποίημα· εἰκὸς δὲ εἶναι πολλούς· ἀπὸ δὲ Ὁμήρου ἀρξαμένοις ἔστιν· οἷον ἐκείνου ὁ Μαργίτης καὶ τὰ τοιαῦτα. — ὥσπερ δὲ καὶ τὰ σπουδαῖα μάλιστα ποιητὴς Ὅμηρος ἦν, μόνος γὰρ οὐχ ὅτι εὖ, ἀλλ' ὅτι καὶ μιμήσεις δραματικὰς ἐποίησεν, οὕτω καὶ τὰ τῆς κωμῳδίας σχήματα πρῶτος ὑπέδειξεν οὐ ψόγον, ἀλλὰ τὸ γελοῖον δραματοποιήσας· ὁ γὰρ Μαργίτης ἀνάλογον ἔχει, ὥσπερ Ἰλιὰς καὶ Ὀδύσσεια πρὸς τὰς τραγῳδίας, οὕτω καὶ οὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας. Recte deinde tradit antiquitus comoediam nihil nisi ludicra quaedam et lasciva carmina fuisse, quae subito multo cum lepore fuderint, *Γενομένη οὖν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικὴ καὶ αὕτη* (tragoedia) *καὶ ἡ κωμῳδία, ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικά, ἃ ἔτι καὶ νῦν ἐν πολλαῖς τῶν πόλεων διαμένει νομιζόμενα, κατὰ μικρὸν ηὐξήθη, προαγόντων ὅσον ἐγένετο φανερὸν αὐτῆς.* Phallici carminis usum a posterioribus poetis spretum Aristophanes in Acharnensibus commode renovavit, unde satis perspicimus illa carmina fuisse in Bacchi honorem non sine magna quadam lascivia composita. Nam Dicaeopolis cum v. 202 dixisset:

Ἐγὼ δὲ πολέμου καὶ κακῶν ἀπαλλαγεὶς
Ἄξω τὰ κατ' ἄγρους εἰσιὼν Διονύσια.

deinde in scenam incedit, Xanthia servo phallum gestante, filiaque canephoro praecedente, vid. v. 242 seqq., et instruens pompam dicit v. 247:

Καὶ μὴν καλόν γ' ἔστ' ὦ Διόνυσε δέσποτα,
Κεχαρισμένως σοι τήνδε τὴν πομπὴν ἐμὲ
Πέμψαντα καὶ θύσαντα μετὰ τῶν οἰκετῶν
Ἀγαγεῖν τυχηρῶς τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια.

tum demum, cum omnia essent adornata, v. 259 pergit:

Ὦ Ξανθία, σφῷν δ' ἐστὶν ὀρθὸς ἑκτέος
Ὁ φαλλὸς ἐξόπισθε τῆς κανηφόρου·
Ἐγὼ δ' ἀκολουθῶν ᾄσομαι τὸ φαλλικόν·
Σὺ δ' ὦ γύναι, θεῶ μ' ἀπὸ τοῦ τέγους· πρόβα.

Sequitur iam phallicum carmen:

Φαλῆς, ἑταῖρε Βακχίου,
Ξύγκωμε, νυκτοπεριπλάνη-
τε, μοιχέ, παιδεραστά.

et sic porro: quamquam autem existimandum est Aristophanem ea, quae erant in prisca illa comoedia foeda, inculta, exilia, prudenter ad artis formam redegisse et temperavisse, tamen claram primordiorum illius artis imaginem exhibuit: ut enim in Bacchicis illis solemnitatibus chori puerorum et virorum saltantes et tripudiantes lascivam aliquam cantilenam in Bacchi honorem canebant, servi, quippe qui socii laborum atque operum agrestium una cum heris solemnitatibus interessent, phallos erectos gestabant, puellae munera et sacrificia diis ferebant, mulieres denique passim sacram illam

pompam spectabant, ita Aristophanes non inscite Dicaeopolin fecit phallicum carmen canere, servum phallum portare, filiolam canistrum ferre, uxorem de tecto spectare. Sed videntur etiam postea prisci illius moris vestigia quaedam comoediae perfectiori inhaesisse; inde enim repetendum videtur indecorum illud spectaculum, quod Aristophanis quoque aequales ad spectatorum risum excitandum animosque exhilarandos saepius exhibere et ad taedium usque repetere solebant; quod quidem Aristophanes sapientissimus poeta, qui antiquo instituto modice usus erat, iure reprehendit in Nubibus v. 533:

Ὡς δὲ σώφρων ἐστὶ φύσει, σκέψασθ'· ἥτις πρῶτα μὲν
Οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκύτινον καθειμένον,
Ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχύ, τοῖς παιδίοις ἵν' ᾖ γέλως.

in quibus versibus Sannyrionem potissimum notari credo: quamquam enim antiqui interpretes omnes, quinam comicus intelligendus sit, non prodiderunt memoriae, veri tamen simillimum est, Aristophanem certum quendam poetam vexavisse: solus Scholiasta Brunckii haec adscripsit: *Τοῦτο φησὶ διὰ τὸν Ἕρμιππον καὶ τὸν Σιμέρμωνα τὸν τούτου ὑποκριτήν*, verum errore haec puto huc relata esse, cum pertineant manifesto ad v. 537:

Οὐδὲ πρεσβύτης ὁ λέγων τἄπη τῇ βακτηρίᾳ
Τύπτει τὸν παρόντ' ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα.

ibi enim Hermippum tangi quidam existimarunt, vid. Schol. sed de his versibus dicetur infra. Hic vero Sannyrionem rideri credo, quem eodem nomine perstringit Strattis apud Athen. XI. p. 551 C. *Περὶ δὲ τοῦ Σαννυρίωνος καὶ Στράττις ἐν Ψυχασταῖς φησί·*

Σαννυρίωνος σκυτίνην ἐπικουρίαν.

neque enim Strattis Sannyrionis exilitatem risit, id quod facile quis ex Athenaei verbis coniiciat, sed ut mihi quidem videtur, obscenum illud spectaculum, quo invento usus Sannyrio ille, qui frigidis iocis ludere solitus erat, risum spectantibus excutere studuit, ut fabulam, quae alioqui cecidisset, populo probaret: illud igitur inventum Strattis non inscite *σκυτίνην ἐπικουρίαν* vocavit, quod cum audirent spectatores, unicuique statim in mentem revocari necesse erat proverbium satis ore vulgi tritum, *συκίνη ἐπικουρία,* quo Graeci debile et infirmum auxilium significabant: quamquam fieri potuit, ut comicus simul hominis gracilitatem subindicaverit. Athenaeus vero nihil aliud hoc exemplo allato videtur probare voluisse, nisi hoc, etiam a Strattide Sannyrionem vexatum esse: poterat autem alio loco eiusdem comici uti, qui ipsius proposito accommodatior erat, vid. Pollux X. 189: *Ὅθεν καὶ Στράττις ἐν Κινησίᾳ τὸν Σαννυρίωνα διὰ τὴν ἰσχνότητα κάνναβον καλεῖ.* Sannyrionem autem ab Aristophane notatum esse minime abhorret a veri similitudine, quandoquidem etiam ille Aristophanem attigerit, vid. Scholiast. Platonis Apolog. p. 331 ed. Bekker: *Σαννυρίων ἐν Γέλωτι τετράδι αὐτὸν (Ἀριστοφάνη) φησὶ γενέσθαι.* quamquam haec nolo in eam partem interpretari, ac si alter alterum vindictae causa laeserit.

Fortasse autem Sannyrio illud spectaculum exhibuit in illa ipsa comoedia, cui *Γέλως* nomen fuit, in qua etiam Meletum tragicum risit, vid. Athen. XII. p. 551 C; verum enim vero haec admodum dubia et incerta sunt.

Iam plura vestigia antiqui illius moris in comoediis sine dubio animadverteremus, si et illarum rationem accuratius haberemus perspectam, et plures fabulae integrae essent servatae. Neque vero existimandum est ex his phallicis carminibus solis primordia comoediae apud Graecos repetenda esse: errant enim, qui ita censent, quique arbitrantur infuisse etiam hominum cavillationem maledicendique licentiam. Sane chori carmina, quae perfecta comica ars exhibet, ad phallicas istas cantilenas revocanda sunt: at fuit etiam aliud quoddam institutum, coniunctum illud quidem cum phallica pompa, ex quo incrementa cepit comoedia. Servi enim illi, qui phallos gerentes praecedebant choros puerorum atque virorum ingenuorum, illo ipso die, quo Bacchica sacra celebrabantur, summa effusaque licentia usi, dicteria quamvis abiecta nec satis urbana vel in ipsos heros coniicere solebant: quae quidem res cum admodum placuisset, videntur ita instituisse ut servi qui ingenio ceteris praestarent, inter phallicas cantilenas ludicra et actione et dictione spectantium animos exhilararent; quin postero tempore fortasse meditati alternis versibus lasciva quaedam atque rustica opprobria in se coniecerunt: sane autem servos, quorum ingenia ad procacitatem scurrilitatemque sunt propensa, ista iocandi ridendique licentia uti decet. Talis fere Megarensium decantata illa fuit comoedia, de qua pauca quaedam dicam infra, ubi ad Eupolidis Prospaltios deducta erit oratio. Ex hac ipsa vernacula vellicandi vicissitudine Attica quoque comoedia incrementa cepit, videorque mihi istius consuetudinis vestigia quaedam non sane obscura in ipsis fabulis Atticorum poetarum detexisse. Aequales enim comicos quod in exordio fabularum servos inficeta multa nec satis digna iocantes inducant, Aristophanes saepius graviter reprehendit, ut in Parabasi Pacis v. 740 gloriatur, quod ipse artem musicam ad summum fastigium evexerit et suo exemplo atque etiam severa castigatione aemulos quoque docuerit, quo pacto ars ista sit amplificanda et ornanda, qui quidem antea vernas scurriles inducere haud sint veriti:

Πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς ἀντιπάλους μόνος ἀνθρώπων κατέπαυσεν
Ἐς τὰ ῥάκια σκώπτοντας ἀεὶ καὶ τοῖς φθειρσὶν πολεμοῦντας,
Τούς θ᾽ Ἡρακλέους τοὺς μάττοντας καὶ τοὺς πεινῶντας ἐκείνους
Τοὺς φεύγοντας κἀξαπατῶντας καὶ τυπτομένους ἐπίτηδες
Ἐξήλασ᾽ ἀτιμώσας πρῶτος, καὶ τοὺς δούλους παρέλυσεν,
Οὓς ἐξῆγον κλάοντας ἀεὶ καὶ τούτους οὕνεκα τουδί,
Ἵν᾽ ὁ σύνδουλος σκώψας αὐτοῦ τὰς πληγάς, εἶτ᾽ ἀνέροιτο·
Ὦ κακόδαιμον, τί τὸ δέρμ᾽ ἔπαθες; μῶν ὑστριχὶς εἰσέβαλέν σοι
Εἰς τὰς πλευρὰς πολλῇ στρατιᾷ κἀδενδροτόμησε τὸ νῶτον;

Τοιαῦτ' ἀφελὼν κακὰ καὶ φόρτον καὶ βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ
Ἐποίησε τέχνην μεγάλην ὑμῖν κἀπύργωσ' οἰκοδομήσας.

Ex quibus verbis satis superque colligere possumus, quam frigida et exilia dicteria fuerint, quibus servi ad modum Megaricae comoediae in illorum poetarum comoediis utebantur. Videtur autem Aristophanes in parabasi alius cuiusdam comoediae perditae, vel etiam in peculiari fabulae particula iocularia illa dicta graviter exagitasse. Iam quos potissimum poetas notaverit, non significat: sed postea quoque non paucos comicos hanc eandem pravam consuetudinem secutos esse, ipse Aristophanes in exordio Ranarum docet, ubi eo nomine Phrynichum, Amipsiam, Lycin deridet:

ΞΑ. Εἴπω τι τῶν εἰωθότων, ὦ δέσποτα,
Ἐφ' οἷς ἀεὶ γελῶσιν οἱ θεώμενοι;
ΔΙ. Νὴ τὸν Δί', ὅτι βούλει γε, πλὴν πιέζομαι·
Τοῦτο δὲ φυλάξαι, πάνυ γάρ ἐστ' ἤδη χολή.
ΞΑ. Μηδ' ἕτερον ἀστεῖόν τι; ΔΙ. Πλήν γ' ὡς θλίβομαι.
ΞΑ. Τί δαί; τὸ πάνυ γελοῖον εἴπω; ΔΙ. Νὴ Δία,
Θαρρῶν γ', ἐκεῖνο μόνον ὅπως μὴ 'ρεῖς; ΞΑ. Τὸ τί;
ΔΙ. Μεταβαλλόμενος τἀνάφορον ὅτι χεζητιᾷς.
ΞΑ. Μηδ' ὅτι τοσοῦτον ἄχθος ἐπ' ἐμαυτῷ φέρων
Εἰ μὴ καθαιρήσει τις, ἀποπαρδήσομαι;
ΔΙ. Μὴ δῆθ' ἱκετεύω, πλήν γ' ὅταν μέλλω 'ξεμεῖν.
ΞΑ. Τί δῆτ' ἔδει με ταῦτα τὰ σκεύη φέρειν,
Εἴπερ ποιήσω μηδέν, ὧνπερ Φρύνιχος
Εἴωθε ποιεῖν καὶ Λύκις κἀμειψίας
Σκευηφόρους ἑκάστοτ' ἐν κωμῳδίᾳ;
ΔΙ. Μή νυν ποιήσῃς· ὡς ἐγὼ θεώμενος,
Ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω,
Πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι.
ΞΑ. Ὦ τρισκακοδαίμων ἄρ' ὁ τράχηλος οὑτοσί,
Ὅτι θλίβεται μέν, τὸ δὲ γελοῖον οὐκ ἐρεῖ.

Et in Vespis quoque v. 55 negat poeta se tam abiecta et futilia argumenta tractare, quibus etiam tunc populus delectetur:

Μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα,
Μηδ' αὖ γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον.
Ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔστ' οὔτε κάρυ' ἐκ φορμίδος
Δούλω παραρριπτοῦντε τοῖς θεωμένοις,
Οὔθ' Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος.

qui quidem locus haud obscure indicat hanc consuetudinem ex Megarensium comoedia Athenas translatam esse: necesse autem est, istum morem antiquiorum poetarum exemplis confirmatum ita atticae comoediae inhaesisse, ut ne Aristophanes quidem ab eo prorsus desciscere ausus sit: animadvertimus enim comicum in plerisque fabularum exordiis servos loquentes inducere, etsi sedulo iocularibus istis et humilibus dictis abstinuit. Sic in primis Equitibus prodeunt in scenam Demosthenes et Nicias, tamquam populi quidam servi; item in Vesparum exordio Sosias et Xanthias Philo-

cleonem herum custodiunt eiusque morbum spectantibus non sine multis facetiis exponunt: in Pace autem duo servi cantharum nutrientes colloquuntur: nec non et in Thesmophoriazusis, qui cum Euripide loquitur Mnesilochus, servi fere conditionem prae se fert: in Ranis vero Xanthias cum Baccho, in Pluto denique altero Cario cum hero Chremylo sermones instituit. Illud certum videtur, phallicas illas cantilenas ab his vernaculis iocis probe distinguendas esse: videtur autem obscoena illa phallica musa neque postea prorsus conticuisse: nam, si recte coniicio, humiles illae et lascivae cantilenae, quum quamdiu antiqua comoedia floreret prorsus iacuissent aut rus essent relegatae, post, comicorum poetarum licentia refrenata, laetius etiam floruerunt et ad artis quandam speciem conformatae sunt: itaque choros in orchestra saltantes et phallica carmina canentes commemorat Hyperides apud Harpocrat. p. 100, 24: *Ἰθύφαλλοι· Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ᾽ Ἀρχεστρατίδου· Οἱ τοὺς ἰθυφάλλους ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ ὀρχούμενοι· ποιήματά τινα οὕτως ἐλέγετο ἐπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδόμενα, ὡς Λυγκεὺς ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς φησί.* Orator enim in illa oratione plura de re scenica illius temporis commemoravit, uti Eubulum mediae poetam comoediae appellavit, vid. Harpocrat. p. 88, 6 et de theorico disseruit, vid. ibid. p. 96, 28; videtur enim ibi aliquis accusatus esse, quod absens theoricum acceperit, id quod lege erat vetitum. Inprimis vero inde ab Alexandri magni temporibus, quibus etiam Bacchi religio atque cultus nova cepit augmenta, phallicae cantilenae, ad artis aliquam formam conformatae, et in theatris a choris recitabantur et pompis aliisque solemnitatibus adiunctae erant, vid. Hippolochus, qui in epistola apud Athen. V. p. 129 D. Carani Macedonis nuptias describens: *Ἡσυχίας δὲ γενομένης,* inquit, *ἐπεισβάλλουσιν ἡμῖν οἱ κὰν τοῖς Χύτροις τοῖς Ἀθήνησι λειτουργήσαντες, μεθ᾽ οὓς εἰσῆλθον ἰθύφαλλοι καὶ κληροπαῖκται, καί τινες καὶ θαυματουργοὶ γυναῖκες, εἰς ξίφη κυβιστῶσαι καὶ πῦρ ἐκ τοῦ στόματος ἐκριπίζουσαι γυμναί.* ubi ipsi illi, qui canunt has cantilenas, vocantur *ἰθύφαλλοι:* unde omnino homines lascivi atque improbi vocati sunt eodem nomine, vid. Demosth. in Cononem 14: *Εἰσὶν ἐν τῇ πόλει πολλοὶ καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν υἱεῖς, οἳ παίζοντες οἷα ἄνθρωποι νέοι, σφίσιν αὐτοῖς ἐπωνυμίας πεποίηνται καὶ καλοῦσι τοὺς μὲν ἰθυφάλλους, τοὺς δὲ αὐτοληκύθους, ἐρῶσι δ᾽ ἐκ τούτων ἑταιρῶν τινές κτλ.* cf. ibid. 16 et rursus 17: *Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τελοῦντες ἀλλήλους τῷ ἰθυφάλλῳ καὶ τοιαῦτα ποιοῦντες, ἃ πολλὴν αἰσχύνην ἔχει καὶ λέγειν, μὴ ὅτι γε δὴ ποιεῖν ἀνθρώπους μετρίους.* unde apparet, Demosthenis aetate phallicorum carminum magnam et pervulgatam fuisse lasciviam. Ingentem phallum in pompa, quam Ptolemaeus Philadelphus Alexandriae instituit, gestatum esse Callixenus Rhodius apud Athen. V. p. 201 E. narrat. Ita etiam Demetrio urbium expugnatori cum alii artifices tum ithyphalli obviam missi sunt, vid. Demochares ap. Athen. VI. p. 253 C: *Ἀλλὰ καὶ προσόδια καὶ χοροὶ καὶ ἰθύφαλλοι μετ᾽ ὀρχήσεως καὶ ᾠδῆς ἀπήντων αὐτῷ καὶ ἐφεστάμενοι κατὰ τοὺς*

ὄχλους ᾖδον ὀρχούμενοι καὶ ἐπᾴδοντες ὡς εἴη μόνος θεὸς ἀληθινὸς κτλ. ipsum vero ithyphallicum carmen Athenaeus ibidem ex Duridis Samii historia exscripsit, qui quidem ut conicio hoc carmen a fratre Lynceo per litteras accepit, vid. Harpocr. p. 100, 22: hoc autem carmen etsi externam speciem et formam phallicarum cantilenarum refert, tamen multum ab illis differt, neque enim hymnus est in Bacchi honorem, sed praeconium Demetrii, qui cum ipsis diis componitur. Seriora haec tempora suaque non antiqua illa manifesto respexit Semus Delius, qui in libro de paeanibus accurate de discrimine ithyphallorum et phallophororum disseruit, vid. Athen. XIV. p. 622 B seqq. neque de solo cultu externoque habitu, sed etiam de cantilenis et saltationibus exponit, addens phallophoros quem vellent ludicris dictis vexavisse: sed haec cum ex recentioris temporis consuetudine sint repetenda, nequaquam repugnant ei sententiae, quam supra proposui, olim phallicas cantilenas diversas fuisse ab singulorum hominum vellicatione. Haec igitur duo instituta, phallica carmina et servilia dicteria, incrementa fuerunt, ex quibus comoedia apud Graecos est propagata altasque deinde egit radices.

Fuerunt autem iam ante principes comicae poesis auctores, qui rudia illa et abiecta initia ad artis aliquam formam redigere studerent, ita ut quae ante subito et tumultuaria opera fundi essent solita, ea versibus comprehenderent: quamquam ne sic quidem poesis illa vocanda est. Fecit autem hoc primus apud Siculos Aristoxenus Selinuntius, vid. Hephaest. p. 45: Ἀριστόξενος δ' ὁ Σελινούντιος Ἐπιχάρμου πρεσβύτερος ἐγένετο ποιητής, οὗ καὶ αὐτὸς Ἐπίχαρμος μνημονεύει ἐν Λόγῳ καὶ Λογίνᾳ·

Ἡ τοὺς ἰάμβους καττὸν ἀρχαῖον τρόπον,
Ὃν πρᾶτος εἰσαγήσαθ' Ὠριστόξενος.

καὶ τούτου τοίνυν τοῦ Ἀριστοξένου μνημονεύεταί τινα τούτῳ τῷ μέτρῳ γεγραμμένα·

Τίς ἀλαζονίαν πλείσταν παρέχει τῶν ἀνθρώπων; τοὶ μάντεις.

Vel ex hoc versu possumus colligere, quales fuerint istius Aristoxeni sive iambi sive comoediae vocandae sunt: videntur enim in Sicilia comoediae incrementa plane eadem fuisse, quae in ipsa Graecia, cf. Aristotel. c. 3: Τῆς μὲν κωμῳδίας οἱ Μεγαρεῖς (ἀντιποιοῦνται) οἵ τε ἐνταῦθα ὡς ἐπὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατίας γενομένης καὶ οἱ ἐκ Σικελίας, ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητής, πολλῷ πρότερος ὢν Χιωνίδου καὶ Μάγνητος. Apud Atticos vero Susario, Myllus, Chionides, Ecphantides, alii comoediam quodammodo instauraverunt, cum inde ab eo tempore dicteria non subito funderentur, sed praemeditata essent et vero etiam numeris vincta. Quamquam autem illae comoediae ad artis aliquam formam accedebant, non tamen vere dramata vocanda sunt, cum humi serperent, et argumenta essent exilia, leviuscula, abiecta, quae tam venustate quam gravitate carerent. Itaque iure Epicharmus primus comoediae habendus est auctor, cum primus perfectam poesis speciem exhi-

buerit. Rectissime igitur grammaticus, cuius excerpta de comoedia servata sunt apud Dindorf. p. XII: Ἐπίχαρμος, ait, οὗτος πρῶτος τὴν κωμῳδίαν διερριμμένην ἀνεκτήσατο, πολλὰ προσφιλοτεχνήσας· χρόνοις δὲ γέγονε κατὰ τὴν ογ´ Ὀλυμπιάδα, τῇ δὲ ποιήσει γνωμικὸς καὶ εὑρετικὸς καὶ φιλότεχνος. Epicharmus igitur, cum suopte ingenio et inveniret et inventa conformaret ad artis egregiam speciem, ita ut in singulari gravitate adesset etiam quaedam suavitas, recte dicitur Aristoteli primus μύθους ποιεῖν. Apud Atticos vero, si a Magnete, poeta antiquiore, sed longe illis ingeniis inferiore, quae subsecuta sunt, discesserimus, primus omnium Cratinus trita via deserta inusitatum iter indagavit latiusque exspatiatus est. Neque tamen ita descivit ab antiquo more, ut animum prorsus averteret ab iis rebus, quae in vitae quotidianae consuetudine accidebant, aut ut abstineret a maledica illa singulorum hominum irrisione: sed dum singula sectatur nunquam obliviscitur quid sit summum, verum omnem rerum et divinarum et humanarum infinitam vim atque copiam apud Athenienses animo et cogitatione complexus retulit imitando ad eximiam pulcritudinis speciem, quae ipsius animo obversabatur, itaque et ipsius vitae imaginem et effigiem quandam sublimis illius speciei repraesentavit. Aristoteles vero, cum illam qua Cratinus erat usus maledicentiam atque irrisionem a divina artis specie alienam esse censeret, non hunc appellavit, quamquam ποιητικώτατος dicitur ab aliis (vid. Grammat. de comoed. p. XII), verum Cratetem dixit omnium primum res vel suopte ingenio invenisse vel e praesentia petiisse, quae ad divinam perfectamque artis speciem conformaverit, missa antiqua illa laedendi licentia: τῶν δὲ Ἀθήνησι Κράτης πρῶτος ἦρξεν ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας καθόλου ποιεῖν λόγους ἢ μύθους. Irrisionem enim singulorum hominum ἰαμβικὴν ἰδέαν vocat, itaque καθόλου Cratetem dicit dramata composuisse, conferas quod infra c. 9 summus philosophus dicit, ubi de poesis et historiae discrimine disserit: Ἡ μὲν γὰρ ποίησις μᾶλλον τὰ καθόλου, ἡ δ᾽ ἱστορία τὰ καθ᾽ ἕκαστον λέγει· ἔστι δὲ καθόλου μὲν τῷ ποίῳ τὰ ποῖ᾽ ἄττα συμβαίνει λέγειν ἢ πράττειν κατὰ τὸ εἰκὸς ἢ τὸ ἀναγκαῖον· οὗ στοχάζεται ἡ ποίησις ὀνόματα ἐπιτιθεμένη· τὰ δὲ καθ᾽ ἕκαστον, τί Ἀλκιβιάδης ἔπραξεν ἢ τί ἔπαθεν· ἐπὶ μὲν οὖν τῆς κωμῳδίας ἤδη τοῦτο δῆλον γέγονε· συστήσαντες γὰρ τὸν μῦθον διὰ τῶν εἰκότων, οὕτω τὰ τυχόντα ὀνόματα ἐπιτιθέασι καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ ἰαμβοποιοὶ περὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστον ποιοῦσιν. quibus verbis Aristoteles verissime differentiam, quae antiquam inter et mediam comoediam intercedit, descripsit: ad mediae autem comoediae rationem prope accedit Crates. Iam Aristoteles, quod dicit Cratetem non solum μύθους, verum etiam λόγους ποιεῖν, indicat illum non simpliciter fictam aliquam imaginem (μῦθον) proposuisse, verum quae est comoediae vis et natura etiam ex praesentia, ex aequalibus petiisse, quae quidem ad pulcritudinis veritatisque aeternam speciem retulerit (λόγον). Itaque μῦθος et λόγος apud Ari-

stotelem fere eodem modo differunt, quo apud nos *Dichtung* et *Wahrheit:* quod discrimen etiam ea confirmant, quae ibid. c. 9 leguntur de discrimine poesis et historiae: *Φανερὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων, καὶ ὅτι οὐ τὸ τὰ γενόμενα λέγειν, τοῦτο ποιητοῦ ἔργον ἐστίν, ἀλλ' οἷα ἂν γένοιτο καὶ τὰ δυνατὰ κατὰ τὸ εἰκὸς ἢ τὸ ἀναγκαῖον. Ὁ γὰρ ἱστορικὸς καὶ ὁ ποιητὴς οὐ τῷ ἢ ἔμμετρα λέγειν ἢ ἄμετρα διαφέρουσιν, εἴη γὰρ ἂν τὰ Ἡροδότου εἰς μέτρα τεθῆναι, καὶ οὐδὲν ἧττον ἂν εἴη ἱστορία τις μετὰ μέτρου ἢ ἄνευ μέτρων· ἀλλὰ τούτῳ διαφέρει, τῷ τὸν μὲν τὰ γενόμενα λέγειν, τὸν δὲ οἷα ἂν γένοιτο· διὸ καὶ φιλοσοφώτερον καὶ σπουδαιότερον ποίησις ἱστορίας ἐστίν.* Illustrant vero hoc verborum discrimen etiam alii auctores, uti Plato, qui ad Aristotelis usum proxime accessit in Phaedone p. 61 B: *Οὕτω δὴ πρῶτον μὲν εἰς τὸν θεὸν ἐποίησα, οὗ ἦν ἡ παροῦσα θυσία· μετὰ δὲ τὸν θεόν, ἐννοήσας ὅτι τὸν ποιητὴν δέοι, εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μύθους, ἀλλ' οὐ λόγους, καὶ αὐτὸς οὐκ ἦν μυθολογικός, διὰ ταῦτα οὓς προχείρους εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους τοὺς Αἰσώπου, τούτων ἐποίησα οἷς πρώτοις ἐνέτυχον.* Iam missa longiore hac disputatione e Cratetis fragmentis pauca quaedam tractanda seligam.

Ex Cratetis Vicinis fragmentum attulit Athenaeus XV. p. 690 D: *Βασιλείου δὲ μύρου μνημονεύει Κράτης ἐν Γείτοσι λέγων οὕτως·*
Γλυκύτατον δ' ὦ Ζεῦ βασιλείου μύρου. Ita libri: Porsonus ad Odyss. V. v. 455 *ὦζε* scripsit, idque recepit Dindorfius, et profecto hoc requiritur: compares Cratinum iuniorem in Gigantibus apud Athen. XIV. p. 661 E:

Ἐνθυμοῦ δὲ τῆς γῆς ὡς γλυκὺ
Ὄζει, καπνός τ' ἐξέρχετ' εὐωδέστατος.

Sic ista corrigo: loquitur enim poeta de Gigantum felicitate, quibus et terra et fumus suavissime oleat. Aristophanes in Acharnensibus v. 852:

Ὄζων κακὸν τῶν μασχαλῶν
Πατρὸς τραγασαίου.

et in Equitibus v. 892:

Οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ, βύρσης κάκιστον ὄζων.

et in Vespis v. 38:

Ὄζει κάκιστον τοὐνύπνιον βύρσης σαπρᾶς.

et Pherecrates in Corianno:

Ἢν γὰρ τράγῃ τις, τοῦ στόματος ὄζει κακόν.

At ut Porsonus recte animadverterit, *ὦζε* requiri, non tamen vidit omnia: scribendum est:

Γλυκύτατον ὦ Ζεῦ δ' ὦζε βασιλείου μύρου.

nam illud *ὦ Ζεῦ* est accommodatissimum: similiter iurisiurandi formula adiecta est apud Aristophanem in Thesmophor. v. 254:

Νὴ τὴν Ἀφροδίτην, ἡδύ γ' ὄζει ποσθίου.

et in Lysistrata v. 206:

Καὶ μὰν ποτόσδω γ' ἀδὺ ναὶ τὸν Κάστορα.

Aliud huius fabulae fragmentum satis corruptum legitur apud Athenaeum IX. p. 396 D, ubi grammaticus de voce γαλαθηνὸς disputans Cratetis quoque utitur exemplo: videntur autem illi versus sic redintegrandi esse:

Νυν μὲν γὰρ ἡμῖν πᾶσι παιδικῶν ἅλις,
Ὅκως περ ἀρνῶν ἐστι γαλαθηνῶν τε καὶ
Χοίρων.

induxit enim poeta hominem quendam Ionem, voluptatibus libidinibusque ex more gentis deditum.

In *Feris* Crates id, quod primus orsus erat Cratinus, secutus est, ut felicitatis priscae imaginem exhiberet laetissimam eiusque recuperandae spem faceret certissimam. A Feris autem inscripsit Crates fabulam, quoniam ipsas bestias loquentes induxit cum hominibus: erat enim apud Graecos fama late dispersa et divulgata, antiquitus, cum Saturnium illud fuerit aevum, brutas quoque bestias mente quadam et ratione praeditas fuisse ad hominumque commercia et consuetudinem propius accessisse; itaque etiam abstinuisse homines carnibus ferinis; vide quae Plato antiquam illam memoriam secutus in Politico p. 272 B, disserit: *Εἰ μὲν τοίνυν οἱ τρόφιμοι τοῦ Κρόνου, παρούσης αὐτοῖς οὕτω πολλῆς σχολῆς καὶ δυνάμεως πρὸς τὸ μὴ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θηρίοις διὰ λόγων δύνασθαι συγγίγνεσθαι, κατεχρῶντο τούτοις σύμπασιν ἐπὶ φιλοσοφίαν μετά τε θηρίων καὶ μετ' ἀλλήλων ὁμιλοῦντες καὶ πυνθανόμενοι παρὰ πάσης φύσεως εἴ τινά τις ἰδίαν δύναμιν ἔχουσα ᾔσθετό τι διάφορον τῶν ἄλλων εἰς συναγυρμὸν φρονήσεως, εὔκριτον ὅτι τῶν νῦν οἱ τότε μυρίῳ πρὸς εὐδαιμονίαν διέφερον· εἰ δὲ ἐμπιπλάμενοι σίτων ἅδην καὶ ποτῶν, διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους καὶ τὰ θηρία μύθους, οἷοι δὴ καὶ τανῦν περὶ αὐτῶν λέγονται.* In hac autem, quam Crates repraesentavit imagine, largissimam facetiarum et hilaritatis fuisse materiam facile quilibet intelligit: possumusque etiam nunc ex paucis licet fragmentis aliquatenus cognoscere, qua ratione poeta in hoc argumento tractando fuerit versatus. Et ad felicitatem illam pertinent duo versiculi, qui leguntur apud Harpocrationem p. 143 et Photium p. 399, 11: *Παρουσία· ἀντὶ τοῦ περιουσία ἢ αἰτία πλούτου οὐσία. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συντάξεως καὶ Δείναρχος ἐν τῷ ὑπὲρ τῆς νεὼς καὶ Κράτης Θηρίοις·*

Ἔχοντες εὐπαθῆ βίον
Παρουσίαν τε χρημάτων.

Aliud insigne fragmentum huius fabulae, sed satis depravatum legitur apud Pollucem VI. 53: *Ἔστι δὲ καὶ γαστρίδιον ἡδυσμένον, ὃ καὶ τάκωνας ἔνιοι κεκλῆσθαι οἴονται παρὰ Κράτητι τῷ κωμικῷ μόνῳ καὶ ἅπαξ εἰρηκότι ἐν Θηρίοις· Οὐκ ἄρ' ἐστὶν οὐδὲν κρέας, ὡς ὑμεῖς λέγετ', οὐδ' ὅτι ἐδόμεθα, οὐδὲ τάκωνας ποιησόμεθα οὐδ' ἀλλάντας· οἱ δὲ οἴονται τοὺς τάκωνας ἐκ ταγήνου κρέας καὶ στέατος τροχοὺς σὺν αλσὶ καὶ ξηροῖς ἡδύσμασι κοπέντας.* Equidem Cratetem ita scripsisse existimo:

Οὐκ' ἄρ ἔτ' οὐδὲν κρέας, ὡς ὑμεῖς λέγετ', οὐδ' ὁτιοῦν ἐδόμεσθα,
Οὐδ' ἐξ ἀγορᾶς, οὐδὲ τάκωνας ποιησόμεθ' οὐδ' ἀλλᾶντας;

Τάκωνες genus edulii ex carne pingui potissimum confectum esse docet etiam Hesychius: *Τακῶνες· τροχίσκοι στέατος κεκομμένου μεθ' ἁλῶν καὶ ξηρῶν καὶ ἀρτυμάτων.* ubi fortasse scribendum *μεθ' ἁλῶν καὶ κρεῶν καὶ ξηρῶν ἀρτυμάτων. Οὐδ' ὁτιοῦν* quod restitui, sententiae accommodatissimum est, Graecis autem usitatissimum. Hesychius: *Οὐδ' ὁτιοῦν· οὐδὲ τὸ συνόλον.* idem: *Μηδ' ὁτιοῦν· μηδέ τι ποτε.* Aristophanes in Vespis v. 598:

Σὺ δὲ τὸν πατέρ' οὐδ' ὁτιοῦν τούτων τὸν σαυτοῦ πώποτ' ἔδρασας.

et in Pluto v. 598:

Ἀλλὰ φθείρου καὶ μὴ γρύξῃς
Ἔτι μηδ' ὁτιοῦν.

Xenarchus apud Athen. XIII. p. 559 A:

Ὧν ταῖς γυναιξὶν οὐδ' ὁτιοῦν φωνῆς ἔνι.

Plato in Euthydemo p. 287 D: *Καὶ νῦν οὐδ' ὁτιοῦν ἀποκρίνει, ἅτε γιγνώσκων ὅτι οὐ δεῖ.* Xenophon in Cyropaedia I. 6, 12: *Ἐπεὶ δ' ἐγώ σοι λέγων τἀληθῆ εἶπον ὅτι οὐδ' ὁτιοῦν περὶ τούτου ἐπεμνήσθη, ἐπήρου με πάλιν εἴ τί μοι ὑγιείας πέρι ἢ ῥώμης ἔλεξε.* Iam vero hoc fragmentum cum alio quodam ex eadem fabula iungendum censeo, quod legitur apud Athenaeum III. p. 119 C, ubi de taricho agit, *Κράτης Θηρίοις·*

Καὶ τῶν ῥαφάνων ἕψειν χρή,
Ἰχθῦς τ' ὀπτᾶν τούς τε ταρίχους,
Ἡμῖν δ' ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθαι.

Sic in tres versiculos dispescuit Dindorfius: rectius Meinekius Qu. Scen. I. p. 29 tetrametros esse intellexit, nisi quod putat versum priorem inchoari ab his ipsis verbis *καὶ τῶν ῥαφάνων ἕψειν χρή*, clausulam autem excidisse: verum his ipsis verbis clausula continetur. Ceterum *ἡμῶν* pro *ἡμῖν* scribendum esse in aperto est, itaque correxit etiam Meinekius. Sic igitur quae diremta leguntur apud Athenaeum et Pollucem, conglutinanda sunt:

ΘΗ. Καὶ τῶν ῥαφάνων ἕψειν χρή,
Ἰχθῦς τ' ὀπτᾶν τούς τε ταρίχους, ἡμῶν δ' ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθαι.
ΑΝΘ. Οὐκ ἄρ' ἔτ' οὐδὲν κρέας, ὡς ὑμεῖς λέγετ', οὐδ' ὁτιοῦν ἐδόμεσθα,
Οὐδ' ἐξ ἀγορᾶς, οὐδὲ τάκωνας ποιησόμεθ' οὐδ' ἀλλᾶντας;

Neque vero hoc potest esse offensioni, quod hi versus minus leniter defluunt; bis enim anapaesti tetrametri spondeo terminantur, quod comici ut evitarent sedulo dederunt operam: numeri enim naturae sane adversatur spondeus extremo versu admissus: conferas Steph. Byz. v. *Τελμισσός· — Τελμισσεύς· καὶ δρᾶμα Ἀριστοφάνους Τελμισσεῖς· λέγεται καὶ τετρασυλλάβως Τελμισσεῖς, ὡς αὐτὸς ἐν αὐτῷ·*

Ὡς ἂν τίς ἂν ᾖ τί ποιήσας, ὦ Τελμισσῆς;

καὶ πάλιν·

Φέρε δὴ τοίνυν ταῦθ' ὅταν ἔλθῃ, τί ποιεῖν χρή μ' ὦ Τελμισσεῖς;

Ἔστι δὲ τὸ μέτρον ἀναπαιστικὸν τετράμετρον καταληκτικόν, ου πρὸ τῆς τελευταίας συλλαβῆς ἀνάπαιστος τάττεται, σπανιαίτατα δὲ σπονδεῖος. Igitur Aristophanes, ne numeri tenorem perverteret, auriumque iudicium laederet, vel in nomine proprio, in quo quidem talis licentia plurimum habet excusationis, studiose vitavit spondeum, maluitque insolentem novare formam, quam isto pede uti. At vero etiam spondeo aliquoties locum concessum fuisse ille ipse Grammaticus testatur: et Dorienses quidem, quorum anapaesti erant graves et compositi, saepius retardato hoc numero videntur usi esse: quem eundem aliquoties in Atticorum dimetris animadvertimus, vide quae dicta sunt supra p. 162: maxime vero in Doricis poetis, uti est in Tyrtaei versibus Fr. IX. ed. Gaisf.:

Ἄγετ' ὦ Σπάρτας εὐάνδρου
Κοῦροι πατέρων πολιῆται,
Λαιᾷ μὲν ἴτυν προβάλεσθε,
Δόρυ δ' εὐτόλμως πάλλοντες
Μὴ φειδόμενοι τᾶς ζωᾶς·
Οὐ γὰρ πάτριον τᾶς Σπάρτας.

Atque ita vel ipse Cratinus in Ulixibus apud Hephaestionem p. 46 hunc finxit versum:

Ὡς ἂν μᾶλλον τοῖς πηδαλίοις ἡ ναῦς ἡμῶν πειθαρχῇ.

maxime autem prisca illa et obsoleta comoedia, qualis fuit ante Cratinum, spondeos admisisse videtur. Itaque etiam Crates, etsi hic facile potuisset asperitatem numerorum evitare, uti in altero versu paulo elegantius scripsisset:

Οὐδ' ἀλλᾶντας ποιησόμεθ' οὐδὲ τάκωνας.

in hac quoque re ad antiquissimorum comicorum usum se composuit; ita Aristoxenum Selinuntium tales versus composuisse compertum habemus ex Hephaestione p. 45:

Τίς ἀλαζονίαν πλείσταν παρέχει τῶν ἀνθρώπων; τοὶ μάντεις.

Aristoxenus autem prope ad Megarensium comoediam accessisse censendus est: Selinus enim colonia fuit a Megarensibus deducta. Crates autem etsi altius se extulit pulcramque speciem studiose sectatus est, non tamen prorsus abhorret a Megarica illa et vetere comoedia, erantque eius facetiae ad istorum comicorum similitudinem aliquam compositae, quod vel maxime docet illud fragmentum ex Samiis, quod apud Athenaeum III. p. 117 B. legitur:

Σκυτίνῃ ποτ'. ἐν χύτρᾳ τάριχος ἐλεφάντινον
Ἧψε ποντιὰς χελώνη πευκίνοισι κύμασιν,
Καρκίνοι ποδάνεμοί τε καὶ τανύπτεροι λύκοι
Ὑσοριμαχεῖν ἄνδρες οὐρανοῦ καττύματα·
Παῖ' ἐκεῖνον, ἄγχ' ἐκεῖνον, ἐν Κίῳ τίς ἡμέρα;

Praetereo alia, quae etiam nunc in exiguis quamvis fabularum reliquiis facili opera deprehendi possunt. Ita Cratetem consentaneum est numeros quoque nonnumquam ad istum modum conformavisse. Induxit autem poeta festivissimus Feras loquentes, lingua enim usae erant prisco tempore, (compares praeter alios Xenophontem in Commentariis Socratis II. 7, 13: *φασὶ γάρ, ὅτι φωνήεντα τὰ ζῶα, τὴν οἶν πρὸς τὸν δεσπότην εἰπεῖν κτλ.*) quae flagitarent ab hominibus, ut in posterum, si ad felicitatem aliquam vellent pervenire, sibi parcerent et a carnium esu abstinerent: antiqui enim illi homines nullam omnino carnem comederant, sed parco victu contenti vitam egerant sobriam et piam: vide Dicaearchum apud Hieronym. T. IX. p. 230. Itaque et Pythagoras docuit carnes nullas edendas esse et Empedocles flagitium summum iudicavit, si quis feram mactasset, v. 312 ed. Sturz, ubi de pristina felicitate agit:

Ταύρων δ' ἀκρήτοισι φόνοις οὐ δεύετο βωμός,
Ἀλλὰ μύσος τοῦτ' ἔσκεν ἐν ἀνθρώποισι μέγιστον
Θυμὸν ἀπορραίσαντας ἐέδμεναι ἠέα γυῖα.

Censuerunt enim nobis cognationem quandam esse cum brutis animalibus, communi stirpe omnia oriunda esse, itaqne etiam homines in bestiarum effigiem reverti: vid. Sextus Empir. adv. Mathem. IX. 127: *Οἱ περὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα καὶ τῶν Ἰταλῶν πλῆθος φασί, μὴ μόνον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναί τινα κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων· ἓν γὰρ ὑπάρχειν πνεῦμα, τὸ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου διῆκον, ψυχῆς τρόπον, τὸ καὶ ἑνοῦν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα· διόπερ καὶ κτείναντες αὐτὰ καὶ ταῖς σαρξὶν αὐτῶν τρεφόμενοι, ἀδικήσομέν τε καὶ ἀσεβήσομεν, ὡς συγγενεῖς ἀναιροῦντες· ἔνθεν καὶ παρῄνουν οὗτοι οἱ φιλόσοφοι ἀπέχεσθαι τῶν ἐμψύχων καὶ ἀσεβεῖν ἔφασκον τοὺς ἀνθρώπους·*

Βωμὸν ἐρεύθοντας μακάρων θερμοῖσι φόνοισι.

καὶ Ἐμπεδοκλῆς που φησίν·

Οὐ παύσεσθε φόνοιο δυσηχέος, οὐκ ἐσορᾶτε
Ἀλλήλους δάπτοντες ἀκηδείῃσι νόοιο;

καὶ

Μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας
Σφάζει ἐπευχόμενος, μέγα νήπιος· οἱ δ' ἐπορεῦνται
Λισσόμενον θύοντες· ὁ δὲ νήκουστος ὁμοκλέων.
Σφάξας δ' ἐν μεγάροισι κακὴν ἀλεγύνατο δαῖτα.
Ὡς δ' αὔτως πατέρ' υἱὸς ἑλὼν καὶ μητέρα παῖδες
Θυμὸν ἀπορραίσαντε φίλας κατὰ σάρκας ἔδουσιν.

Ita enim haec emendanda censeo. Itaque Crates simplicem illam et beatam vitam, quam antiquitus homines degisse perhibebantur, revocatum iri docuit, ubi primum ad virtutem honestatemque mentes hominum fuerint revocatae: ex ampla hac descriptione Athenaeus duas insignes reliquias servavit VI. p. 267 E: *Κράτης Θηρίοις·*

A. Ἔπειτα δοῦλον οὐδὲ εἷς κεκτήσετ' οὐδὲ δούλην.
B. Ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ δῆτ' ἀνὴρ γέρων διακονήσει;
A. Οὐ δῆθ'· ὁδοιποροῦντα γὰρ τὰ πάντ' ἐγὼ ποιήσω.
B. Τί δῆτα τοῦτ' αὐτοῖς πλέον; *A.* Πρόσεισιν αὔθ' ἕκαστον
Τῶν σκευαρίων ὅταν καλῆται· παρατιθοῦ τράπεζα.
Αὕτη παρασκεύαζε σαυτήν· μάττε θυλακίσκε.
Ἔγχει κύαθε· ποὖσθ' ἡ κύλιξ; διάνιζ' ἰοῦσα σαυτήν.
Ἀνάβαινε μάζα· τὴν χύτραν χρῆν ἐξερᾶν τὰ τεῦτλα.
Ἰχθὺ βάδιζ', ἀλλ' οὐδέπω 'πὶ θάτερ' ὀπτός εἰμι.
Οὔκουν μεταστρέψας σεαυτὸν ἅλι πάσεις ἀλείφων;

Scripsi v. 5 ὅταν καλῆται, vulgo καλῇ τι legitur: numero versus cave offendaris: nam eadem incisio etiam in subsequente versu admissa est:

Αὕτη παρασκεύαζε σαυτήν· μάττε θυλακίσκε,

et in extremo:

Οὔκουν μεταστρέψας σεαυτὸν ἅλι πάσεις ἀλείφων.

Cetera ab hominibus doctis satis recte emendata sunt. Finxit autem Crates redeunte aureo saeculo fore, ut nullus sit usus servorum servarumque, ut bestiae ferae volentes hominibus obediant, ut omnia sua sponte ex humana voluntate fiant, omninoque omnium rerum summa sit copia atque abundantia; omnem autem vitae instituendae rationem simplicem fore atque proxime ad priscam illam disciplinam accessuram esse. Crates igitur, huius priscae simplicitatis et felicitatis amorem ut iniiceret Atheniensibus, induxit aliquem, qui haec ipsa revocaret et restitueret: sed ut perspicua imagine doceret, quantopere desciverint ab simplici victu atque cultu, contra exhibuit alium, qui Atheniensibus vitam amoenissimam et delicatissimam proponeret: quorsum spectat alterum fragmentum apud Athenaeum ibidem: Ἑξῆς δὲ μετὰ ταῦτα ὁ τὸν ἐναντίον τούτῳ παραλαμβάνων λόγον φησίν·

Ἀλλ' ἀντίθες ται· ἐγὼ γὰρ αὐτὰ τἄμπαλιν,
Τὰ θερμὰ λουτρὰ πρῶτον ἄξω τοῖς ἐμοῖς
Ἐπὶ κιόνων ὥσπερ διὰ τοῦ παιωνίου
Ἀπὸ τῆς θαλάσσης, ὥσθ' ἑκάστῳ ῥεύσεται
Εἰς τὴν πύελον· ἐρεῖ δέ, θὔδωρ ἀνέχεται.
Εἶθ' ἀλάβαστος εὐθέως ἥξει μύρου
Αὐτόματος ὁ σπόγγος τε καὶ τὰ σάνδαλα.

Versu 1 scripsi αὐτὰ τἄμπαλιν, vulgo πάμπαλιν legitur: conferas Phrynichum in Bekkeri Anecd. T. I. p. 4, 16: Αὐτὰ τοὔμπαλιν λέγεις. οἷον αὐτὸ τοὐναντίον λέγεις· εἴποις δ' ἂν καὶ αὐτὸ τοὐναντίον· τὸ μέντοι αὐτὸ πρόσκειται νῦν σημαῖνον τὰ ἀκριβῶς καὶ ἀληθῶς. Hoc quidem loco explicatur iis quae subsequuntur, τὰ θερμὰ λουτρὰ κτλ., contrariam enim prorsus et dissimilem vitam ille, quisquis est, suis se dicit exhibiturum esse. — v. 4 correxi vulgatam scripturam ἐπὶ τῆς θαλάσσης: hoc enim dicere videtur ille quicunque est, se tepidam aquam super columnas per canales quasi per medicabulum quoddam ex mari ducturum esse: παιώνιος

alias adiectivum est, uti apud Aeschylum in Agamemnone v. 821, 1170. Suppl. 1064 et in Mysis apud Photium p. 344:

Εὐχαῖς δὲ σώζοις δεσπότας παιωνίαις.

Aristoph. Acharn. 1211; hic vero pro substantivo accipiendum, *παιώνιον* sive *παιωνεῖον* (Photius p. 370, 22: *Παιωνεῖον· ἰατρεῖον, θεραπευτήριον. ἢ σωτήριον φάρμακον.* Scholiasta Aristoph. Acharn. v. 1211: *καὶ παιώνιον ἰατρεῖον, θεραπευτήριον ἢ σωτήριον φάρμακον.*) ut haec lavacra dicantur ad morem istorum, quae in medicorum officinis reperiantur, instituta esse. — v. 5 scripsi *ἐρεῖ δέ, θὕδωρ ἀνέχεται,* nisi forte malis *ἐρεῖς*, quod vulgo corruptissimum legitur: hoc enim dicere voluit poeta, *ubi iusseris, statim aqua sua sponte sistetur, desinet*; quod genus dicendi ibi potissimum usitatum est, ubi alacritas quaedam animi sermonisque vigor requiritur: ita est, ut uno exemplo defungar, apud Aristophanem in Acharnensibus v. 545:

Ἐρεῖ τις· οὐ χρῆν· ἀλλὰ τί χρῆν, εἴπατε.

nec minus Latini, uti Atta in Aedilicia apud Diomed. III. p. 487:

Daturin' estis aurum, exsultat planipes.

Tepida autem lavacra potissimum ab illo inter summa vitae felicis commoda referuntur, quoniam Athenienses delicatuli his illo tempore maxime delectabantur, a qua mollitie ii, qui strenue antiquam servabant disciplinam, prorsus abhorrebant, itaque Hermippus apud Athenaeum I. p. 18 C:

Μὰ τὸν Δί', οὐ μέντοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρὴ
Τὸν ἀγαθόν, οὐδὲ θερμολουτεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς.

et Aristophanes in Nubibus 1045:

ΑΔ. Ὅστις σε θερμῷ φησὶ λοῦσθαι πρῶτον οὐκ ἐάσειν.
Καίτοι τίνα γνώμην ἔχων ψέγεις τὰ θερμὰ λουτρά;
ΔΙ. Ὁτιὴ κάκιστόν ἐστι καὶ δειλὸν ποιεῖ τὸν ἄνδρα.
ΑΔ. Ἐπίσχες· εὐθὺς γάρ σ' ἔχω μέσον λαβὼν ἄφυκτον.
Καί μοι φράσον, τῶν τοῦ Διὸς παίδων τίν' ἄνδρ' ἄριστον
Ψυχὴν νομίζεις, εἰπέ, καὶ πλείστους πόνους πονῆσαι;
ΔΙ. Ἐγὼ μὲν οὐδέν' Ἡρακλέους βελτίον' ἄνδρα κρίνω.
ΑΔ. Ποῦ ψυχρὰ δῆτα πώποτ' εἶδες Ἡράκλεια λουτρά;
Καίτοι τίς ἀνδρειότερος ἦν; ΔΙ. Ταῦτ' ἐστί, ταῦτ' ἐκεῖνα,
Ἃ τῶν νεανίσκων ἀεὶ δι' ἡμέρας λαλούντων
Πλῆρες τὸ βαλανεῖον ποιεῖς κενὰς δὲ τὰς παλαίστρας.

Et ex comico aliquo poeta petitum est, quod Phrynichus Bekkeri T. I. p. 4, 1 affert, quod quidem ex parabasi petitum est, facileque numerum Eupolideum restitueris:

Θερμολουσίαις ἁπαλοί, μαλθακευνίαις ἁβροί.

Crates igitur utriusque vitae et honestae et delicatae imagine ante oculos proposita, eandem fere rationem et consilium secutus est, atque Prodicus sophista, cum nobilem illum locum de Hercule in bivio tractaret.

CAPUT II.

Pherecratem propter ingenii similitudinem statim subiungimus Crateti, etsi priorem sibi locum vindicant, si aetatis, non dignitatis habenda est ratio, Hermippus et Teleclides. Pherecrates autem quot fabulas scripserit, non prodidit memoriae doctus ille Grammaticus apud Dindorfium p. XII. 24: *Φερεκράτης Ἀθηναῖος νικᾷ ἐπὶ θεάτρου γενόμενος, ὁ δὲ ὑποκριτὴς ἐζήλωκε Κράτητα· καὶ αὖ τοῦ μὲν λοιδορεῖν ἀπέστη, πράγματα δὲ εἰσηγούμενος καινὰ ηὐδοκίμει γενόμενος εὑρετικὸς μύθων.* Alius vero ibid. p. XVIII *Φερεκράτους* ait *δράματα ιη'.* Verum vix dubitari potest, quin ille locus corruptus sit, cum Grammaticus et tempus, quo quis primum fabulas docuerit et numerum comoediarum accurate exponere solitus sit, et praeterea mirum sit genus dicendi: *νικᾷ ἐπὶ θεάτρου γενόμενος:* itaque legendum existimaveram: *νικᾷ ἐπὶ πθ' Ὀλ. ἐπὶ τοῦ θεάτρου γενόμενος αὐτὸς ὑποκριτής, ἐζήλωκε δὲ Κράτητα,* nam sane circa octogesimam nonam Olympiadem Pherecrates comoedias videtur docuisse; at nunc censeo faciliore negotio scribendum esse *νικᾷ ια',* h. e. *ἑνδεκάκις,* ut Pherecrates dicatur undecim comoediis vicisse, quomodo hic ipse Grammaticus dixit supra: *Μάγνης δὲ Ἀθηναῖος ἀγωνισάμενος Ἀθήνησι νίκας ἔσχεν ια'.* Totidem autem fabulae omnium confessione tribuuntur Pherecrati, *Ἄγριοι, Αὐτόμολοι, Γρᾶες, δουλοδιδάσκαλος, Ἐπιλήσμων ἢ θάλασσα, Ἰπνὸς ἢ Παννυχίς, Κοριαννώ, Κραπάταλοι, Λῆροι, Μυρμηκάνθρωποι, Πετάλη, Τυραννίς, Ψευδηρακλῆς.* At fuerunt aliae praeterea, de quibus iam veteres magistri ambigebant, essentne ad Pherecratem auctorem referendae necne. Et primum quidem veteres critici dubitabant, an *Ἀγαθοὺς* vere docuerit Pherecrates: nam Athenaeus quidem in tribus locis, ubi *Bonorum* mentionem facit, a nonnullis ad Strattin auctorem hoc drama relatum esse docet: Pollux qui solus praeter hunc memoriam huius fabulae servavit, uti parum accurate in critica disciplina versari solet, Pherecrati non dubitanter tribuit X. 47: *Δίφροι ὀκλαδίαι, δίφροι διωχεῖς ἐν Φερεκράτους Ἀγαθοῖς εἰρημένοι, οἱονεὶ οἱ δύο ὀχοῦντες.* et VII. 198: *Ἰσχαδοπῶλαι δὲ Φερεκράτης ἐν τοῖς Ἀγαθοῖς καὶ Ἰσχαδωνῶν ἔφη.* Strattidi vero etiam Suidas tribuere videtur, siquidem is in numerum fabularum Strattidis, quas ordine s. v. *Στράττις* percenset, etiam refert *Ἀγαθοὺς ἤτοι Ἀργυρίου Ἀφανισμόν:* eodem modo haec etiam apud Eudociam leguntur. Meinekius quidem in Quaest. Scen. II. p. 64 censet importunum illud *ἤ τοι* plane de medio tollendum esse, ut duae diversae fabulae commemorentur, una *Ἀγαθοί,* sive Pherecratis sive Strattidis, altera *Ἀργυρίου ἀφανισμός,* cuius non minus incerta fuerit auctoritas. Existimat enim Meinekius hanc non esse diversam a cogno-

mine fabula, quae utrum Antiphanis an Epigenis esset veteres dubitarunt grammatici. Videtur autem maxime hoc argumento ad illam rationem ineundam inductus esse, quod ita sedecim fabulae a Suida recenseantur: totidem autem docuisse Strattidem prodit scriptor anonymus de comoedia: et recte ille quidem se habet numerus: verum Suidas praepostere et inepte titulos fabularum Strattidis congessit, ita ut hoc quidem argumentum nihil valeat. Nobis quidem tutius atque veri quoque similius videtur, in Suidae isto loco Ἀγαθοὶ ἢ Ἀργυρίου ἀφανισμὸς scribere: satis enim uterque titulus fabulae argumento convenit. Nam Pherecrates sive quicunque alius auctor, in hac comoedia, quantum quidem divinando assequi licet, finxit aureum quasi quoddam saeculum rursus redire, cum aurum evanuisset, cuius illecebris atque lenociniis, cum capti tenerentur homines, gravissima morum corruptela ac mutatio esset exorta, quo quidem saeculo homines otiosi et labis omnino expertes vitam bene beateque transigerent: itaque fabula modo Ἀγαθοὶ modo Ἀργυρίου ἀφανισμὸς est inscripta. Et hoc comoediae argumentum etiam ille locus illustrat, quo Athenaeus XV. p. 658 B. utitur, ubi de corollis disserit: *Κἀν τοῖς ἐπιγραφομένοις δὲ Ἀγαθοῖς. Φερεκράτης ἢ Στράττις φησί·*

Λουσάμενοι δὲ πρὸ λαμπρᾶς
Ἡμέρας ἐν τοῖς στεφανώμασιν, οἱ δ' ἐν τῷ μύρῳ
*Λαλεῖτε περὶ σισυμβρίων κοσμοσανδάλων τε.**)

Loquitur enim poeta de vita beata illorum, qui non ut olim publicas res crepent in foro, sed in unguentis et corollis tempus vario sermone fallant. In foro autem unguentario et corollario Athenis homines otiosi confabulari solebant, vid. supra. Copiam autem et affluentiam omnium rerum eo aevo futuram esse poeta finxit, quorsum spectare arbitror illos versus, quos Athenaeus X. p. 415 C. affert: *Τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ παρὰ Φερεκράτει ἢ Στράττιδι ἐν Ἀγαθοῖς, περὶ οὗ φησιν·*

A. Ἐγὼ κατεσθίω μόλις τῆς ἡμέρας
Πένθ' ἡμιμέδιμν' ἐὰν βιάζωμαι. B. Μόλις;
Ὡς ὀλιγόσιτος ἦσθ' ἄρ', ὃς κατεσθίεις
Τῆς ἡμέρας μακρᾶς τριήρους σιτία.

---

*) *Λαλεῖτε* scribendum esse perspexit Dobraeus ad Aristoph. Ecclesiaz. p. 196; nam codd. *λαλεῖται*, quod et sententiae et numeris adversatur, quamquam vulgo hunc versum non satis recte in duo membra discerpserunt, est enim Euripideus, quem appellant Grammatici, vid. Hephaestio p. 94: *Ἄλλο τούτου ἔλαττον κατὰ τὴν τελευταίαν συλλαβὴν τὸ καλούμενον Εὐριπίδειον τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον: οἷον παρὰ μὲν αὐτῷ Εὐριπίδῃ·*

Ἑῷος ἡνίχ' ἱππότας ἐξέλαμψεν ἀστήρ.

παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ·

Ἔνεστ' Ἀπόλλων τῷ χορῷ, τῆς λύρης ἀκούω·
Καὶ τῶν Ἐρώτων ἠσθόμην· ἔνεστι κἀφροδίτα.

Verum comici quoque poetae eodem numero usi sunt.

Induxit enim Pherecrates voracem quendam hominem, quem quotidie duos medimnos et dimidium fecit comedere, ita ut cibaria longae navis devoraverit: neque vero haec curiose ad calculum revocanda sunt, nam cum in triremi plerumque ducenti impositi fuerint homines, singulis autem choenix suffecerit, longae navis cibaria quotidiana quatuor medimnos cum hecteo sive sextario efficiunt. Iam vero haec fabula Pherecrate nequaquam indigna videtur fuisse: nam is quantopere praeter ceteros poetas in hac felicitate exornanda sibi placuerit, docet comoediarum magna pars: itaque nihil mirum si idem argumentum etiam in hac fabula novo quidem modo tractaverit: novitate enim inventi maxime insignem fuisse Pherecratem docet vetus ille grammaticus, cum eum *εὑρετικὸν μύθων* vocat atque *καινὰ πράγματα εἰσηγεῖσθαι* dicit: dispari igitur ratione in pari argumento usus tamen enitescere populoque placere potuit. Neque illud a Pherecratis ingenio abhorret, quod hominem voracem induxit, quod etsi mediae comoediae poetae potissimum commiserunt, non tamen antiqua comoedia eiusmodi personis prorsus abstinuit. Ita Epicharmus, cuius rationem et Crates et Pherecrates secuti sunt, in Busiride Herculem tanquam insatiabilem finxit: vid. Athen. X. p. 411 B:

Πρῶτον μὲν αἴκ' ἔσθοντ' ἴδῃς νιν, ἀποθάνοις·
Βρέμει μὲν ὁ φάρυγξ ἔνδοθ', ἀραβεῖ δ' ἁ γνάθος,
Ψοφεῖ δ' ὁ γόμφιος, τέτριγε δ' ὁ κυνόδων,
Σίζει δὲ ταῖς ῥίνεσσι, κινεῖ δ' οὔατα.

Qua quidem imagine antiquae Atticae comoediae poetae usque ad taedium spectantium usi sunt, quo nomine reprehenduntur ab Aristophane, qui hoc ad Megarensium iocularem comoediam relegat, vid. Vesp. v. 56:

Μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα,
Μηδ' αὖ γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον.
Ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔστ' οὔτε κάρυ' ἐκ φορμίδος
Δούλω παραριπτοῦντε τοῖς θεωμένοις,
Οὔθ' Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος.

quae male Scholiasta, in errorem inductus iis, quae subsequuntur, ad ipsum Aristophanem revocavit: *ἐν τοῖς πρὸ τούτου δεδιδαγμένοις δράμασιν εἰς τὴν Ἡρακλέους ἀπληστίαν πολλὰ προείρηται.* rectius alius interpres aemulos poetas notari censuit: *Ποιοῦσι δὲ τὸν Ἡρακλέα τοῦ γελοίου χάριν κεκλημένον εἰς δεῖπνον καὶ δυσχεραίνοντα διὰ τὸ βραδέως αὐτῷ παρατιθέναι τὰ ὄψα.* Ipse Aristophanes haec illustrat in Pacis parabasi v. 741, ubi recensens quibus ipse comicam artem auxerit et illustraverit, illud inter maxima merita refert, quod aemulos, qui semper esurientem Herculem exhibuerint, de scena abegerit:

Τούς θ' Ἡρακλέους τοὺς μάττοντας καὶ τοὺς πεινῶντας ἐκείνους,
Τοὺς φεύγοντας κἀξαπατῶντας καὶ τυπτομένους ἐπίτηδες
Ἐξήλασ' ἀτιμώσας πρῶτος.

ubi Scholiastae multa temere effutiunt, insunt tamen etiam, quae recte disputata esse videantur, uti illud: *Τινὲς δέ φασιν εἰς Κρατῖνον αἰνίττεσθαι, ὡς τοιαῦτα ποιοῦντα δράματα· ἐπεπόλασε δὲ ταῦτα τότε τὰ λήμματα.* et infra: *Ἐπεπόλαζε γὰρ τότε ταῦτα, Ἡρακλῆς πεινῶν καὶ Διόνυσος δειλὸς καὶ μοιχὸς Ζεύς, ὥστε καὶ αὐτοὺς δοκεῖν ἄχθεσθαι* (leg. fortasse *αὐτὸς* h. e. Aristophanes). Quod ille dicit Aristophanem Cratinum potissimum notare, verum arbitror: Aristophanes enim ubi primum in medium protulit fabulas, suo confisus ingenio, Cratinum potissimum, quem senescere animadvertisset, aggressus est et quae in eo sibi vitiosa viderentur magna libertate oris reprehendit itaque eius auctoritatem, quae tunc summa erat, admodum labefactavit. Et videtur sane Cratinus talia argumenta tractavisse, ita Herculis voracitas repraesentata fuit in Busiride, quo pertinet ille versus apud Pollucem X. 82:

Ὁ βοῦς ἐκεῖνος χῆ μόγις καὶ τἄλφιτα.

si quidem illa fabula ab antiquo hoc Cratino fuit conscripta: in Dionysalexandro autem mollities Bacchi sane in conspectu omnium collocabatur: in Nemesi denique Iovis adulterium exhibebatur. Et fuerunt fortasse aliae Cratini comoediae, quae in consimili argumento versatae sunt: verum quoniam neque primo neque secundo praemio dignae erant habitae, continuo aut ab ipso poeta deletae aut non ita multo post oblivione oblitteratae sunt. Verum Cratinus cum haec argumenta tractaret, semper tamen altius quid spectavit, id quod ceteri comici poetae aequales non curarunt: nihilominus Aristophanes Cratinum praeter ceteros hoc nomine videtur reprehendisse. At ipse quoque Cratinus aegre tulit, quod aequales poetae tam abiecta et illepida spectantibus perpetuo propinarent, quo spectant illa quae Scholiasta Aristophanis Pac. v. 740 affert:

Ὑπὸ δ' Ἡρακλέους πεινῶντος ἀεὶ
*Ταὐτὰ καὶ σκώπτοντος οὐ βιωτόν ἐστιν.**)

---

*) Legebatur *Κρατῖνος· ὑπὸ δὲ Ἡρακλέους πεινῶντος ἄγειν ταῦτα καὶ σκώπτοντος οὐ Βοιωτόν ἐστιν.* Porsonus ad Eurip. Hecub Praef. LVIII non perspecta loci sententia scripsit *συοβοιωτῶν*, quod sane dixit ipse Cratinus apud Schol. Pindari Olymp. VI. 151:

Οὗτοι δ' εἰσὶν συοβοιωτοί, κρουπεζοφόρον γένος ἀνδρῶν.

verum haec sententia requiritur: „non amplius tolerandae sunt illae comoediae, in quibus semper Hercules esuriens atque frigida dicteria effutiens exhibetur" Itaque scripsi *ἀεί*, nisi forte malis *ἄγαν*, deinde *ταὐτὰ καὶ σκώπτοντος*, h. e. qui eadem semper dicteria repetit, quod pertinet ad Megaricos illos inficetos iocos, de quibus dicetur infra: particula autem *καὶ* est postposita, vid. Dindorfium ad Aristoph. Acharn. v. 884, quamquam is non recte huc retulit Sophocl. Antigon. v. 718:

Ἀλλ' εἶκε θυμῷ καὶ μετάστασιν δίδου.

nam *εἴκειν θυμῷ* rectissime dictum est: Sophocles ut solet ad Homeri exemplum se accommodavit, qui de Meleagro placato dixit Il. IX. 597:

Ὣς ὁ μὲν Αἰτωλοῖσιν ἀπήμυνεν κακὸν ἦμαρ
Εἴξας ᾧ θυμῷ.

Deinde in Cratino *βιωτὸν* pro inepto illo *Βοιωτὸν* restitui.

quibus ille fortasse Ecphantidem maxime perstringit. Sed ut ad Pherecratem revertatur oratio, ea quae de argumento et ratione illius fabulae quae *Ἀγαθοὶ* inscripta fuit, comperta habemus, nequaquam eo me adducunt, ut Pherecrati abiudicem. Fortasse autem, si coniecturam sane incertam in medio proponere licet, cum Pherecrates lepidam hanc fabulam scripsisset, postea Strattis, cui hoc sollerter excogitatum placuisset, eandem fabulam paucis quibusdam fortasse immutatis aut detractis, quae a recentioris aetatis conditione abhorrebant, mutato praeterea titulo, (is enim *ἀργυρίου ἀφανισμὸν* inscripsisse videtur,) suo nomine repetiit, ut inde ista de auctore dubitatio facile potuerit oriri. Plane eodem modo ambigebant de auctore cognominis comoediae, quam alii Epigeni, alii Antiphani vindicabant: quae quidem fabula consimile argumentum tractavit; documento est illud fragmentum ap. Athenaeum IX. p. 409 D: *Περὶ δὲ τοῦ εὐώδεσιν χρίεσθαι τὰς χεῖρας Ἐπιγένης ἢ Ἀντιφάνης ἐν Ἀργυρίου ἀφανισμῷ οὕτως·*

Καὶ τότε
Πτέριν πατήσεις κἀπονίψει κατὰ τρόπον
Τὰς χεῖρας, εὐώδη λαβὼν τὴν γῆν.

Talem enim vitam finxit poeta, ubi homines mollem filicem calcarent et terra bene olente tanquam unguento usi abstergerent manus.

Iam de alia Pherecratis comoedia item veteres magistri ambigunt, quae fuit *Μεταλλεῖς* inscripta: quam Eratosthenes ad Nicomachum auctorem referre voluit, vid. Harpocrat. p. 126, 22: *Ἔστι δὲ καὶ δρᾶμα Φερεκράτους Μεταλλεῖς, ὅπερ Νικόμαχόν φησι πεποιηκέναι Ἐρατοσθένης ἐν ἑβδόμῳ περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας*: et de auctore comoediae dubitatum esse etiam Athenaeus XV. p. 685 A. indicat: *Ὁ δὲ πεποιηκὼς τοὺς εἰς αὐτὸν* (Pherecratem) *ἀναφερομένους Μεταλλεῖς φησὶν κτλ.* Eratosthenes autem maxime propter inusitatum genus dicendi, quod minus Atticum videretur, hanc fabulam Pherecrati, qui optimus attici sermonis auctor a grammaticis perhibebatur, abrogandam censuit: Eratosthenis iudicium secuti sunt viri summi Bernhardyus ad Eratosthen. p. 230 et Meinekius in Quaest. Scen. II. p. 33. Pertinet huc quod ex Eratosthene affert Photius p. 32, 12: *Εὐθὺς Λυκείου·* (sic scribendum, nam quod vulgo legitur *εὐθὺ Λυκείου* nullo pacto probari potest, etsi hoc ipso argumento utitur Bernhardy,) *τὸ εἰς Λύκειον· ὅθεν Ἐρατοσθένης καὶ διὰ τοῦτο ὑποπτεύει τοὺς Μεταλλεῖς· καὶ Εὐριπίδης οὐκ ὀρθῶς·*

Τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας ὁδόν.

At ego quidem non adducor, ut assentiar horum virorum iudicio et ob hanc solam causam fabulam Pherecrati abrogem. Ita hoc ipsum, quo Eratosthenes usus est, argumentum parum firmum est: nam etsi *εὐθὺ* ab *εὐθὺς* in communi sermone magno sane intervallo discretum erat, tamen eadem origo, eadem notio utriusque vocabuli erat principio: itaque non mirum, si quod in aliis

vocibus non paucis alii sibi permiserant poetae, id in hac Pherecrates fecerit, metri praesertim lege illam licentiam excusante aut etiam flagitante. Atque eadem verbi forma usus erat etiam Euripides in Hippolyto v. 1197 suppari fere aetate: neque enim assentior Guil. Dindorfio, qui in Praef. Poet. Scen. p. XXII. hoc corrigere voluit: *Τὴν εὐθὺ Ἄργους*. At vero talem hiatum, qui vastissime os diducit, non sane aequo tulissent animo Athenienses, quorum aures teretes quidquid asperum aut incultum erat repudiabant: nam quod Cicero dicit in Oratore c. 8 de Atheniensium ingenio: „quorum semper fuit prudens sincerumque iudicium, nihil ut possent nisi incorruptum audire et elegans: eorum religioni cum serviret orator nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere solebat." id verissimum est, neque tamen in oratores magis, quam in poetas cadit: itaque Athenienses vel si ab histrione aliquod vocabulum esset horride pronuntiatum offenderunt illumque ocius auferri iusserunt: testis est Hegelochus, acerbissime a comicis poetis notatus, cum paullo pinguius prolocutus esset vocabulum aliquod. Non igitur credo Euripidem commisisse, ut intolerabili hiatu *εὐθὺ Ἄργους* aures laederet omnium: verum maluit ille verbi forma aliquanto insolentiore uti. Neque est adeo insolens, atque illi volunt: ita Pindarus quoque dixit *εὐθὺς recta via*, in Isthmicis VII. 41:

Ἰόντων δ' ἐς ἄφθιτον ἄντρον εὐθὺς
Χείρωνος αὐτίκ' ἀγγελίαι.

εὐθὺς enim dixit, quoniam in extremo versu suavius ad aures accidit, quam *εὐθύ:* cave autem interpreteris hoc loco *statim*, *continuo*: prohibet id ipsum quod subsequitur *αὐτίκα*: et prorsus eodem modo dixit in Pythiis IV. 83:

Τάχα δ' εὐθὺς ἰὼν σφετέρας
Ἐστάθη γνώμας ἀταρβάκτοιο πειρώμενος.

De duobus aliis locis Pindari Olymp. XIII. 86 et Nem. V. 33 ambigi licet, quomodo sint explanandi. Ea autem documenta, quae Dindorfius ad excusandum hiatum protulit, nihil valent: nam Antiphani quidem (ap. Athenaeum VI. p. 258 E.) mediae comoediae poetae, cui maior licentia concessa, licuit dicere:

Οὐχ ἡδύ; ἐμοὶ μὲν μετὰ τὸ πλουτεῖν δεύτερον.

quod satis habet excusationis, cum ibi vox paulisper subsistat: at Archilochi versus apud Stobaeum CX. 10: *τοῖσι δ' ἡδὺ ἡ ὅρος* vel ob alias causas pro corrupto est habendus. Empedoclis denique versus 158 ed. Sturz:

Ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ.

in philosopho vate ferri potest, qui argumento potissimum intentus, minus externam speciem curat: verum lectio illius versus nimis est incerta, cum apud Plutarchum Sympos. Quaest. IV. 1 magna diversitas reperiatur.

Magis autem ab Atticorum consuetudine abhorret alia vox, qua Pherecratem in hac fabula usum esse arguit Erotianus p. 56: *Ἀρμῷ, ἡσυχῇ, μικρῶς, ὡς καὶ Φερεκράτης ἐν Μεταλλεῦσιν·* est

enim haec Dorica vox, Siculis maxime usitata, unde Pindarus quoque dixit:

Ἐλπίσιν ἀθανάταις ἁρμῷ φέρονται.

apud Eustath. vit. Pindari p. 12, ubi vide quae amicissimus Schneidewin de hoc vocabulo disputavit; et Aeschylus in Prometheo v. 615:

Ἁρμοῖ πέπαυμαι τοὺς ἐμοὺς θρηνῶν πόνους.

Verum cum Aeschylus quoque hanc vocem usurpaverit, Atticis non sane prorsus inaudita fuit, ita ut comico quoque poetae licuerit eandem adhibere: ususque erat Pherecrates fortasse ita, ut tragici alicuius orationem in suum usum converteret: quamquam etiam si suae poeta inseruerit orationi, non admodum mirer, cum ad Epicharmi Siculi exemplum se componere solitus sit. Iam veteres grammaticos de auctore huius fabulae dubitavisse docet etiam Athenaeus XV. p. 685 A: *Ὁ δὲ πεποιηκὼς τοὺς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένους Μεταλλεῖς φησίν·*

Ὑπ' ἀναδενδράδων ἁπαλὰς ἀσπαλάθους πατοῦντες
Ἐν λειμῶνι λωτοφόρῳ, κύπειρόν τε δροσώδη
Κἀνθρύσκου μαλακῶν τ' ἴων λείμακα καὶ τριφύλλου.

in quibus vix quidquam insolens aut inusitatum offendas, nisi forte quod dixerit *ἀσπαλάθους ἁπαλάς*, cum Aristophanes masculino genere usus sit; conferas tamen Phrynichum Bekkeri T. I. 10, 9: *Ἀσπάλαθος· ἀκανθῶδες φυτόν, Κλέανδρος θηλυκῶς, Ἀριστοφάνης ἀρσενικῶς.* ubi nescio quem Cleandrum nominat: suspicatus eram *Κλέαρχος* scribendum esse, quem mediae comoediae poetam fuisse satis arguunt hi Athenaei loci X. p. 426 A. XIV. p. 613 B. 623 C. et 642 B. non tamen verisimile arbitror Phrynichum mediae comoediae poetam eumque ignobilem testem adhibuisse, itaque coniicio Grammaticum hanc ipsam Pherecratis fabulam intellexisse, cuius auctorem Cleandrum quendam esse statuerit, non Nicomachum rhythmicum. Sed haec sane incerta.

Summi autem momenti in hac quaestione diiudicanda insignis est locus huius fabulae, quem Athenaeus VI. p. 268 E. proponit, ubi de aevi aurei felicitate disserens comicorum poetarum descriptiones eo, quo fabulae doctae et editae erant, ordine recenset. Et primo quidem loco Cratini ex Divitiis versus adscripsit, qui primus eiusmodi imaginem proposuit, tum Cratetis ex Feris, deinde Teleclidis ex Amphictyonibus, postea hos Pherecratis versus: *Καὶ εἴ μή ἐνοχλῶ τι ὑμῖν, τῶν γὰρ κυνικῶν φροντὶς οὐδὲ ἡ σμικροτάτη, ἀπομνημονεύσω κατὰ τὴν τάξιν καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις εἰρημένα ποιηταῖς, ὧν εἷς ἐστιν ὁ Ἀττικώτατος Φερεκράτης, ὃς ἐν μὲν τοῖς Μεταλλεῦσιν φησίν.* Hic primum mirari lubet, cur Athenaeus non uti aliis in locis facere solet, atque ipse fecit in hac fabula supra XV. p. 685 A, grammaticorum doctissimi Eratosthenis dubitationes indicaverit: immo apparet satis ex hoc loco Athenaeum censuisse, hanc fabulam vere esse Pherecratis: nam et *Ἀττικώτατον* illum poetam dicit, quo nomine etiam alias a grammaticis antiquis ornatur, vid. Stephanum Byzantium et Suidam; et quo fere

tempore docta fuerit fabula indicat, cum priore loco Teleclidis Amphictyonas, posteriore Pherecratis Persas commemoret, quibus subiungit Aristophanis Tagenistas, ultimo denique loco Metagenis Thuriopersas et Nicophontis Sirenas commemorat, quae quidem comoediae nunquan fuerunt doctae. Quamquam autem ipsius Athenaei iudicio non sane multum fidei et auctoritatis tribuendum censeo, satis tamen superque apparet eum in hoc loco doctissimorum grammaticorum sententiam secutum esse, qui tam accurate noverit quo tempore quaeque fabula edita sit: secutus autem fuerit vel Callimachi vel Aristophanis tabulas, vel Cratetis denique aut Carystii Pergamenorum didascalias, quorum descriptionibus saepius utitur, velut VIII. p 336 E: *Οὔτε γὰρ Καλλίμαχος οὔτε Ἀριστοφάνης αὐτὸ ἀνέγραψαν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγραφὰς ποιησάμενοι.* Itaque hoc certe constat in illis didascaliis Pherecratis fabulam, quae inscripta erat *Μεταλλεῖς*, repertam esse. Iam vero Athenaeus quidem non dubitavit, quin ea quam in manibus habebat fabula eadem illa sit, quae in didascaliis fuit recensita, itaque Pherecratem auctorem *Ἀττικώτατον* dixit, quod quidem non tam ad sermonis integritatem est referendum, quam ad ingenii leporem et gratiam, qua maxime enituit Pherecrates: hae autem virtutes Atheniensibus propriae erant, unde Pericles quoque apud Thucydidem II. 41: *Ξυνελών τε λέγω*, inquit, *τήν τε πᾶσαν πόλιν τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν εἶναι, καὶ καθ' ἕκαστον δοκεῖν ἄν μοι τὸν αὐτὸν ἄνδρα παρ' ἡμῶν ἐπὶ πλεῖστ' ἂν εἴδη καὶ μετὰ χαρίτων μάλιστ' ἂν εὐτραπελῶς τὸ σῶμα αὔταρκες παρέχεσθαι.* At ut ad illos Pherecratis versus accedam, insunt sane quae ab Attici sermonis consuetudine abhorrere videantur, verum ex his alia corrupta sunt, alia satis habent excusationis. Et in secundo quidem versu *εἰργασμένα* miro satis et insolenti modo dictum est:

Πλούτῳ δ' ἐκεῖν' ἦν πάντα συμπεφυρμένα,
Ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς πάντα τρόπον εἰργασμένα.

At vero scripserat Pherecrates *ὠργασμένα*, quod cum praecedenti vocabulo *συμπεφυρμένα* optime congruit: *ὀργάζειν* enim idem fere quod *φύρειν* est, Atticorum autem sermone satis tritum. Aristophanes in Avibus v. 840:

Χάλικας παραφόρει, πηλὸν ἀποδὺς ὄργασον.

ubi Scholiasta ex Eupolidis Prospaltiis hoc adscripsit:

Ἢ πηλὸν ὀργάζειν τινά.

et Sophocles ex Pandora Fr. 432:

Καὶ πρῶτον ἀργὸν πηλὸν ὀργάζειν χεροῖν.

et rursus:

Θέλοιμι πηλὸν ὀργάσαι.

Plato denique in Theaeteto p. 194 C: *Ὅταν μὲν ὁ κηρός του ἐν τῇ ψυχῇ βαθύς τε καὶ πολὺς καὶ λεῖος καὶ μετρίως ὠργασμένος ᾖ, τὰ ἰόντα διὰ τῶν αἰσθήσεων ἐνσημαινόμενα εἰς τοῦτο τὸ τῆς ψυχῆς κέαρ.* Idem autem esse quod *φύρειν* et *μιγνύναι* docet Nicander Theriac. 651:

Καὶ τὰ μὲν ὀργάζοιο καὶ εἰν ἑνὶ τεύχεϊ μίξαις.

Verum quae apud Pherecratem subsequuntur sane magis suspecta videntur:

Ποταμοὶ μὲν ἀθάρης καὶ μέλανος ζωμοῦ πλέοι
Διὰ τῶν στενωπῶν τονθολυγοῦντες ἔρρεον
Αὐταῖσι μυστίλαισι καὶ ναστῶν τρύφη,
Ὥστ' εὐμαρῆ γε καὐτομάτην τὴν ἔνθεσιν
Χωρεῖν λιπαρὰν κατὰ τοῦ λάρυγγος τοῖς νεκροῖς.

priora leguntur etiam apud Pollucem VI. 58, qui non dubitanter Pherecrati tribuit: *Ταῦτα δὲ πάντα καὶ παρὰ Φερεκράτει· οὐ φαῦλον δ' ἴσως παραθέσθαι καὶ τὴν Φερεκράτους λέξιν· Ποταμοὶ μὲν ἀθάρας κτλ.* at non recte *ἀθάρας* scribitur: ionica enim forma semper Attici usi sunt, vide Aristophanis et Cratetis exempla apud Grammaticum Bekkeri T. I. p. 351, 12 — 352, 4; adde Phrynichum ibid. p. 10, 12. Sed *πλέοι* quod et apud Athenaeum et apud Pollucem legitur sane abhorret ab Atticorum usu, et ita scripsisse Pherecratem quis tandem demonstret? itaque recte Dindorfius *πλέῳ* restituit. Pro *τονθολυγοῦντες* cod. B. Athenaei *πομφολυγοῦντες*, Pollux *τονθορυγοῦντες*: quorum quodcumque probaveris, institutae sententiae satis fuerit aptum, cum ipsum sonum referat atque quasi ex veritate exprimat. Et Pollucis quidem lectio confirmatur consimili verbi forma *τονθορύζειν*, qua Aristophanes usus est in Acharnensibus v. 683:

Τονθορύζοντες δὲ γήρᾳ τῷ λίθῳ προσέσταμεν.

et in Vespis v. 614:

Καταρασάμενος καὶ τονθορύσας, ἄλλην μή μοι ταχὺ μάξῃ.

item in Ranis v. 747:

Τί δὲ τονθορύζων, ἡνίκ' ἂν πληγὰς λαβὼν
Πολλὰς ἀπίῃς θύραζε;

Πομφολυγοῦντες tamen aptius etiam videtur, quod componi potest cum Aristophanio illo in Ranis v. 248:

Ἔνυδρον ἐν βυθῷ χορείαν
Αἰόλαν ἐφθεγξάμεσθα
Πομφολυγοπαφλάσμασιν.

cf. Photius p. 453, 6. Hesychius *Πομφολυγεῖται· φυσοῦται, ἀνακράζεται.* ita enim scribendum est. Et Pindarus Pyth. IV. 121:

Ἐκ δ' ἄρ' αὐτοῦ πομφόλυξαν δάκρυα γηραλέων βλεφάρων.

Nequaquam autem ab Attici sermonis consuetudine abhorrent illa v. 8:

Φῦσκαι δὲ καὶ ζέοντες ἀλλάντων τόμοι
Παρὰ τοῖς ποταμοῖς σίζοντ' ἐκέχυντ' ἀντ' ὀστράκων.

apud Athenaeum quidem *σίζοντες* legitur, sed rectissime Pollux *σίζοντα*: quo pacto etiam Aristophanes dixit in Nubibus v. 471:

Πράγματα κἀντιγραφὰς πολλῶν ταλάντων
Ἄξια σῇ φρενὶ συμβουλευσαμένους μετὰ σοῦ.

et Plato quoque de Republ. III. p. 401 D. Deinde nescio an sic scribendi sint versus:

Καὶ μὴν παρῆν τεμάχη μὲν ἐξωπτημένα,
Καταχυσματίοισι παντοδαποῖσιν εὐπρεπῆ,
Τεύτλοισί τ' ἐγχέλεια συγκεκαλυμμένα.

vulgo εὐτρεπῆ legitur, quod minus aptum videtur: tertium autem versum Pollux rectissime suppeditavit: ubi quod legitur ἐγχέλυα si quis defendat, calumniatus esse censendus erit. Ceterum componas Eubulum in Echo apud Athenaeum VII. p. 300 B:

Νύμφα ἀπειρόγαμος τεύτλῳ περὶ σῶμα καλυπτά,
Λευκόχρως παρέσται,
Ἔγχελυς, ὦ μέγα μοι μέγα σοι φῶς φανθὲν ἐναργές.

idem in Ione ibidem:

Αἵ τε λιμνοσώματοι
Βοιώτιαι παρῆσαν ἐγχέλεις θεαὶ
Τεῦτλ' ἀμπεχόμεναι.

Adde Aristophanem in Pace v. 1012. Iam v. 14 si quis offendat, poterit cum Dindorfio scribere:

Ἥδιστον ἀπατμίζοντα καὶ χόλικες βοός.

v. 17 vulgo legebatur γάλακτι, quod numerum evertit, recte igitur Dindorfius ad Aristoph. Fragm. p. 231:

Παρῆν δὲ χόνδρος γάλατι κατανενιμμένος
Ἐν καταχύτλοις λεκάναισι καὶ πύου τόμοι.

uti idem restituit Antiphani apud Athen. X. p. 449 B:

Νεογενοῦς ποίμνης δ' ἐν αὐτῇ πνικτὰ γαλατοθρέμμονα.

neque vero propterea culpandus Pherecrates aut haec ei fabula abroganda: hanc enim formam nequaquam insolentem fuisse cognoscimus etiam ex Aristophane grammatico apud Eustath. ad Odyss. p. 1761, 37, ubi docet Platonem comicum poetam magis etiam inusitata forma huius verbi usum fuisse: *Καὶ Πλάτων δέ, φησίν, ὁ κωμικὸς ὁ πρόσωπος εἴρηκεν ἀντὶ τοῦ πρόσωπον καὶ ἀντὶ τοῦ γάλακτος ἢ γάλατος τοῦ γάλα ἔκλινε δισσυλλάβως.* Uti Plato γάλα dixit obliquo casu, sic etiam Philoxenus dithyramborum poeta μέλι tanquam indeclinabilem vocem usurpavisse videtur in versibus apud Athenaeum XIV. p. 643 C:

Τυρακίνας δὲ γάλακτι καὶ μέλι συγκατάφυρτος
Ἧς ἄμυλος.

ita enim corrigo: conferas Hesychii glossam: *Μέλι ἔοικε· μέλιτι ὅμοιόν ἐστι.* — V. 25 defendenda est librorum omnium lectio:

Τὰ δὲ μῆλ' ἐκρέμαντο τὰ καλὰ τῶν καλῶν ἰδεῖν
Ὑπὲρ κεφαλῆς ἐξ οὐδενὸς πεφυκότα.

quae multo magis aurium iudicio probatur, quam quod Porsonus scripsit ἐκρέματο. Illud vero τὰ καλὰ τῶν καλῶν a dubitatione iam Meinekius Spec. II. p. 33 defendit. Nequaquam autem improbandum quod poeta v. 28 dixit:

Ἠβυλλιῶσαι καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι.

nam tum demum littera ρ solet praecedentem litteram vocalem producere, ubi illa sub arsin cadit, sin minus corripitur, uti est apud Aeschylum in Prometheo v. 715:

Χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα.
et ibidem:
Πρὸς ταῦτα ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλόξ.

Tertia Pherecratis fabula, quam veteres in dubitationem vocaverunt, Persae sunt: ipse quidem Athenaeus Pherecrate hanc fabulam minime indignam esse censuit, siquidem VI. p. 269 C. dicit: *Ὧν εἷς ἐστιν ὁ ἀττικώτατος Φερεκράτης, ὃς ἐν μὲν τοῖς Μεταλλεῦσί φησιν — κἂν τοῖς Πέρσαις δέ φησι.* — adde ibid. p. 228 E: *Τήγανον δ' ὦ βέλτιστε εἴρηκεν ἐν μὲν Ἀγρίοις Φερεκράτης οὕτως — καὶ ἐν Πέρσαις ὁ αὐτός.* — adde XI. p. 502 B. Sed grammaticos dubitavisse indicat III. p. 78 D: *Φερεκράτης δὲ ἢ ὁ πεποιηκὼς τοὺς Πέρσας φησίν.* conf. XI. p. 502 A. et XV. p. 685 A. Videntur autem nonnulli hanc comoediam Aristophani vindicasse, quorsum pertinet illud, quod est apud Gramm. Crameri T. I. p. 277, 12: *Γίνεται γὰρ τὰ εἰς ον οὐδέτερα καὶ εἰς ος — κρίνον, κρίνος, ἔνθεν καὶ κρίνεισι (κρίνεσι) παρὰ Ἀριστοφάνει* (vid. Nub. v. 911) *καὶ παρὰ Ποσιδίππῳ τὸ τῆς ἐλαίας δένδρον. καὶ πάλιν παρ' Ἀριστοφάνει· τὰ δὲ δὴ δένδρα τἀν τοῖς ὄρνεσι.* etenim haec ipsa verba apud Athenaeum VI. p. 269 D. ex hac Persarum fabula afferuntur sic scripta *Τὰ* (epit.: *τὰ δὲ*) *δένδρη* (B: *δένδρα*) *τ' αὐτοῖς ὄρεσι*: quae quin eadem sint, dubitari nequit. Neque vero statui potest erravisse grammaticum in nomine Aristophanis, cum *καὶ πάλιν* addat. Ipse autem ille versus iam ita est legendus:

Τὰ δὲ δὴ δένδρη τἀν τοῖς ὄρεσιν χορδαῖς ὀπταῖς ἐριφείοις
Φυλλοροήσει καὶ τευθιδίοις ἁπαλοῖς κίχλαις τ' ἀναβράστοις.

Sed quod dixi Aristophanem a nonnullis auctorem huius fabulae habitum esse, id facile aliquis existimaverit convellendum esse testimonio Scholiastae Aristoph. Ran. v. 365: *Πρὸς τοὺς ποιήσαντας τοὺς Φερεκράτους Πέρσας· τὰ γὰρ ἀπόρρητα ἤκουσιν, ὡς νῦν ἡμῖν ἔθος· διὸ καὶ ἐντεῦθεν λοιδορεῖται τῷ Θωρυκίωνι καὶ αὐτὸς ὅσον μὴ οἶδεν.* Sed cum Aristophanes illo anapaesto apertissime notaverit Thorycionem quendam, quis tandem credat voluisse auctorem Persarum simul tangere, cuius rei vix idonea reperiri potest ratio: immo probabile est Scholiastam versu aliquo illius fabulae ostendisse, hoc crimen tunc in plurimos Athenienses cecidisse: existimo enim quaedam excidisse totumque locum sic redintegrandum esse: *Πρὸς τοὺς πωλήσαντας τὰ ἀπόρρητα τὰ πρὸς ναυπηγίαν· καὶ ὁ ποιήσας τοὺς Φερεκράτους Πέρσας·*

Τὰ γὰρ ἀπόρρητ' ἐξάγουσιν, ὡς τὰ νῦν ἡμῖν ἔθος.

Διὸ καὶ ἐντεῦθεν (fort. *ἐνταῦθα*) *λοιδορεῖται τῷ Θωρυκίωνι καὶ αὖθις ὅσον σύνοιδεν*: nam infra quoque Aristophanes v. 381 eundem hominem castigat. — Poterit autem facile quis etiam in huius fabulae reliquiis reperire, quae reprehendat et Pherecrate indigna censeat, uti illud quod est apud Athenaeum VI. p. 269 D:

Αὐτόματοι γὰρ διὰ τῶν τριόδων ποταμοὶ λιπαροῖς ἐπιπάστοις

Ζωμοῦ μέλανος καὶ Ἀχιλλείοις μάζαις κοχυδοῦντες ἐπιβλὺξ
Ἀπὸ τῶν Πηγῶν τῶν τοῦ Πλούτου ῥεύσονται σφῶν ἀρύτεσθαι.

sed eadem forma usus est etiam Euripides in Theseo Fr. I:

Κάρα τε γάρ σου συγχεῶ κόμαις ὁμοῦ,
Ῥανῶ τε πεδόσ' ἐγκέφαλον, ὀμμάτων δ' ἄπο
Αἱμοσταγεῖ πρηστῆρε ῥεύσονται κάτω.

Atque etiam quarta fabula, Chironem dico, quam antiqui Grammatici magno ut videtur consensu Pherecrati abiudicant et plerique Nicomacho vindicant, quaedam continet, quantum quidem ex paucis iisque corruptis reliquiis coniectura assequi licet, quae facile severiores Attici sermonis arbitri improbaverint: at haec quoque partim excusationis satis habent, partim a suspicione facile possunt defendi: verum haec quidem fabula accuratiorem flagitat disputationem, quam in aliud tempus distuli.

Etsi igitur illud concedendum est, in his comoediis nonnulla reperiri, quae a vulgari sermonis Attici consuetudine recedant, quaeque partim sint obsoleta partim sint novata, non tamen hoc argumentum tantum valet, eas fabulas ut Pherecrati abiudicemus: namque etiam in iis fabulis, quas nemo unquam in suspicionem vocare ausus est, plura reperiuntur, quae novitate maxime insignia sint. Eiusmodi est, ut pauca quaedam eligam, *ἀποπροσωπίζεσθαι*, quod dixit poeta in Feris Hominibus (vid. Pollux II. 48 Grammaticum Bekkeri T. I. p. 433, 20) *συγκαρκινοῦσθαι* in Fugitivis (vid. Pollux VII. 150, Harpocratio p. 106, 3 alii) et *ἀτραπίζειν* ibidem (Bekk. Gramm. I. p. 460). Et in Vetulis mulieribus dixit contra Atticorum consuetudinem:

Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς ξυμμάχοις.

cum Attici, veriti ne deam in cuius tutela erant ipsorum res publicae et privatae, laederent aut quid de dignitate detraherent, *Ἀττικὰς γυναῖκας* dicere sint soliti, uti est apud Aristophanem in Lysistrata v. 56:

Ἀλλ', ὦ μέλ', ὄψει γάρ σφόδρ' αὐτὰς Ἀττικὰς
Ἅπαντα δρώσας τοῦ δέοντος ὕστερον.

Et in Corianno dixit (vid. Suid. T. I. p. 215):

Ἀνὴρ δὲ γέρων ἀνόδοντος ἀληθεῖ.

quod ab Atticorum consuetudine procul recedit, cum ipse alias usitata forma sit usus, sicuti in Feris Hominibus ap. Athen. VI. p. 263 B:

Εἶτα πρὸς τούτοισιν ἧλουν ὄρθριαι τὰ σιτία.

Singulare prorsus est, quod in Corianno dixit (vid. Suidas T. III. p. 530):

Ὑοσκυαμᾶς ἀνὴρ γέρων.

Neque sane ex Atticorum sermone petitum est, quod in eadem fabula dixit *ἀπαρτί* (vid. Grammat. Bekkeri T. I. p. 418, 15:

Ἀπαρτὶ μὲν οὖν ἐμοὶ μὲν εἰκός ἐστ' ἐρᾶν,
Σοὶ δ' οὐκέθ' ὥρα.

item in Crapatalis ibidem:

Ἀπαρτὶ δῆτα προσλαβεῖν παρὰ τοῦδ' ἔγωγε μᾶλλον.

Et in iisdem Crapatalis dixit (vid. Pollux X. 89):

Ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα.

quamquam *νοστήσω* quidem etiam Aristophanes in Pluto v. 610 dixit. Et ibidem:

Ὡς ἄτοπόν ἐστι μητέρ' εἶναι καὶ γυνήν.

vid. ad Anacreontem p. 255, ubi cum de aliis singularibus vocabulis dixi, quae Pherecrates usurpavit, tum ei vindicare studui insolentiorem formam *πρωπέρυσιν* in versiculo, quem Zonaras T. II. 1745 servavit:

Ἦ ποτὲ σὺ ἤκουσας αὐτοῦ; B. Πρωπέρυσιν ἔτος τρίτον.

quae de poeta aliquo aut musico dici videntur. Singularis sane haec est forma, sed Atticis propriam esse testis locupletissimus Apollonius Dyscol. de Adverb. in Bekk. Anecd. T. II. p. 577, 24 asserit: *Τὸ ἄρα πόρρω ἐκτέταται, ὡς Ἀττικώτερον, καθὸ καὶ τὸ προπέρυσι πρωπέρυσίν φασιν, καὶ ὅτι μᾶλλον μηκυντικοί εἰσι κατὰ τὰ φωνήεντα.* Quocum consentit Phrynichus ibid. T. I. p. 60, 32: *Πρωπέρυσι· διὰ τοῦ ω λέγουσιν οἱ Ἀθηναῖοι, ὥσπερ τὸ πρωτόλειος* (corrigas *πρωτέλειος*). Denique haec verbi forma etiam Photii adnotatione confirmatur p. 457, 8: *Προπέρυσιν, ὡς ἡμεῖς λέγουσιν.* quae ex Antiatticista quodam sunt excerpta: hoc enim ille vult dicere, Attici non semper *πρωπέρυσιν* dixerunt, ut praecipiunt Atticistae, sed etiam *προπέρυσιν* ut vulgo. Et sane vulgaris et usitata forma fuit *προπέρυσιν*, itaque apud Platonem, Lysiam, Demosthenem, Isaeum scribitur. Alterum illud vocabulum *πρωτέλειος* nunc quidem, quod sciam, penitus oblitteratum, nisi quod apud Aeschyl. Agamemn. v. 64 cod. Fl. *πρωτελείοις* quamvis numero adversante exhibet, fortasse etiam alibi sub illo *πρωτόλειος* delitescit. Et fortasse non in his duobus solum verbis Attici hac productione usi sunt, sed etiam in aliis quibusdam. Ita in Eupolidis fragmento de Baptis apud Hephaest. p. 27 ego malim corrigere:

Ἀλλ' οὐχὶ δυνατόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἀλλὰ πρω-
βούλευμα βαστάζουσι τῆς πόλεως μέγα.

vulgo *προβούλευμα* legitur: nam in tali loco, ubi duo versus continuantur, vocabulo in duas partes discerpto, nullum syllabae ancipiti locum esse arbitror, ipsa autem illa forma vocabuli propter tarditatem atque pondus gravitati sermonis accommodata est.

Iam ut alia omittam, quae quamvis a communi usu sermonis recedentia Pherecrates usurpavit, in Nugis (vid. Photius p. 188, 20) dixit:

Ἐπειθ' ἕτερα τούτων ποιοῦντα πολλὰ κυντερώτερα.

Ac novum prorsus vocabulum est, quod ipse Pherecrates finxisse videtur (vid. Photius p. 165, 5 al. Gramm.):

Ἀεί ποθ' ἡμῖν ἐγκιλικίζουσ' οἱ θεοί.

Neque Atticorum usu tritum fuit illud, quod dixit (apud Eustath. ad Odyss. p. 1445, 42):

Τὴν γαστέρ' ἤων χαχύρων σεσαγμένος.

Ista autem, etsi nomen fabulae non adscriptum est, tamen ex una aliqua earum comoediarum, quas sine haesitatione Pherecrati tribuebant, petita esse arbitror; id quod etiam cadit in alia praecipue singula vocabula, in quibus non pauca sunt, quae abhorrent a sermonis attici consuetudine: eiusmodi est quod Phrynichus Bekkeri T. I. p. 42, 33 proponit: *Θυμέλη· νῦν μὲν θυμέλην καλοῦμεν τὴν τοῦ θεάτρου σκηνήν, καὶ ἔοικε παρὰ τὸ θύειν κεκλῆσθαι ὁ τόπος οὗτος· Φερεκράτης δὲ τὰ θυλήματα, ἅπερ ἐστὶν ἄλφιτα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ μεμαγμένα, οὕτω καλεῖ θυμέλην.* alibi tamen Pherecrates vulgari forma usus est, uti in Fugitivis apud Clem. Alex. Strom. VII. p. 847:

Εἶτ' ἀλλήλους αἰσχυνόμενοι θυλήμασι κρύπτετε πολλοῖς.

vulgo *οὐ λήμασι* legitur: Aristophanes in Pace v. 1040:

'Εγὼ δ' ἐπὶ σπλάγχν' εἶμι καὶ θυλήματα.

ubi Schol. ex Teleclide affert iambum:

Ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, κάπτε τῶν θυλημάτων.

Singulare est, quod Grammaticus in Bachmanni Anecdotis T. I. p. 418, 22 affert: *Χολλάδας· διὰ τῶν δύο λλ, τὰς ἐν ταῖς λαγόσι σάρκας· οὕτως Φερεκράτης.* eundem locum videtur etiam Phrynichus Bekkeri T. I. p. 72, 19 intellexisse: *Χολλάδες· διὰ δυοῖν λλ, αἱ τῆς γαστρὸς διὰ παχύτητα ἐπιπτύξεις. Ὅμηρος δι' ἑνὸς τὰ ἔντερα.* Et sic dixit Menander apud Athen. XII. p. 549 C:

Ἴδιον ἐπιθυμῶν μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται
Εὐθάνατος, ἔχοντα πολλὰς χολλάδας κεῖσθαι παχύν.

Non sane usitatum, sed metri opinor necessitate extortum est quod *ἁλιῶς* dixit casu secundo, vid. Gramm. Bekkeri T. I. p. 383, 30: *Ἁλιῶς· ἀντὶ τοῦ ἁλιέως· Φερεκράτης.* quamquam Attici etiam optima aetate non plane abstinuerunt eiusmodi formis, ita in titulo 139 apud Boeckh. Corp. Inscr. T. I. *Καρχήσιον ἀργυροῦν Διὸς πολιῶς* legitur: confer ibid. 141 et rursus 150: *Καρχήσιον Διὸς πολιῶς ἀργυροῦν,* et n. 155: *Ἀρχεστράτη Μνησιστράτου Παιανιῶς θυγάτηρ,* quamquam hic quidem titulus ad seriorem aetatem referendus est. Neque vulgari sermone tritum est, quod dixit:

Ποῖ κῆχος; ἐγγὺς ἡμερῶν γε τετταρῶν.

vid. Grammat. Crameri T. I. p. 223, Etymol. M. p. 682, 54; quamquam etiam Aristophanes dixit (vid. Etymol. M.):

Ποῖ κῆχος; εὐθὺ Σικελίας.

et alius comicus nescio quis ibidem:

Ποῖ κῆχος; εἰς τὸν οὐρανόν.

Sed nolo his diutius immorari. Illud quidem apparet, Pherecratem, qui esset festivo et lepido ingenio, qui nova plerumque et ab aliis intacta argumenta eligeret eaque magna libertate tractaret, formam quoque externamque speciem argumenti novitati adaptavisse, itaque non mirum, si saepius a communi Attici sermonis consuetudine recesserit,

alia obsoleta et vetustatis situ obsita restituerit, alia novarit. Quae si vel in iis fabulis, quae in nullam vocari possunt disceptationem, plurima reperiuntur, nequaquam eo argumento uti debemus, ut fabulas aliquot elegantissimas Pherecrati abrogemus; nam qui accuratius has reliquias examinaverit, is animadvertet non potuisse talia ab alio quam antiquae comoediae poeta scribi: Nicomachus igitur iste, quem Eratosthenes voluit, facessat. Nam haec sunt tam germana, tam Attica, tam festiva denique et lepida, ut nisi a Pherecrate poeta lepidissimo non videantur componi potuisse.

Sed breviter alia quaedam ex iis fabulis, quae Pherecrati sine ulla dubitatione tribuuntur, perstringam. In Dulodidascalo poeta geminum fere argumentum secutus esse videtur atque ii, qui vitae aureae imaginem exhibuerunt: nam repraesentavit opinor eam vitae humanae conditionem, cum prisca felicitate et simplicitate iam evanescente, mortales aliorum opera indigerent. Itaque induxit aliquem, qui servos variis disciplinis atque artibus instrueret; qui quidem magister, qua ratione in hac disciplina tradenda usus sit, vix satis perspicue divinaveris ex obscuro Athenaei loco VI. p. 262 B: *Ἀεί ποτε ἐγώ, ἄνδρες φίλοι, τεθαύμακα τὸ τῶν δούλων γένος ὥς ἐστιν ἐγκρατὲς τοσαύταις ἐγκαλινδούμενον λιχνείαις· ταύτας γὰρ ὑπερορῶσιν οὐ μόνον διὰ φόβον, ἀλλὰ καὶ κατὰ διδασκαλίαν, οὐ τὴν ἐν Δουλοδιδασκάλῳ Φερεκράτους, ἀλλὰ ἐθισθέντες.* Cum ex his satis appareat, Pherecratem in illa fabula servos a gulositate omninoque eiusmodi turpitudine neque poenae metu deterruisse, neque vero consuetudine quadam atque voluntate ad honestatem commovisse, poeta nova aliqua et lepida arte videtur usus esse, qua servorum animos quo vellet flecteret. Illud quidem certe puto, Pherecratem effrenatam servitiorum licentiam, quae tunc fuit summa, illa imagine ante omnium oculos posita, coercere voluisse. Et ad epularum quidem magnificentiam, quam in hac fabula repraesentatam fuisse vel ille ipse Athenaei locus arguit, pertinent septem versus, qui leguntur apud Athen. III. p. 96 B: *Τῶν ἐφθῶν ποδῶν μνημονεύει Φερεκράτης ἐν Δουλοδιδασκάλῳ·*

Ὅπως παρασκευάζεται τὸ δεῖπνον εἴπαθ᾽ ἡμῖν.
B. Καὶ δῆθ᾽ ὑπάρχει τέμαχος ἐγ-
χέλειον ὑμῖν, τευθίς, ἄρ-
νειον κρέας, φύσκης τόμος,
Ποὺς ἐφθός, ἧπαρ, πλευρόν, ὀρ-
νίθεια πλῆθει πολλά, τυ-
ρὸς σὺν μέλιτι, μερὶς κρεῶν.

Ita enim haec corrigenda arbitror: v. 1 satis corruptus legitur: *Ὡς παρασκευάζεται δεῖπνον πῶς ἂν εἴπαθ᾽ ἡμῖν.* v. 7 legebatur: *τυρὸς ἐν μέλιτι,* quod correxi, ut mel una cum caseo afferri dicatur, conferas Philoxeni versus ex Convivio apud Athen. IV. p. 147 E:

Ὁμοσύζυγα δὲ ξανθόν τ᾽ ἐπεισῆλθεν μέλι καὶ γάλα σύμπακτον,
τό κε τυρὸν ὅπας τις
Ἦμεν ἔφασχ᾽ ἁπαλόν, κἠγὼν ἐφάμαν.

Sed praeterea vitio aliquo laborare existimo ultima illa *μερὶς κρεῶν*, quod cum iam per se satis sit mirum, tum maxime hic offendit, ubi epulae secundae recensentur, variis carnum generibus iam supra enumeratis: fatendum tamen est etiam in secundis mensis carnes appositas esse, id quod satis ex Athenaei libro quarto decimo perspicitur. Ceterum et ad hanc fabulam et ad eundem hunc locum refero illos versus, qui leguntur apud Athen II. p. 56 E: *Ἰδίως δ' οὕτως ἐκαλοῦντο ἄπλυτοι ῥαφανῖδες, ἃς καὶ Θασίας ὠνόμαζον· Φερεκράτης·*

Ῥαφανίς τ' ἄπλυτος ὑπάρχει,
Καὶ θερμὰ λουτρὰ καὶ ταρί-
χη πνικτὰ καὶ κάρυα. —

Ita enim haec digerenda videntur. Alia fragmenta huius comoediae aperte continent praecepta, quibus magister ille servos instruit, uti illud quod est apud Athen. XV. p. 699 F:

Ἄννσόν ποτ' ἐξελθών, σκότος γὰρ γίγνεται.
Καὶ τὸν λυχνοῦχον ἔκφερ' ἐνθεὶς τὸν λύχνον.

item aliud ibidem XI. p. 480 B:

Νυνὶ δ' ἀπονίζων τὴν κύλικα δὸς ἐμπιεῖν
Ἔγχει τ' ἐπιθεὶς τὸν ἠθμόν.

Ita nunc editum est: *δὸς ἐμπιεῖν* Dobraeus scripsit pro codicum lectione *δώσων πιεῖν*, *ἀπονίζων* autem a correctore videtur profectum esse, nam Codd. ABP *ἀπονίζειν* praebent. Scripsit opinor Pherecrates:

Νυνὶ δ' ἀπόνιζε τὴν κύλικα δώσων πιεῖν.

Turpes et abiectas Atheniensium libidines ut notaret poeta, comoediam docuit, quam *Κοριαννώ* inscripsit, in qua quidem comoedia senem induxit, qui adultum habens filium, meretricem perdite amavit, cuius amore etiam iuvenis filius videtur exarsisse. Ex hoc convicio, quod patrem inter atque filium exortum, petiti sunt versiculi, quos Grammaticus Bekkeri T. I. p. 418, 15 servavit: *Ἀπαρτί· παρὰ τοῖς κωμικοῖς τὸ ἐξ ἐναντίου· Φερεκράτης Κοριαννοῖ·*

Ἀπαρτὶ μὲν οὖν ἐμοὶ μὲν εἰκός ἐστ' ἐρᾶν,
Σοὶ δ' οὐκέθ' ὥρα. ....

Et perditam senis insanamque libidinem nescio quis, fortasse filius, accusat istis verbis apud Photium p. 619, 8 et Suidam T. III. p. 530:

Ὑοσκυαμᾷς ἀνὴρ γέρων.

In eadem fabula meretricum convivium exhibuit, quorsum pertinent illi versus apud Athenaeum IV. p. 159 E: *Ταῦτ' εἰπὼν ὁ Κύνουλκος, ἐπεὶ μὴ ἐκροταλίσθη, θυμωθείς, ἀλλ' ἐπειδὴ οὗτοι, ἔφη, ὦ συμποσίαρχε, ὑπὸ λογοδιαρροίας ἐνοχλούμενοι μὴ πεινῶσιν ἢ τὰ περὶ τῆς φακῆς λεχθέντα χλευάζουσιν, ἐν νῷ ἔχοντες τὰ εἰρημένα Φερεκράτει ἐν Κοριαννοῖ·*

Φέρε δὴ κατακλινῶ· σὺ δὲ τράπεζαν εἴσφερε·
Καὶ κύλικα κἀντραγεῖν, ἵν' ἥδιον πίω.
Β. Ἰδοὺ κύλιξ σοι καὶ τράπεζα καὶ φακοί.

A. Μή μοι φακούς, μὰ τὸν Δί'· οὐ γὰρ ἥδομαι·
Ἢν γὰρ τράγῃ τις, τοῦ στόματος ὄζει κακόν.

v. 1 scripsi *εἴσφερε*, cum vulgo *φέρε* legeretur, eodemque modo in Aristophanis fragmento ex Telmessensibus apud Athenaeum II. p. 49 C. cum Porsono legendum:

A. Τράπεζαν ἡμῖν εἴσφερε
Τρεῖς πόδας ἔχουσαν, τέτταρας δὲ μὴ 'χέτω.
B. Καὶ πόθεν ἐγὼ τρίπουν τράπεζαν λήψομαι;

v. 3 transponere possis verba:

Ἰδοὺ τράπεζα καὶ κύλιξ σοι καὶ φακοί.

sed tueor vulgarem verborum ordinem, qui suavius ad aures accidit. Loquitur autem hera meretrix cum serva aliqua: eidem meretrici continuanda sunt verba, quae leguntur apud Athen. XV. p. 653 A: *Ὅτι δὲ καὶ πεφωσμένας ἰσχάδας ἤσθιον, Φερεκράτης δείκνυσιν ἐν Κοριαννοῖ λέγων οὕτως·*

Ἀλλ' ἰσχάδας μοι πρόελε τῶν πεφωσμένων.

καὶ μετ' ὀλίγα δέ·

Οὐκ ἰσχάδας οἴσεις τῶν μελαινῶν; μανθάνεις;
Ἐν τοῖς Μαριανδύνοις ἐκείνοις βαρβάροις
Χύτρας καλοῦσι τὰς μελαίνας ἰσχάδας.

nam meretrix cum aspernata esset lenticulas, puerum ficus sibi apponere iubet. Item ad compotationem meretricum duo alia fragmenta satis insignia referenda sunt, unum apud Athenaeum XI. p. 481 A:

Ἐκ τοῦ βαλανείου γὰρ δίεφθος ἔρχομαι
Ξηρὰν ἔχουσα τὴν φάρυγα. B. δώσω πιεῖν.
A. Γλίσχρον τε μοὐστὶ τὸ σίαλον νὴ τὼ θεώ.
B. Φέρ' εἰ λάβω σοὶ τὴν κυλίσκην; A. Μηδαμῶς
Μικράν γε· κινεῖται γὰρ εὐθύς μοι χολή,
Ἐξ οὗπερ ἔπιον ἐκ τοιαύτης φάρμακον.
Εἰς τὴν ἐμὴν νυν ἔγχεον τὴν μείζονα·

hera enim cum servo colloquitur, quem vinum sibi praebere iubet. Versu quarto scripsi *φέρ' εἰ λάβω σοι*, cum vulgo sine sensu *Εἰ λάβω κυρίσοι* legeretur; quamquam fuit cum existimarem plura excidisse, atque ista sic conformanda esse:

..... *Φ έ ρ' ε ἰ λ ά β ω*
Ὦ κ υ ρ ί α σ ο ι τὴν κοτυλίσκην.

quamquam Atticismi magistri usum huius vocabuli improbant: at vero Antiatticista Bekkeri T. I. p. 102, 26: *Κ υ ρ ί α ν· οὐ φασι δεῖν λέγειν, ἀλλὰ κ ε κ τ η μ έ ν η ν· τὸν δὲ κ ε κ τ η μ έ ν ο ν μὴ λέγεσθαι ἀντὶ τοῦ δεσπότου. Φρύνιχος Σατύροις κ ε κ τ η μ έ ν ο ν λέγει, Φιλήμων κυρίαν.* Alterum autem fragmentum, quod huc pertinet, ibidem legitur p. 430 E. quod quidem ita est constituendum:

A. Ἄποτός ἐστ', ὦ Γλύκη.
B. Ὑδαρῆ 'νέχεέν σοι. A. Παντάπασι μὲν οὖν ὕδωρ.
B. Τί εἰργάσω; πῶς, ὦ καταρατότ', ἐνέχεας;
Γ. Δύ' ὕδατος, ὦ μάμμη. B. Τί δ' οἴνου; Γ. Τέτταρας.
B. Ἔρρ' ἐς κόρακας· βατράχοισιν οἰνοχοεῖν σε δεῖ.

Ad hanc enim meretricem, cui Glyce opinor fuit nomen, iam accedit alia visum, fortasse Corianno illa, a qua nomen accepit fabula (vid. Athenaeus XIII. p. 567 C.) quae vinum, quod a puero Glycae acceperat, a qua plane dilutum esse conqueritur: tum igitur illa graviter exprobrat servo negligentiam, quod non satis recte vinum temperaverit. Pherecrates autem in hac comoedia ut etiam in ceteris, operam maxime dedit ut mores et ingenia hominum vividis coloribus describeret omnesque animorum motus, quos natura homini tribuit, accurate repraesentaret.

Ex Crapatalis non invenustum fragmentum servavit Athenaeus XI. p. 485 D: Ἀμερίας δέ φησι τὴν οἰνοχόην λεπαστὴν καλεῖσθαι· Ἀριστοφάνης δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος γένος εἶναι κύλικος· Φερεκράτης Κραπατάλοις· Τῶν θεατῶν δ' ὅστις διψῇ, λεπαστὴν λαψάμενος μεστὴν ἐκχαρυβδίσαι. Quae variis modis ab hominibus doctis tentata sic arbitror conformanda esse:

Τῶν θεατῶν δ', οἷσπισι δίψ'
Ἧι, λεπαστὴν λαψαμένοις
Μεστὴν ἐκχαρυβδίσαι.

Iam vero et infinitivus ille ἐκχαρυβδίσαι et dativus λαψαμένοις pendent a verbo, quod cogitatione addendum est, λέγω: haec enim iungenda puto cum alio fragmento eiusdem fabulae, quod legitur apud Photium p. 647, 22 hunc in modum:

— Τοῖς δὲ κριταῖς
Τοῖς νυνὶ κρίνουσι λέγω,
Μὴ 'πιορκεῖν μηδ' ἀδικῶς
Κρίνειν, ἢ νὴ τὸν Φίλιον
Μῦθον εἰς ὑμᾶς ἕτερον
Φερεκράτης λέξει πολὺ τού-
του κακηγορίστερον.
Τῶν θεατῶν δ', οἷσισι δίψ'
Ἧι, λεπαστὴν λαψαμένοις
Μεστὴν ἐκχαρυβδίσαι.

Sunt autem haec ex ea parte parabasis petita, quae vocabatur μακρὸν sive πνῖγος, praegressaque parabasis, quae proprio nomine sic appellatur, videtur metro Eupolideo conscripta fuisse: neque enim existimandum est eas parabases, quae isto numero fuerint compositae, macro semper et ex lege quadam caruisse: verum illud observabant comici poetae diligentissime, ut, quoniam utrumque carmen arctissimo vinculo cohaererent, pari aut certe consimili numero decurrerent; macrum tamen, quoniam uno tenore et celerrimo oris hiatu erat pronuntiandum, minutos versuum articulos requirebat: itaque ubi parabasis anapaestis tetrametris constat, dimetri subiunguntur; ubi Eupolidei numeri praegressi sunt, commode subsequuntur versus Pherecratei, illis cognati: hoc enim nomine lubet hunc numerum appellare more veterum grammaticorum, cum Pherecrates potissimum frequentaverit: est autem hic versus nihil aliud nisi prior pars versus Eupolidei;

⏑ ⏑ ⏑
— ⏕ — ⏕ ⏑́ ⏑ ⏑ —

quorum plures semper copulantur more Glyconeorum ita ut systema efficiant, quod componitur versu eius numeri, quo constat posterior pars versus Eupolidei:

—́ ⏕ — ⏕ —́ ⏑ ⏓

Est igitur eiusmodi systema nihil aliud nisi versus Eupolideus pro instituti ratione et natura saepius iteratus et replicatus. In parabasi autem quae praegressa est poeta vehementer invectus esse videtur in iudices, qui priore anno de aliqua ipsius fabula sententiam tulissent ipsumque temere suo orbavissent honore: iam in macro isto orationem convertit ad iudices, qui tunc erant constituti, eosque monet, ut iuste et iuriiurando convenienter ferant sententiam: iudices enim in solemnitatibus Bacchicis fidem dare debebant, se ex veritate iudicaturos esse: itaque etiam Aristophanes in Ecclesiazusis v. 1139 eosdem his verbis compellat:

Ἀλλ' ἅπαντα ταῦτα χρὴ μεμνημένοις
Μὴ 'πιορκεῖν, ἀλλὰ κρίνειν τοὺς χοροὺς ὀρθῶς ἀεί.

Postremo autem Pherecrates ad spectatores se convertit eosque exhortatur, ut si qui siti laborent, vinum bibant. Mos enim videtur antiquitus Athenis fuisse, ut inter ipsos ludos scenicos, quoniam hi cum Bacchicis solemnitatibus coniunctissimi erant, spectantibus vinum praeberetur: recte Runkelius comparavit Philochori verba, qui hos ipsos Pherecratis versus respexit, apud Athenaeum XI. p. 464 F, ubi haec leguntur: *Ἡμεῖς οὖν, ὡς καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐγίνετο ἅμα ἀκροώμενοι τῶν γελωτοποιῶν τούτων καὶ μίμων, ἔτι δὲ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν ὑποπίνωμεν· λέγει δὲ περὶ τούτων ὁ Φιλόχορος οὑτωσί· „Ἀθηναῖοι τοῖς Διονυσιακοῖς ἀγῶσι τὸ μὲν πρῶτον ἠριστηκότες καὶ πεπωκότες ἐβάδιζον ἐπὶ τὴν θέαν καὶ ἐστεφανώμενοι ἐθεώρουν, παρὰ δὲ τὸν ἀγῶνα πάντα οἶνος αὐτοῖς ᾠνοχοεῖτο καὶ τραγήματα παρεφέρετο καὶ τοῖς χοροῖς εἰσιοῦσιν ἐνέχεον πίνειν καὶ διηγωνισαμένοις ὅτ' ἐξεπορεύοντο ἐνέχεον πάλιν· μαρτυρεῖν δὲ τούτοις καὶ Φερεκράτη τὸν κωμικόν, ὅτι μέχρι τῆς καθ' ἑαυτὸν ἡλικίας οὐκ ἀσίτους εἶναι τοὺς θεωροῦντας.* Ad eundem morem referendum puto, quod de Ione tragico poeta narrat Athenaeus I. p. 4 A: *Ὁ δὲ Ἴων Χῖος τραγῳδίαν νικήσας Ἀθήνησιν ἑκάστῳ τῶν Ἀθηναίων ἔδωκε Χῖον κεράμιον.* et Scholiasta Aristophanis Pac. v. 835: *φασὶ δὲ αὐτὸν* (Ionem) *ὁμοῦ διθύραμβον καὶ τραγῳδίαν ἀγωνισάμενον Ἀθήνησι καὶ νικήσαντα ἑκάστῳ τῶν Ἀθηναίων δοῦναι Χῖον κεράμιον* (vel ut est in cod. Veneto: *εὐνοίας χάριν προῖκα Χῖον οἶνον πέμψαι Ἀθηναίοις.*) unde apparet etiam privatos homines, ubi in his ludis scenicis vicissent, populo eiusmodi munera largitos esse; nisi forte Ion, dum ipsius tragoediae in scena agerentur, spectatoribus, ut eorum gratiam sibi conciliaret, vinum praebendum curavit. Et ab hoc more etiam Aristophanes profecisse videtur, ubi lepidam comparationem instituit, in Equitt. v. 541; quamquam

omnino eiusmodi acroamata cum conviviis apte componantur; cf. Astydamantis versus apud Athen. X. p. 411 A:

Ἀλλ' ὥσπερ δεῖπνον γλαφυρὸν ποικίλην εὐωχίαν
Τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφόν,
Ἵν' ἀπίῃ τις τοῦτο φαγὼν καὶ πιών, ὅπερ λαβὼν
Χαίρει τις, καὶ σκευασία μὴ μί' ᾖ τῆς μουσικῆς.

et Metagenes in Philothyte ap. Athen. X. p. 459 B:

— Κατ' ἐπεισόδιον μεταβάλλω τὸν λόγον, ὡς ἂν
Καιναῖσι παροψίσι καὶ πολλαῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον.

In Pherecratis autem versu extremo recte Dindorfius *ἐκχαρυβδίσαι* e codd. vestigiis restituit; Hesychius: *Ἐξεχαρυβδαάνθη· ἀνεπόθη.* Legendum est aut *ἐξεχαρυβδάνθη* aut *ἐξεχαρυβδίσθη.* Nec dissimile prorsus est quod ex comico ut videtur Phrynichus in Bekkeri Anecd. T. I. p. 51 affert: *Μεθυσοχάρυβδις· ἐπὶ γυναικὸς μεθύσου, οὐκ ἐπ' ἄρρενος.* cf. quae supra p. 255 dicta sunt. Iam ipsi versus incitati et profluentes quantopere conveniant institutae sententiae, cum poeta ira praeceps quasi ruit, nemo non intelligit. Deprehendimus idem metrum etiam in fragmento Agriorum apud Athen. VII. p. 316 E: *Λέγουσι δὲ καὶ ὡς ἂν ἀπαρήσῃ τροφῆς αὑτὸν κατεσθίει· ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ κωμῳδιοποιὸς Φερεκράτης· οὗτος γὰρ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις φησὶν Ἀγρίοις·*

Ἐνθρύσκοισι καὶ βρακάνοις
Καὶ στραβήλοις ζῆν, ὁπόταν δ'
Ἤδη πεινῶσι σφόδρα,
Ὡσπερεὶ τοὺς πουλύποδας
Νύκτωρ ἀνστάντας περιτρώ-
γειν αὑτῶν τοὺς δακτύλους.

quibus versibus Pherecrates vitam hominum illorum ferorum incultam atque rudem descripsit: *στραβήλους* autem (vel ut in Cod. P. legitur *στροβύλοις*) non puto significare cochleas aut aliud concharum genus, de quo Athenaeus III. p. 86 C. haec scribit: *Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ ὁμοίων παραπλήσια εἶναι κήρυκας, πορφύρας, στραβήλους, κόγχους· τῶν στραβήλων μνημονεύει καὶ Σοφοκλῆς ἐν Καμικίοις οὕτως·*

Ἀλίας στραβήλου τῆσδε τέκνον εἴ τινα
Δυναίμεθ' εὑρεῖν.

Et paulo inferius: *Ἀγίας δὲ καὶ Δερκύλος ἐν Ἀργολικοῖς τοὺς στραβήλους ἀστραβήλους ὀνομάζουσι, μνημονεύοντες αὐτῶν ὡς ἐπιτηδείων ὄντων εἰς τὸ σαλπίζειν.* cf. Aristotel. Hist. Animal. IV. 4. Non videntur differre a *στροβίλοις*: Photius p. 543, 19 *Στρόβιλοι· καὶ οἱ κόχλιαι καὶ οἱ θαλάσσιοι κήρυκες· καὶ στρόβιλος εἶδος ὀρχήσεως καὶ ἀνέμων εἶδος καὶ ὁ τοῦ δένδρου καρπός.* verum Pherecrates opinor eo nomine appellavit fructus agrestis oleae, vid. Pollux VI. 45: *Τὰς δὲ κοτινάδας ἐλάας τραμβήλους ὠνόμασε Φερεκράτης.* sed pro *τραμβήλους* recte, ut puto, plurimi codices *στραβήλους* vel *στραβύλους* exhibent. Consentaneum autem est homines

feros agresti victu vitam tolerasse: et ut *στράβηλοι* oleastri baccae vocantur, ita *ἔνθρυσκα* et *βράκανα* agrestia olera sunt, quibus pauperes potissimum vesci soleant, vid. Ovid. Metam. VIII. 647 de Philemonis et Baucidis hospitalitate:

Quodque suus coniux riguo collegerat horto,
Truncat olus foliis.

Horatius Epist. I. 5 init.:

Si potes Archiacis conviva recumbere lectis
Nec modica coenare times olus omne patella.

et eodem libro 17, 13:

Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Aristippus: si sciret regibus uti,
Fastidiret olus, qui me notat.

Quintum versum redintegravi addito vocabulo *ἀνστάντας*, quod satis ab dubitatione defenditur simillimo exemplo *ἄγχασκε*, quo Pherecratem usum esse testatur Grammaticus Bekkeri T. I. p. 340.

Ex incerta aliqua Pherecratis fabula versiculi partem affert Hesychius: *Ἐπίμεστα· πλήρη, τουτέστιν ἐπὶ κεφαλῆς καὶ μὴ ἀπεψημένα. Φερεκράτης· Βριθομένων ἀγαθῶν ἐπὶ τραπέζης.* quem versiculum cum Hesychius ob id ipsum proferat, ut demonstret *ἐπίμεστα* a Pherecrate dictum esse, illud restituendum vidit Blomfieldius ad Aeschyl. Sept. adv. Th. v. 141, sed ne sic quidem locus est persanatus: neque enim perspicitur, unde illud *τραπέζης* sit suspensum: nam *ἀγαθὰ τραπέζης* iungere fuerit duriusculum: et praeterea minus recte ipsa illa bona dicuntur *βρίθεσθαι*. Pherecrates potius scripsisse videtur:

Βριθομένης πάντων ἀγαθῶν ἐπίμεστα τραπέζης.

Mensam enim dicit abunde oneratam esse omnis generis bonis; *βρίθεσθαι* similiter de mensa dixit Euripides in Cressis Fr. XIII:

Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι·
Τί γὰρ ποθεῖ τράπεζα; τῷ δ' οὐ βρίθεται;
Πλήρης μὲν ὄψων ποντίων, πάρεισι δὲ
Μόσχων τε σὰρξ τέρεινα χηνεία τε δαὶς
Καὶ πεπτὰ καὶ κροτητὰ τῆς ξουθοπτέρου
Πελάνῳ μελίσσης ἀφθόνως δεδευμένα.

Eodem modo Archippus in Hercule uxorem ducente apud Athenaeum XIV. p. 640 F:

Ἰτρίοις ἐπιφορήμασί τ' ἄλλοις γέμουσα.

i. e. *τράπεζα*. *Βρίθεσθαι* cum secundo casu iunctum legitur etiam apud Homerum Hymn. in Cerer. v. 453:

Μέλλεν ἄφαρ ταναοῖσι κομήσειν ἀσταχύεσσιν
Ἦρος ἀεξομένοιο, πέδῳ δ' ἄρα πίονες ὄγμοι
Βρισέμεν ἀσταχύων.

et Hesiodus Clyp. v. 289:

Οἵ γε μὲν ἤμων
Αἰχμῇς ὀξείῃσι κορωνιόωντα πέτηλα,
Βριθόμενα σταχύων, ὡσεὶ Δημήτερος ἀκτήν.

Homer. Odyss. IX. 219:

Ταρσοὶ μὲν τυρῶν βρῖθον, στείνοντο δὲ σηκοὶ
Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων.

Cf. Philemon p. 90 ed. Burneii. *Πάντα* autem *ἀγαθὰ* bonorum omnium copia et abundantia saepissime dicitur, ut apud Mnesimachum Athen. X. p. 403 D:

Τοιάδε δόμους ὁμίχλη κατέχει
Πάντων ἀγαθῶν ἀναμέστους.

Anacreon ibid. I. p. 12 A: *Τράπεζαι πλήρεις — κατηρεφέες παντοίων ἀγαθῶν κατὰ Ἀνακρέοντα.* et Amphis in Coelo ap. Athen. III. p. 99 F:

Εἰς τὴν ἑσπέραν χορτάζομαι
Ἐν ἅπασιν ἀγαθοῖς.

Ἐπίμεστα autem adverbii locum obtinet, sicut in illo quod legitur apud Phrynichum Bekkeri T. I. p. 40, 4: *Ἐπίμεστα πλουτῶν· οἷον ὑπερβάλλοντι τῷ μέτρῳ, ἀντὶ τοῦ πάνυ πλουτῶν.* quod quidem ex comico aliquo petitum videtur: fuitque cum hoc ipsum restituendum arbitrarer Aristophani in Pluto v. 1005:

Ἐπίμεστα πλουτῶν οὐκέθ' ἥδεται φακῇ,
Πρὸ τοῦ δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντ' ἐπήσθιεν.

sed nunc tueor vulgatam scripturam *ἔπειτα πλουτῶν.* *Ἐπίμεστα* dixit etiam Callimachus in Cererem v. 134:

Δωσεῖ πάντ' ἐπίμεστα καὶ ὥς ποτὶ νηὸν ἵκωνται.

Alius Pherecratis versus leviter corruptus legitur apud Grammaticum in Bekkeri Anecdotis T. I. p. 475, 12: *Ὁ μὲν καρπὸς ἀχράς, τὸ δὲ δένδρον ἄχερδος· Φερεκράτης·*

Ἡ τῆς ἀχέρδου τῆς ἀκραρχολωτάτης.

ubi Runkelius haec adscripsit: „De ultimo vocabulo quaerendum est, quod corruptum quidem esse non dubitem, neque tamen epitheton *ἀχέρδῳ* piro silvestri satis aptum invenio. Alcaeus Epigr. in Anthol. T. I. p. 491 eam dicit *ἀποστύφουσαν χείλεα.*" Alcaeus iste de fructu huius arboris acerbe locutus est, Pherecrates de ipsa arbore: scripserat autem *ἀκραχολωτάτης*, quo nomine pirum propter spinas appellat. *Ἀκράχολος* autem Attici semper dixerunt, non ut nunc fere scribitur *ἀκρόχολος.* Ita Aristophanes in Equitt. v. 40:

Νῷν γάρ ἐστι δεσπότης
Ἄγροικος ὀργήν, κυαμοτρὼξ, ἀκράχολος.

et Fr. 535:

Καὶ κύων ἀκράχολος
Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου γενήσομαι.

Epinicus apud Athenaeum X. p. 432 C:

Γέροντα Θάσιον τόν τε γῆς ἀπ' Ἀττίδος
Ἑσμὸν μελίσσης τῆς ἀκραχόλου γλυκὺν
Συγκυρκανήσας ἐν σκύφῳ χυτῆς λίθου.

Et comicus nescio quis apud Phrynichum Bekkeri T. I. p. 3, 12:

Ἀκράχολόν τι φθέγγεται καὶ δύσκολον.

Item in alio versu Pherecratis apud Zenobium V. 3 leve vitium eluendum est:

Ἀβυρτάκην τρίψαντα καὶ Λυδίαν καρύκην.

vulgo *ἀμυρτάκην* scribitur, vid. Grammat. Bekkeri T. I. p. 323, 26: *Ἀβυρτάκη· ὑπότριμμα βαρβαρικὸν ἐκ δριμέων σκευαζόμενον, φημὶ ἐκ καρδάμων καὶ σκορόδων καὶ σινάπεως καὶ σταφίδων, ᾧ πρὸς κοιλιολυσίαν ἐχρῶντο. Θεόπομπος Θησεῖ:*

Ἵξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων
Πλείστων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη.

Ἔστι καὶ ἐν Κεκρυφάλῳ Μενάνδρου τοὔνομα. Atque ita etiam Antiphanes in Leucade apud Polluc. VI. 66 et Athenaeum II. p. 68 A:

Ἀσταφίδος, ἁλῶν, σιραίου, σιλφίου, τυροῦ, θυμοῦ,
Σησάμου, νίτρου, κυμίνου, ῥοῦ, μέλιτος, ὀριγάνου,
Βοτανίων, ὄξους, ἐλαῶν εἰς ἀβυρτάκην, χλόης,
Καππάριδος, ᾠῶν, ταρίχους, καρδάμων, θρίων, ὀποῦ.

Alexis ibid. III. p. 12 A:

Ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαισι δ' ἐκβακχεύομεν.

Pherecratis duo anapaesti leguntur apud Eustath. ad Il. K. p. 801: *Καὶ Φερεκράτης δ' ἔτι φησί. Νῦν δ' ἐπιχεῖσθαι τὰς κριθὰς δεῖ, πτίσσειν, φρύγειν, ἀποβράττειν, ἀνεῖν, ἀλέσαι, μάξαι, τὸ τελευταῖον παραθεῖναι.* Verum aliquid excidisse non solum alterius versus numerus perturbatus indicat, sed etiam ipsa sententia; nam si farina subacta est, non continuo panis apponi potest: itaque corrigo:

Νῦν δ' ἐπιχεῖσθαι τὰς κριθὰς δεῖ, πτίττειν, φρύγειν, ἀναβράττειν,
Αἴνειν, ἀλέσαι, μάξαι, πέψαι, τὸ τελευταῖον παραθεῖναι.

Comparari potest Aristophanis versus de Dramasin Fr. VIII:

Πτίττω, βράττω, μάττω, δεύω, καταλῶ, πέττω. —

ita enim haec constituenda sunt, vulgo perverso ordine *πέττω, καταλῶ* legitur. Ceterum ex communi loco petitus videtur alius Pherecratis versus apud Photium p. 583:

Ὁ δὲ παῖδα καλεῖ καὶ τευτάζει τούτῳ δεῖπνον παραθεῖναι.

CAPUT III.

Hermippus in Minervae natalibus deam illam, praesidem atque auctorem gentis Atticae, recens natam studiis suis occupatam exhibuit: itaque Iovem induxit, qui filiae ex ipsius capite prosilienti hastamque coruscanti, Palladis nomen tribueret; quorsum spectat ille versus apud Photium p. 62, 2:

Ὁ Ζεύς, δίδωμι Παλλάς, ἠσί, τοὔνομα.

ipsa vero Minerva deinde telae operatur, quo refero illum versum, quem Grammaticus Bekkeri T. I. p. 462, 26 servavit: Ἄττεσθαι, ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι· Ἕρμιππος Ἀθηνᾶς γοναῖς·

Ἀπὸ τῆς τραπέζης τουτονὶ τὸν στήμονα
Ἄττεσθ' ἐπινοῶν.

Verum si recte coniectavi haec ad Minervam, artis texendi auctorem, referenda esse, corrigendum est ἐπινοῶ, ut ipsam Deam loquentem induxerit Hermippus. Atque comicum poetam in hoc argumento exornando versatum esse satis testantur duo septenarii, qui leguntur apud eundem grammaticum T. I. p. 404, 28: Ἀνθίων τὴν γενικὴν ὁμοίως τοῖς Ἴωσιν οἱ Ἀττικοί· Ἕρμιππος Ἀθηνᾶς γοναῖς·

Κηροσπάθητον ἀνθίων ὕφασμα καινὸν Ὡρῶν
καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς·
Λεπτοὺς διαψαίρουσα πέπλους, ἀνθίων γέμοντας.

sed in priore versu illud κηροσπάθητον quid sit nulla arte explanaveris: quin ocius corrigas καιροσπάθητον: vestimentum enim bene textum et licio compactum dixit Hermippus, secutus ille quidem Homeri exemplum, qui in Odyssea VII. 107 dixit:

Αἱ δ' ἱστοὺς ὑφόωσι καὶ ἠλάκατα στρωφῶσιν,
Ἥμεναι, οἷά τε φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο,
Καιροσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον.

Ceterum compares cum his versibus quae Cypriorum carminum auctor de Veneris vestimentis dixit apud Athenaeum XV. p. 682 E:

Εἵματα μὲν χροιᾶς τότε οἱ Χάριτές τε καὶ Ὧραι
Ποίησαν καὶ ἔβαψαν ἐν ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν,
Οἷα φοροῦσ' Ὧραι, ἔν τε κρόκῳ ἔν θ' ὑακίνθῳ,
Ἔν τε ἴῳ θαλέθοντι ῥόδου τ' ἐνὶ ἄνθεϊ καλῷ,
Ἡδέϊ, νεκταρέῳ, ἔν τ' ἀμβροσίαις καλύκεσσιν
Ἄνθεσι ναρκίσσου καλλίρροου· τοῖ' Ἀφροδίτη
Ὥραις παντοίαις τεθυωμένα εἵματα ἕστο.

Alii septenarii ex eadem hac fabula leguntur apud Stobaeum in Eclogis Physicis T. I. p. 238, ubi cum in codicibus legatur ἀναγενέως Ἑρμίππου, Heerenius recte Ἀθηνᾶς γοναῖς Ἑρμίππου restituit: sunt autem illi versus ita constituendi:

'Εκεῖνός ἐστι στρογγύλος τὴν ὄψιν, ὦ πονηρέ,
'Εντὸς δ' ἔχων περιέρχεται κύκλῳ τὰ πάνθ' ἑαυτοῦ,
'Ημᾶς δὲ τίκτει, περιτρέχων τὴν γῆν ἁπαξάπασαν.
'Ονομάζεται δ' ἐνιαυτός· ὢν δὲ περιφερής, τελευτὴν
Οὐδεμίαν οὐδ' ἀρχὴν ἔχει· κυκλῶν δ' ἀεὶ τὸ σῶμα
Οὐ παύεται δι' ἡμέρας ὁσημέραι τροχάζων.

legebatur enim *ἐκεῖνός ἐστιν τὴν ὄψιν στρογγύλος:* altero autem versu *τὰ παρ' ἑαυτοῦ,* quod Heerenius minus recte tentavit, *τὰ περὶ ἑαυτῷ* corrigendo; scripsi *τὰ πάνθ' ἑαυτοῦ,* nisi forte malis *τὰ πάντ' ἐν αὐτῷ:* ultimo denique versu vulgo editur: *παύσεται.* Voluit autem comicus philosophorum doctrinam, qui accurate de temporis vi et natura quaererent, notare, itaque induxit aliquem non infacete de temporis ratione ad istorum modum disserentem. Notavit autem Hermippus ut coniicio maxime Heracliti discipulos: non paucos autem fuisse Athenis, qui huius philosophi doctrinam sequerentur, apparet vel ex Platonis Theaeteto p. 179 C. Heraclitus autem primus fuit, qui mente et intelligentia temporis naturam comprehenderet, idque quamvis non satis apto usus vocabulo corpus appellavit, vid. Sextus Empiricus adv. Mathem. X. 231. Itaque etiam Hermippus, qui hanc doctrinam vulgi captui accommodavit, *κυκλῶν δ' ἀεὶ τὸ σῶμα,* dixit, *οὐ παύεται δι' ἡμέρας ὁσημέραι τροχάζων.* Scythinus autem, qui et ipse ad Heracliti placita se applicuit, prorsus ita de tempore loquitur, uti Hermippus in illis versibus: apud Stobaeum enim in Eclog. Physicis T. I. p. 264 haec ex Scythini physicis adscripta sunt: *Χρόνος ἐστὶν ὕστατον καὶ πρῶτον πάντων καὶ ἔχει ἐν ἑαυτῷ πάντα καὶ ἔστιν εἷς ἀεί.* quae quidem satis meam coniecturam, quam supra proposui, firmant. Atque similiter Euripides, qui ut omnium omnino philosophorum placita studiose pervestigavit atque in suum convertit usum, ita etiam Heracliti doctrinam quamvis obscuram ad tragoediam transtulit, annum (*ἐνιαυτὸν*) dixit appellatum esse:

'Οθούνεκ' ἐν αὐτῷ πάντα συλλαβὼν ἔχει.

vid. Achillis Tatii introduct. in Arati Phaenom. p. 91, ubi male homines docti anapaestum removent, qui hic, ubi veriloquium nominis indicandum fuit, satis habet excusationis.

Hermippi *Pistrices* potissimum in Hyperbolo eiusque matre exagitanda versatas fuisse Aristophanes satis superque indicat in Parabasi Nubium, ubi perstringit aequales comicos poetas, quod non intermittant unum eundemque hominem saepius ridere ac vexare, v. 551:

Οὗτοι δ' ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν 'Υπέρβολος,
Τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα.
Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
'Εκστρέψας τοὺς ἡμετέρους ἱππέας κακὸς κακῶς,
Προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην τοῦ κόρδακος οὕνεχ', ἣν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν·
Εἶθ' Ἕρμιππος αὖθις ἐποίησεν εἰς 'Υπέρβολον,

Ἄλλοι δ' ἤδη πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον;
Τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχελέων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι.

Unde coniecturam de tempore, quo acta sit haec Hermippi fabula, capere licet. Aperte enim Aristophanes docet post Eupolidis Maricam istam fabulam ab Hermippo in Hyperbolum compositam fuisse. Iam Eupolis docuit Maricam Olymp. LXXXIX. 4, Aristophanes autem secundas Nubes scripsit circa Olympiadem XCI. 1, ut omnibus calculis subductis coniicio: itaque haec Hermippi comoedia ad nonagesimam potissimum Olympiadem fuerit referenda.

Sed Hermippus quoniam in hoc dramate Hyperboli matrem acerbissime castigavit, lubet sane quaerere quodnam illi nomen fuerit, atque sequi veterum grammaticorum consuetudinem, quorum summum aliquando studium in eo versatum est, ut de eiusmodi difficultatibus quaestiones sibi proponerent, quas solvere tentarent: praecipuam vero operam in eo collocabant, ut nomina hominum iam dudum longo vetustatis situ obscurata investigarent, quod studium castigat Iuvenalis Satyr. VII. 229:

Sed vos saevas imponite leges,
Ut praeceptori verborum regula constet,
Ut legat historias, auctores noverit omnes,
Tanquam ungues digitosque suos, ut forte rogatus
Dum petit aut thermas aut Phoebi balnea, dicat
Nutricem Anchisae, nomen patriamque novercae
Anchimoli, dicat quot Acestes vixerit annos,
Quot Siculos Phrygibus vini donaverit urnas.

Eiusmodi studia primum Alexandriae excitata sunt, ubi Sosibius Lacedaemonius maxime inclaruit ob id ipsum, quod facile vel difficillimas solveret quaestiones: itaque λυτικὸς appellatur ab Athenaeo XI. p. 493 B et E, ubi ob id ipsum grammaticum a Ptolemaeo Philadelpho dicit irrisum fuisse: *Ταῦτα καὶ ὁ θαυμάσιος λυτικὸς Σωσίβιος, ὃν οὐκ ἀχαρίτως διέπαιξε διὰ τὰς πολυθρυλήτους ταύτας καὶ τὰς τοιαύτας λύσεις Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος βασιλεὺς κτλ.* Et plurimas eiusmodi quaestiones in Museo Alexandrino agitatas fuisse apparet vel ex Scholiasta Homeri Il. IX. v. 688: *Ἐν τῷ μουσείῳ τῷ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν νόμος ἦν προβάλλεσθαι ζήτημα καὶ τὰς γενομένας λύσεις ἀναγράφεσθαι.* Verum ne posteriore quidem tempore iacuerunt haec studia, sed sedulo resuscitata sunt sub imperatoribus Romanis, ex quibus plures admodum istis quaestionum angustiis delectati sunt, quod Tiberium fecisse refert Suetonius in eius vita c. 70: „Maxime tamen curavit notitiam historiae fabularis usque ad ineptias atque derisum: nam et grammaticos, quod genus hominum praecipue, ut diximus, appetebat, eiusmodi fere quaestionibus experiebatur, *quae mater Hecubae, quod Achilli nomen inter virgines fuisset, quid Sirenes cantare sint solitae.*" Haec autem studia tum satis vulgata fuisse apparet etiam ex Senecae epistol. 88: „Hoc quidem me quaerere utrum maior aetate fuerit Homerus an Hesiodus, non magis ad

rem pertinet, quam scire an minor Hecuba fuerit, quam Helene: et quare tam male tulerit aetatem. Quid inquam annos Patrocli et Achillis inquirere ad rem existimas pertinere? Quaeres Ulixes ubi erraverit potius, quam efficias ne nos semper erremus?" et quae seq. Illud quidem apparet istos grammaticos maxime in nominibus ignotis rimandis occupatos fuisse. Neque vero circa Homerum et antiqua illa grammaticorum opera constitit, sed etiam ad tragicorum et comicorum poetarum monumenta illae quaestiones pertinebant: ita Hephaestio illuc suam diligentiam applicuit, vid. Suidas T. II. p. 85: *Ἡφαιστίων Ἀλεξανδρεύς, γραμματικός· ἔγραψεν ἐγχειρίδια [διὰ] μέτρων καὶ μετρικὰ διάφορα· περὶ τῶν ἐν ποιήμασι ταραχῶν· κωμικῶν ἀπορημάτων λύσεις, τραγικῶν λύσεων καὶ ἄλλα πλεῖστα.* Et hoc quidem nemo infitiabitur, quin antiqua Attica comoedia largissimam lyticis illis grammaticis suppeditaverit materiam. Duo quidem insignia documenta exstant in Scholiis codicis Ravennatis ad Aristophanis Thesmophoriazusas, unum ad v. 1175:

Σὺ δ' ὦ Τερηδὼν ἐπιναφύσα Περσικόν.

ubi haec subiiciuntur: *Βαρβαρικὸν καὶ Περσικὸν ὄκλασμα καλεῖται καὶ Περσικὸν ὄρχημα, περὶ οὗ Ἰόβας μακρὸν πεποίηται λόγον ἐν τοῖς περὶ τῆς θεατρικῆς ἱστορίας, ὥστε λελύσθαι τὴν Σελεύκου πρότασιν· προτείνει γὰρ ἐν τῷ πρὸς Ζήνωνα προτατικῷ τὸ Περσικὸν ὄρχημα.* Alterum, quod ad hanc ipsam de qua agimus quaestionem pertinet, reperitur ad eiusdem fabulae parabasin v. 840, quae quidem parabasis tota in Hyperboli matre exagitanda versatur:

Πόλλ' ἂν αἱ γυναῖκες ἡμεῖς ἐν δίκῃ μεμψαίμεθ' ἄν,
Τοῖσιν ἀνδράσιν δικαίως· ἓν δ' ὑπερφυέστατον·
Χρῆν γάρ, ἡμῶν εἰ τέκοι τις ἄνδρα χρηστὸν τῇ πόλει,
Ταξίαρχον ἢ στρατηγόν, λαμβάνειν τιμήν τινα,
Προεδρίαν τ' αὐτῇ δίδοσθαι Στηνίοισι καὶ Σκίροις,
Ἔν τε ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς, αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν.
Εἰ δὲ δειλὸν καὶ πονηρὸν ἄνδρα τις τέκοι γυνή,
Ἢ τριήραρχον πονηρὸν ἢ κυβερνήτην κακόν,
Ὑστέραν αὐτὴν καθῆσθαι, σκάφιον ἀποκεκαρμένην,
Τῆς τὸν ἀνδρεῖον τεκούσης· τῷ γὰρ εἰκός, ὦ πόλις,
Τὴν Ὑπερβόλου καθῆσθαι, σκάφιον ἀποκεκαρμένην
Λευκὰ καὶ κόμας καθεῖσαν πλησίον τῆς Λαμάχου,
Καὶ δανείζειν χρήμαθ', ᾗ χρῆν, εἰ δανείσειέν τινι
Καὶ τόκον πράττοιτο, διδόναι μηδέν' ἀνθρώπων τόκον,
Ἀλλ' ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ τὰ χρήματ', εἰπόντας ταδί·
Ἀξία γοῦν εἶ τόκου, τεκοῦσα τοιοῦτον τόκον.

hic autem a Scholiasta haec adnotata sunt: *Πολλάκις εἶπεν, ὅτι προβάλλει ὁμηρικῶς ἐν τῷ πρὸς Πολύβιον προτατικῷ, τίς ἡ Ὑπερβόλου μήτηρ· οὐκ ἔχομεν δὲ εἰπεῖν· εἰ δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα ζητεῖν, ζητείτωσαν καὶ τὴν ἑξῆς τὴν Λαμάχου, τὸν γὰρ πατέρα μὲν οἶδα Λαμάχου, Ξενόφαντον.* Haec quomodo essent corrigenda, ex parte vidit Fritzschius, qui in Actis Societatis Graec. T. I. p. 135 corrigit: *ὁ Σέλευκος εἶπεν*; ego, qui haec de Hyperboli matre dudum

litteris consignata hic integra neque immutata in medium profero, aliud quid conieci: neque enim in locum illius *πολλάκις* substituendum est Seleuci nomen, verum delitescit ibi grammatici vel Scholiastae nescio cuius nomen, exempli causa *Πολλίων*, vel *Πολυδεύκης*. Ego autem sic corrigo: *Πολλίων εἶπεν, ὅτι προβάλλει Ὁμηρικὸς ἐν τῷ πρὸς Πολύβιον προτατικῷ. Homerici* enim cognomine gaudebat Seleucus, quoniam Homericorum carminum studio maxime fuit deditus eaque ut videtur Romae in scholis publicis ex more illius aevi interpretabatur; vide Suidas T. III. p. 296: *Σέλευκος· Ἀλεξανδρεύς, γραμματικός, ὃς ἐπεκλήθη Ὁμηρικός, ἐσοφίστευσε δὲ ἐν Ῥώμῃ· ἔγραψεν ἐξηγητικὰ εἰς πάντα ὡς εἰπεῖν ποιητήν κτλ.* sed de Seleuco accuratius disserere non est huius loci. Polybius autem nescio an ille sit, ad quem Seneca scripsit consolationem, qui utriusque linguae satis fuit peritus, plurimamque operam navavit Homero et Virgilio, vid. Senec. c. 26: „Itaque non est quod ullum tempus vacare patiaris a studiis: tunc tibi litterae tuae tam diu ac fideliter amatae gratiam referant: tunc te illae antistitem et cultorem suum vindicent: tunc Homerus et Virgilius tam bene de humano genere meriti, quam tu de omnibus et de illis meruisti, quos pluribus notos esse voluisti, quam scripserant, multum tecum morentur, tuum erit omne tempus, quos illis tuendum commiseris.“ Adde ibid. c. 36. Seleucus autem cum nomen matris Hyperboli alteri illi grammatico investigandum proponeret, fortasse ipse ignoravit, quo nomine illa mulier sit appellata: certe plerique grammatici nescivisse videntur, ignoravit quidem is, qui hoc scholion conscripsit, quique hanc quaestionem non minus inutilem et vanam dixit, quam si quis nomen matris Lamachi indagare vellet: quod quidem prorsus ignotum fuisse etiam Plutarchus in vita Alcibiad. c. 1 docet, usus ille quidem, ut videtur, iis, quae veteres grammatici de his rebus investigandis commentati erant: *Εἴ γε Νικίου μὲν καὶ Δημοσθένους καὶ Λαμάχου καὶ Φορμίωνος, Θρασυβούλου τε καὶ Θηραμένους, ἐπιφανῶν ἀνδρῶν γενομένων κατ' αὐτόν, οὐδενὸς οὐδ' ἡ μήτηρ ὀνόματος τέτευχεν, Ἀλκιβιάδου τε καὶ τίτθην, γένος Λάκαιναν, Ἀμύκλαν ὄνομα καὶ Ζώπυρον παιδαγωγὸν ἴσμεν, ὧν τὸ μὲν Ἀντισθένης, τὸ δὲ Πλάτων εἴρηκεν.* Iam vero etsi temerarium possit videri, de re, quam iam veteres illi ignoraverunt grammatici, quaerere, tamen Hyperboli matris nomen an possit reperiri videndum est: neque enim frustra existimo illos magistros hanc rem licet obscurissimam investigavisse videorque mihi detexisse vestigium nominis in docta antiqui Scholiastae adnotatione ad Aristoph. Nubb. v. 551:

Οὗτοι δ' ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος,
Τοῦτον δειλαῖον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα.

ubi haec adscripta sunt: *καὶ τὴν μητέρα τὴν Ὑπερβόλου, τὴν δοκοῦσαν ἐν ταῖς ἀρτοπώλισιν· πολλὰ κατ' αὐτοῦ εἶπεν Ἕρμιππος.* quae obscurissima sunt, neque enim Hemsterhusii coniectura quidquam lucis attulit. Sed illud quidem certo affirmare possumus,

nomen mulieris in his librorum corruptelis delitescere: restituendam autem esse arbitror: *Τὴν Ὑπερβόλου τὴν Δοκώ· ἐν ταῖς Ἀρτοπώλισι πολλὰ κατ' αὐτοῦ* (i. e. Hyperboli, nisi forte praestat *αὐτῆς* sive etiam *αὐτῶν*) *εἶπεν Ἕρμιππος.* Hic enim grammaticus sine dubio compertum habuit nomen mulieris, quod librarius inscite in *δοκοῦσαν* mutavit. Nomen ipsum *Δοκὼ* possit graecum videri, sed malim a barbara origine repetere: et fortasse ad eandem stirpem pertinet servi nomen *Παρδόκας*, quod est apud Aristoph. in Ranis v. 608:

Ὁ Διτύλας χὡ Σκεβλίας χὡ Παρδόκας
Χωρεῖτε δεῦρο καὶ μάχεσθε τουτωΐ.

Eiusdem originis est nomen regis Thracum *Μηδόκης*, alia. Videtur enim mater Hyperboli peregrina fuisse, quo nomine filium saepissime comici poetae vexaverunt: pater certe non videtur natione Atticus fuisse, cuius nomen prorsus ignotum esse affirmat Aelianus in variis historiis XII. 43 auctor levissimus: *Ὑπερβόλου δὲ καὶ Κλεοφῶντος καὶ Δημάδου καίτοι προστατῶν γενομένων τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων οὐδεὶς ἂν εἴποι ῥᾳδίως τοὺς πατέρας.* At vero Luciani Scholiasta ad Timonem Theopompo auctore prodidit memoriae Hyperboli patrem fuisse Chremetem, quod quidem nomen Atticum fuit, sed hominum de infima plebe notat, idemque multa praeterea comicorum poetarum testimonia exhibet, ex quibus satis apparet Hyperbolum vulgo pro barbaro homine habitum fuisse.

Ac saepius Plato in Hyperbolo ei crimini dedit, quod peregrina origine infimoque loco natus esset, ut in illo fragmento apud Scholiast. Aristoph. Thesmophor. 808: *Καὶ ἡ Εὐβούλη πέπλασται· τὸ δὲ ὅλον τί βούλεται, οὐκ ἔστι σαφές· ἀλλ' οὐδὲ παρὰ Πλάτωνι ἐν Ὑπερβόλῳ· λέγει γάρ τι περὶ τοῦ ἐπιλαγχάνειν τοῖς βουλευταῖς·*

Α. Εὐτυχεῖς, ὦ δέσποτα.
Β. Τί δ' ἔστι; Α. Βουλεύειν ὀλίγου Ἰλαχες πάνυ.
Β. Ἀτὰρ οὐκ ἔλαχον. Α. Ὅμως ἔλαχες, ἢν νοῦν ἔχῃς.
Β. Πῶς νοῦν; ἔχω νοῦν. Α. Ὅτι πονηρῷ καὶ ξένῳ
Ἐπέλαχες ἀνδρὶ κοὐδαμῶς γ' ἐλευθέρῳ.

καὶ ἐν ταὐτῷ·

Ἄπερρ'· ἐγὼ δ' ὑμῖν τὸ πρᾶγμα δὴ φράσω·
Ὑπερβόλῳ βουλῆς γάρ, ἄνδρες, ἐπέλαχον.

Ita enim haec restituenda esse videntur. Et aperte eundem tanquam servum notat in illo fragmento apud Plutarch. vit. Alcibiad. c. 13, sive hoc ex cognomine fabula sive ex Symmachia petitum est, quam fabulam eodem fere tempore, quo Hyperbolus e civitate eiectus est, doctam esse suspicatus sum:

Καίτοι πέπραχε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
Αὐτοῦ τε καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια·
Οὐ γὰρ τοιούτων οὕνεκ' ὄστραχ' εὑρέθη.

Item Plato in alio Hyperboli fragmento, quod est apud Herodianum *περὶ μον. λέξ.* p. 20 huius hominis barbaram orationem castigat:

῾Ο δ᾽ οὐ γὰρ ἠττίκιζεν, ὦ Μοῖραι φίλαι,
᾽Αλλ ὁπότε μὲν χρείη διῃτώμην λέγειν,
῎Εφασκε δητώμην· ὁπότε δ᾽ εἰπεῖν δέοι
᾽Ολίγον, ὀλίον ἔλεξεν.

Ita haec corrigo: sed non opus est ut, quemadmodum Meinekius voluit, ὦ Μοῦσαι φίλαι scribatur: Graeci enim ut alia fere omnia numina, ita etiam Parcas invocare soliti erant, uti est apud Aristophanem in Thesmophor. v. 700:

᾽Ω πότνιαι Μοῖραι, τί δὴ δέρκομαι
Νέοχμον αὖ τέρας.

Ita corrigendum: Longus Pastoral. IV. p. 119 ed. Villoison: ῾Η δὲ ἰδοῦσα μέγα καὶ αὐτὴ βοᾷ· Φίλαι Μοῖραι· οὐ ταῦτα συνεθήκαμεν ἰδίῳ παιδί. Iam Hyperbolum propter hanc peregrinam originem Maricantem appellavit in cognomine fabula, id quod dilucide Hesychius docet: Μαρικᾶν· κίναιδον· οἱ δὲ ὑποκόρισμα παιδίου ἄρρενος βαρβαρικόν. et Eustathius ad Iliad. II. p. 300: ῾Ο δὲ ῾Ηρωδιανὸς — τὸν παρὰ τῷ κωμικῷ Μαρικᾶν τὸ βάρβαρον ὄνομα διὰ τοῦ ντ κλιθῆναι λέγει, παραφέρων χρῆσιν τοιαύτην·

᾽Αλλ᾽ οὖν ἔγωγέ σοι λέγω Μαρικᾶντα μὴ κολάζειν.

Hyperbolum autem non fuisse germanum Atticum illud quoque confirmare videtur, quod fuit ex Perithoedarum pago, vid. Plutarchus vit. Alcibiad. c. 13: ῏Ην δέ τις ῾Υπέρβολος Περιθοίδης et vit. Niciae c. 11: in illum autem pagum plurimi peregrini recipiebantur, vid. Photius p. 417, 13: Περιθοῖδαι· δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς· ἀπὸ Περίθου τοῦ ᾽Ιξίονος· νόμος δ᾽ ἦν ᾽Αθήνησι ξένους εἰσδέχεσθαι τοὺς βουλομένους τῶν ῾Ελλήνων· Θεσσαλοὶ δὲ ἐξαιρέτως ὑπεδέχοντο διὰ τὴν Περίθου καὶ Θησέως φιλοξενίαν· τούτοις δὲ καὶ χώραν ἐμέρισαν, ἣν ἐκάλεσαν Περιθοίδας. ῎Εφορος ἱστορεῖ ἐν γ´.

Iam matris Hyperboli nomen Doco sive Graecum fuit sive barbarum, ab Hermippo certe in hac fabula, quam a choro Pistrices inscripsit, ita fuit transformatum, ut prorsus barbarum et adventicium videretur: arguit hoc Hesychii glossa quamvis corrupta: Δοκικῶ (cod. Ven. δοκηκῶ) ἀντὶ τοῦ δοκῶ· ἔπαιξε δὲ ῞Ερμιππος ἐν ᾽Αρτοπώλισιν. Si supra recte a me restitutum est scholion illud in Aristophanem, quod vix quisquam addubitabit, facile etiam concedes hanc glossam ita corrigendam esse: Δοκικώ· ἀντὶ τοῦ Δοκώ· ἔπαιξε δὲ ῞Ερμιππος ἐν ᾽Αρτοπώλισιν. nam veteres grammaticos certe non omnes latuit, quo nomine appellata sit Hyperboli mater: nominis autem memoria fortasse propterea maxime oblitterata fuit, quoniam Hermippus in hac nobilissima fabula, quae tota in Hyperbolo eiusque matre exagitanda versabatur, tortuosa nominis forma rem obscuraverat: ceteros autem comicos poetas, qui illius mulieris mentionem iniecerunt, probabile est nomen plane reticuisse: quamquam Aristophanes quidem, ut mihi videtur, in Thesmophoriazusarum versu illo:

᾽Αξία γοῦν εἶ τόκου, τεκοῦσα τοιοῦτον τόκον.

nomen obscurius subindicavit. Itaque illi grammatici ex uno aliquo ignobili loco comici nescio cuius rem quae plurimos diu latuit percepisse videntur. Hermippum autem in hac fabula Hyperboli matrem exagitavisse arguit vel ipsa inscriptio *Ἀρτοπώλιδες* vel *πλεῖσται Ἀρτοπώλιδες*, si vera tradit Scholiasta Aristoph. Nub. v. 557: *Εἶθ' Ἕρμιππος αὖθις ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον.* ubi Scholiasta: *Ἕρμιππος μὲν δρᾶμα οὐκ ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον· ἔοικε δὲ τὸ πλείστας ἀρτοπώλιδας λεχθὲν κατ' αὐτοῦ σημαίνειν. Πλεῖσται ἀρτοπώλιδες* cur dicta sit fabula, vix aliam reperies rationem, quam quod chorus maxime ex pistricibus fuerit compositus, unde fabula nomen accepit, receptis tamen etiam aliis quibusdam mulieribus, quae alias res venales habebant: conferri quodammodo potest, quod legitur apud Pollucem VII. 198: *Γελγόπωλις· εἴρηται γὰρ ἡ γελγόπωλις ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ Κρατίνου, ὥσπερ ἐν Ἀρτοπώλισιν Ἑρμίππου τὸ γελγοπωλεῖν.* Ipsam autem illam Doco pistricem fuisse docet etiam Schol. Victorii, qui ad illum Aristophanis versum:

Τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα.

haec adscripsit: *τὴν ἀρτοπώλιδα.* Pistrices autem antiquitus satis erant famosae: vitam libidinosam et abiectam in iis notat iam Anacreon Fr. XIX:

Πρὶν μὲν ἔχων βερβέριον, καλύμματ' ἐσφηκωμένα,
Καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσὶ καὶ ψιλὸν περὶ
Πλευρῇσι δέρριον βοός,
Νήπλυτον εἴλυμα κακῆς ἀσπίδος, ἀρτοπώλισιν
Κἠθελοπόρνοισιν ὁμιλέων ὁ πονηρὸς Ἀρτέμων,
Κίβδηλον εὑρίσκων βίον.

Ita enim haec e Schoemanni coniectura restituenda sunt, nisi quod *δέρριον* scripsi. Tanquam rixosas et conviciatrices easdem perhibet Aristophanes in egregio illo loco Ran. v. 857:

Σὺ δὲ μὴ πρὸς ὀργὴν Αἰσχύλ', ἀλλὰ πρᾳόνως
Ἔλεγχ', ἐλέγχου· λοιδορεῖσθαι δ' οὐ θέμις
Ἄνδρας ποιητάς, ὥσπερ ἀρτοπώλιδας.

Et similiter Hermippus videtur istam Doco in hac fabula repraesentavisse: conferas quae apud Pollucem leguntur VII. 202: *Ἕρμιππος δὲ ἐν τοῖς Κοθόρνοις πορνοτελῶναι· ὁ δ' αὐτὸς ἐν Ἀρτοπώλισι φησὶν ὡς σαπρὰ πόρνη καὶ κάπραινα.* Haec foedissime corrupta partim ex Falkenburgiano, partim ex Palatino libro ita sunt restituenda: *Φιλωνίδης* (ita F) *δὲ ἐν τοῖς Κοθόρνοις πορνοτελῶναι· Ἕρμιππος δὲ* (ita F et P) *ἐν Ἀρτοπώλισι καὶ πασιπόρνη φησὶ καὶ κάπραινα.* Sed ne sic quidem puto Hermippi verba integra esse, neque enim credibile est illud *σαπρά*, quod longe aptissimum est, temere invectum esse, itaque puto Hermippum scripsisse:

Καὶ πασιπόρνη καὶ κάπραινα καὶ σαπρά.

vel quod magis etiam probo:

Ὦ πασιπόρνη καὶ κάπραινα καὶ σαπρά.

ita enim nescio quis Hyperboli matrem increpat: pariter apud Phry-

nichum in Musis (vid. Pollux ibidem,) aliquis in Euripideam poesin invehitur:

Ἀλλ' ὦ κάπραινα καὶ περίπολι καὶ δρομάς.

Σαπρὰ autem quod retinui est vetula. Phrynichus p. 377 ed. Lobeck: Σαπράν· οἱ πολλοὶ ἀντὶ τοῦ αἰσχράν· Θέων φησὶν ὁ γραμματικὸς εὑρηκέναι παρὰ Φερεκράτει, ληρῶν· ἅπαντα γὰρ ἃ φέρει μαρτύρια ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ καὶ σεσηπότος κείμενά ἐστιν. Et sic Eupolis in Urbibus ap. Suidam T. I. p. 208:

Ὡς μόλις ἀνέρρησ'· οὐδὲν ἐσμὲν οἱ σαπροί.

Plato in Cleophonte apud Athen. VII. p. 315 C:

Σὲ γὰρ γραῦ, συγκατῴκισεν σαπρὰν
Ὀρφῶσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βοράν.

Photius p. 499, 24: Σαπρόν· οὐ τὸ μοχθηρὸν καὶ φαῦλον· ἀλλὰ τὸ παλαιόν· Εὔπολις.

Docus autem partes fuisse in hac fabula aliae quoque reliquiae docent: huc referendum est illud, quod legitur apud Grammaticum Bekkeri T. I. p. 328, 25: Ἀγῆλαι· τιμῆσαι θεόν, ἀγλαΐσαι· ἔστι δὲ ἡ λέξις τῶν πάνυ Ἀττικῶν. — Ἕρμιππος Ἀρτοπώλισιν·

Φέρε νυν ἀγήλω τοὺς θεοὺς θύουσ' ἐγὼ
Καὶ θυμιάσω τοῦ τέκνου σεσωσμένου.

Legebatur φέρε νῦν ἀγ. τ. θ. οἵους ἐγώ. Suidas T. I. p. 27: οἵους ἐγώ. Scholiasta Euripid. Medeae v. 995 priorem versum adhibet sic scriptum: Φρύνιχος· ἀγῆλαι· ἀντὶ τοῦ εὔξασθαι· καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει — καὶ Ἕρμιππος Ἀρτοπώλισιν· Φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ' ἔσω. Bekkerus cum Ruhnkenio ἰοῦσ' ἐγὼ scripsit idque Elmsleius ad Medeam p. 95 probavit. Loquitur autem haec Hyperboli mater, quae filio a iudicibus absoluto dicit se operaturam esse diis sospitatoribus: eodem prorsus modo etiam Eupolis in Marica ap. Schol. Soph. Oed. Colon. v. 1596 repraesentavit Doco, cuius ista sunt verba:

Ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι· θῦσαι γάρ με δεῖ
Κριὸν Χλόῃ Δήμητρι.

In Hermippi fabula, quae Δημόται inscribitur, non pauca reperiuntur, quae a communi consuetudine aliquantum recedere visa sunt, etsi omnino neque multae neque copiosae reliquiae supersunt. Et Athenaeus quidem VII. p. 285 E. miratur quod ἀφύη numero singulari dixerit: Ἐπὶ τοῦ ἑνικοῦ Ἕρμιππος Δημόταις·

Νῦν δ' οὐδ' ἀφύην κινεῖν δοκεῖς.

Sane cum apuae sint pisces minuti et propterea compluribus opus sit, si quis velit satiari, etiam numerus pluralis longe est frequentior: sed et singulari numero suus locus concessus est, uti qui rerum naturalium memoriam scribunt, iure singulariter τὴν ἀφύην dicunt, ut est apud Aristot. Hist. Anim. VI. 14 et Chrysippum philosophum ap. Athen. VII. p. 285 D: similiter etiam Dorio, Hicesias, Clearchus ibid. et Archestratus ille:

Τὴν ἀφύην μίνθου πᾶσαν, πλὴν τὴν ἐν Ἀθήναις.

Recte etiam apud Calliam in Cyclopibus ibid. aliquis iurat per apuam:

Πρὸς τῆς ἀφύης τῆς ἡδίστης.

Et Aristonymus quoque in Sole frigente, ubi quem cum apua componit, iure singulariter dixit hoc verbum:

Ὅ γέ τοι Σικελὸς ταῖς μεμβραφύαις προσέοικεν ὁ καρκινοβήτης,
Ὥστ' οὔτ' ἀφύη νῦν ἐστ' ἔθ' ἁπλῶς οὔτ' αὖ βεμβρὰς κακοδαίμων.

Et sic Hermippus quoque in hac formula, quae proverbii loco dici videtur, cum velit *ne unam quidem apuam* dicere, recte *ἀφύην* scripsit, non *ἀφύας*. Ceterum nescio an ambigue sit locutus poeta de re turpi: apuarum enim nomen meretricibus tribui solebat, id quod docet Athenaeus XIII. p. 586 B: *Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ κατὰ Ἀρισταγόραν φησί· „Καὶ πάλιν τὰς ἀφύας καλουμένας τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκαλέσατε.“ ἑταιρῶν ἐπωνυμία αἱ ἀφύαι, περὶ ὧν ὁ προειρημένος Ἀπολλόδωρός φησι· „Σταγόνιον καὶ Ἄνθις ἀδελφαί. αὗται Ἀφύαι ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ λευκαὶ καὶ λεπταὶ οὖσαι τοὺς ὀφθαλμοὺς μεγάλους εἶχον.“ Ἀντιφάνης δ' ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν Νικοστρατίδα φησὶν Ἀφύην κληθῆναι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν.* Adde Harpocratio p. 43, 1: *Ἀφύας· Ὑπερίδης κατ' Ἀρισταγόρας· ἔστι δὲ καὶ ὀνόματα ἑταιρῶν γυναικῶν ἀδελφῶν δύο.* Porro *ἴσος* videtur poeta dixisse in versiculo apud Pollucem X. 165: *Τὸ δὲ ὄγκιον σκεῦος πλεκτὸν εἰς ἀπόθεσιν σιδήρου ἢ ἄλλων τινῶν· παρὰ δὲ Ὁμήρῳ τῶν Ὀδυσσέως πελέκεων. Ἕρμιππος δὲ ἐν Δημόταις ἔφη· Ἔχοντες ἴσον ἀσπίδιον ὀγκίῳ.* at scribendum est *ἴσον*, quod Attici poetae semper dixerunt, si discesseris ab Aeschylo in Salaminiis Fr. CC:

Ἐμοὶ γένοιτο φᾶρος ἶσον οὐρανῷ.

modo haec integra sint. Et Bekkeri quidem Antiatticista saepius huius comoediae auctoritate utitur, ut importunos illos et iusto severiores Attici sermonis magistros redarguat, uti p. 104, 33: *Κακκάβη· Ἕρμιππος Δημόταις.* sed nescio quos arbitros hic Antiatticista impugnet, qui vocem omnis labis expertem *κακκάβην* Atticis scriptoribus abrogaverint: hac enim usus est Aristophanes in Mulieribus Scenas occupantibus Fr. VII:

Τὴν κακκάβην γὰρ κάε τοῦ διδασκάλου.

et in Daetalensibus Fr. XXVI:

Κἄγειν ἐκεῖθεν κακκάβην.

Et vero etiam mediae comoediae poetae, ut Antiphanes in Philothebaeo apud Athen. IV. p. 169 E:

Τμηθεῖσα κοίλοις ἐν βυθοῖσι κακκάβης.

Itaque paene suspicor hic scribendum esse *Κάκκαβος· Ἕρμιππος Δημόταις*: quam formam cum iure repudiavissent Atticismi magistri, Antiatticista Hermippi exemplo firmare conatur. Et *κάκκαβον* spernit Phrynichus 427: *Κάκκαβον· διὰ τοῦ η κακκάβην λέγε· τὸ γὰρ διὰ τοῦ ο ἀμαθές· καὶ γὰρ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ χρῆται διὰ τοῦ η.* In eandem sententiam disputat Pollux X. 106: *Καὶ κάκκαβον δὲ τὴν κακκάβην κατὰ τὴν τῶν πολλῶν χρῆσιν Ἀντιφάνης κέκληκεν ἐν Παρασίτῳ* (cf. Athen. IV. p. 159 E):

Κάκκαβον λέγω·
Σὺ δ' ἴσως ἂν εἴποις λοπάδ'. Ἐμοὶ δὲ τοὔνομα
Οἴει διαφέρειν, εἴτε κάκκαβόν τινες
Χαίρουσιν ὀνομάζοντες, εἴτε σίττυβον;

Καὶ Νικοχάρης δὲ ἐν Λημνίαις εἴρηκεν κακκάβους. Hermippum autem, alias germani sermonis studiosum, puto metri maxime vinculis constrictum hanc formam admisisse. Idem Antiatticista p. 105, 8: *Κατόχους τινὰς λέγουσιν οἱ παιδοτρῖβαι καὶ κατόχως εἴρηται ἀντὶ τοῦ μνημονικῶς· Ἕρμιππος Δημόταις.* quod sane a vulgari vocabuli usu abhorret, nisi forte poeta ita dixit, ut esset *divinitus*, cf. Pollux I. 15. III. 68. — Porro idem grammaticus p. 106: *Λεπτολογία· Ἕρμιππος Δημόταις.* Sed quae causa fuerit, cur germani Atticismi arbitri hoc vocabulum spreverint, non expedio. Adde praeterea ibid. p. 85, 31: *B***** Πρὸς τοὺς κατάρνη ἀναφωνήσαντας εἰώθασιν οἱ ἀντιτιθέντες ἀντεμβοᾶν καὶ ἔστιν οἱονεὶ σκῶμμα· Ἕρμιππος Δημόταις.* quae quo pacto redintegranda sint prorsus ignoro.

Ex Hermippo Divis unum tantum fragmentum seligam idque breviter perstringam: Athenaeus, ubi de temperatura vini loquitur, cum aliorum comicorum tum Hermippi hos profert iambos X. p. 426 F: *Ἕρμιππος Θεοῖς·*

Ἐπειθ', ὅταν πινώμεθ', ἢ διψώμεθα,
Εὐχόμεθα, πρὸς τοῦθ' ὁ οἶνος ὠκεραςγενου
Οὐκ ἀστοῦ καὶ πηλοῦ 'γὼ φέρω παίζων ἅμα.
Κανθεὶς γεγένηται τοῦτο πέντε καὶ δύω.

quae corruptissima sic puto restituenda esse:

Ἐπειθ', ὅταν πεινώμεθ' ἢ διψώμεθα,
Εὐχόμεθα πρὸς τοῦτ'· οἶνος ὦ κέρας γενοῦ.
Κὰς τοῦ καπήλου 'γὼ φέρω παίζων ἅμα,
Κεὐθὺς γεγένηται τοῦτο πέντε καὶ δύο.

Πεινώμεθα, quod scripsi pro vulg. *πινώμεθα*, flagitat vel id quod sequitur *διψώμεθα*, etsi non possum perspicere, quare poeta contra consuetudinem utriusque verbi forma media usus sit, nisi forte existimandum est poetam servum induxisse eique inconditum barbarumque tribuisse sermonem. Constructio illa *εὔχεσθαι πρός τι* non magis insolens est, quam id quod Aristophanes dixit in Pluto v. 958:

Νὼ δ' εἰσίωμεν, ἵνα προσεύξῃ τὸν θεόν.

Existimo autem hic loqui aliquem, fortasse Mercurium aut alium quem ministrum, de deorum vita felicissima, quae omnium rerum summa copia et affluentia sit ornata, ad quam felicitatem illud maxime retulit, quod Amaltheae cornu uterentur, quod omnia, quaecunque collibuissent, sua sponte funderet. Hoc igitur ille, quisquis est, dicit: *Si esurimus aut sitimus, hoc Cornu Copiae precibus invocamus: o cornu vinum fias. Et ubi vinum fuerit effusum, ego ludibundus ad cauponem fero, et continuo aqua temperatur.* versu 2 si quis minus probet *οἶνος ὦ κέρας γενοῦ*, poterit *οἶνον ὦ κέρας δίδου* restituere. v. 3 erat cum lege-

rem *παῖς ὢν* pro vulg. *παίζων*, sed nihil videtur tentandum esse. v. 4 propius sane ad librorum scripturam accedit *καὖθις γεγένηται*, at sententiae melius convenit, quod scripsi, *κεὐθύς*.

Hermippi ex Moeris fragmentum legitur apud Athenaeum X. p. 418 C: *Ἔλεγον δὲ καὶ Θετταλικὴν ἔνθεσιν τὴν μεγάλην· Ἕρμιππος Μοίραις·*

Ὁ Ζεὺς δὲ τούτων οὐδὲν ἐνθυμούμενος
Μύων ξυνέπλαττε Θετταλικὴν τὴν ἔνθεσιν.

Μύων illud, quod parum aptum est, corruptum esse arbitror; codex P. sicut editiones veteres, *μύρων* exhibent: itaque corrigendum conseo:

Ὁ Ζεὺς δὲ τούτων οὐδὲν ἐνθυμούμενος
Μοιρῶν, ξυνέπλαττε Θετταλικὴν τὴν ἔνθεσιν.

Confusio diphthongi *οι* et vocalis *υ* frequentissima est: ita infra apud Athenaeum XI. p. 476 D. codd. *Ἕρμιππος Μύραις* praebent, quod Casaubonus correxit. Cf. Hesychius v. *Νυμφόβας·* Scholiasta Hephaestionis p. 185 ed. Gaisf. *Ὅμηρος, οὐχ ὁ ποιητὴς ἀλλ' υἱὸς Ὁμηροῦς τῆς Βυζαντίας ποιητρίδος.* Pauvii correctio *Μυροῦς* probata est Naekio: sed scribendum est *Μοιροῦς*, vid. Parthenius c. 27: *Ἱστορεῖ Μοιρὼ ἐν ταῖς Ἀραῖς.* Athenaeus XI. p. 490 C: *Μοιρὼ ἡ Βυζαντία — ἐν τῇ Μνημοσύνῃ ἐπιγραφομένῃ.* cf. ibid. p. 491 A. Illud autem *ὁ Ζεὺς* apud Hermippum intelligendum existimo non de Iove, sed de Pericle, cui cognomen erat Iuppiter, uti est apud Cratinum in Thressis apud Plutarchum vit. Pericl. c. 13:

Ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὁδὶ προσέρχεται
Ὁ Περικλέης τῴδειον ἐπὶ τοῦ κρανίου
Ἔχων, ἐπειδὴ τοὔστρακον παροίχεται.

et in Nemesi apud Plut. ibid. c. 3:

Μόλ' ὦ Ζεῦ ξένιε καὶ μακροκάριε.

sive etiam Olympius, vid. Teleclides ap. Athenaeum X. p. 436 F: *Ἧς (Χρυσίλλης) καὶ Περικλέα τὸν Ὀλύμπιον ἐρᾶν φησι Τηλεκλείδης ἐν Ἡσιόδοις.* Aristophanes in Acharnensibus v. 530:

Ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης Οὐλύμπιος
Ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Μοιρῶν autem, quod restitui, intelligendum est de moris Lacedaemoniorum, a quibus fabulam nomen traxisse coniicio. Existimo enim hanc comoediam eo tempore ab Hermippo scriptam esse, quo Lacedaemonii, primum irruptione in Atticam facta usque Acharnas progressi agros vastabant et depopulabantur: quo quidem tempore Athenienses Pericli, quod secure tot calamitates ingruere passus esset impetumque bellicosae iuventutis coerceret, graviter succensebant: itaque mihi quidem videtur haec fabula Euthydemi anno, h. e. Olymp. LXXXVII. 2 docta esse: eius enim anni mense primo sive Hecatombaeone incursio illa facta est a Lacedaemoniis, quod quidem colligi potest ex Thucydide II. 19: *Ἐπειδὴ μέντοι προβαλόντες τῇ Οἰνόῃ καὶ πᾶσαν ἰδέαν πειράσαντες οὐκ ἐδύναντο ἑλεῖν, οἵ τε Ἀθηναῖοι οὐδὲν ἐπεκηρυκεύοντο, οὕτω δὴ ὁρμήσαντες*

ἀπ' αὐτῆς, μετὰ τὰ ἐν Πλαταίᾳ τῶν ἐσελθόντων Θηβαίων γενόμενα ἡμέρᾳ ὀγδοηκοστῇ μάλιστα τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικήν. Iam Lacedaemonii quantopere terram Atticam afflixerint, docet infra: Ἔπειτα προὐχώρουν, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸ Αἰγάλεων ὄρος, διὰ Κρωπειᾶς, ἕως ἀφίκοντο εἰς Ἀχαρνὰς χωρίον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς τῶν δήμων καλουμένων· καὶ καθεζόμενοι ἐς αὐτὸ στρατόπεδόν τε ἐποιήσαντο χρόνον τε πολὺν μείναντες ἔτεμνον κτλ. Athenienses vero calamitatis mole oppressi Pericli timiditatem exprobrabant aegerrimeque ferebant, quod non castra cum Lacedaemoniis conferre auderet, vid. Thucyd. c. 21: Ἐπειδὴ δὲ περὶ Ἀχαρνὰς εἶδον τὸν στρατὸν ἑξήκοντα σταδίους τῆς πόλεως ἀπέχοντα, οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο, ἀλλ' αὐτοῖς, ὡς εἰκός, γῆς τεμνομένης ἐν τῷ ἐμφανεῖ, ὃ οὔπω ἑωράκεσαν οἵ γε νεώτεροι, οὐδ' οἱ πρεσβύτεροι πλὴν τὰ Μηδικά, δεινὸν ἐφαίνετο, καὶ ἐδόκει τοῖς τε ἄλλοις καὶ μάλιστα τῇ νεότητι ἐπεξιέναι καὶ μὴ περιορᾶν, κατὰ ξυστάσεις τε γιγνόμενοι ἐν πολλῇ ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν κελεύοντες ἐξιέναι, οἱ δέ τινες οὐκ ἐῶντες· χρησμολόγοι τε ᾖδον χρησμοὺς παντοίους, ὧν ἀκροᾶσθαι, ὡς ἕκαστος ὥργητο. Omnium autem maxime Acharnenses, vel alioqui acres, cupiditate bellandi flagrabant: οἵ τε Ἀχαρνῆς, οἰόμενοι παρὰ σφίσιν αὐτοῖς οὐκ ἐλαχίστην μοῖραν εἶναι Ἀθηναίων, ὡς αὐτῶν ἡ γῆ ἐτέμνετο, ἐνῆγον τὴν ἔξοδον μάλιστα· παντί τε τρόπῳ ἀνηρέθιστο ἡ πόλις, καὶ τὸν Περικλέα ἐν ὀργῇ εἶχον, καὶ ὧν παρῄνεσεν πρότερον, ἐμέμνηντο οὐδέν, ἀλλ' ἐκάκιζον ὅτι στρατηγὸς ὢν οὐκ ἐπεξάγοι, αἴτιόν τε σφίσιν ἐνόμιζον πάντων, ὧν ἔπασχον. Pericles vero, vir constantiae maximae, nihil movebatur illorum ira, sed quae animo conceperat consilia, strenue exsecutus est, vid. Thucyd. c. 22. Περικλῆς δὲ ὁρῶν μὲν αὐτοὺς πρὸς τὸ παρὸν χαλεπαίνοντας καὶ οὐ τὰ ἄριστα φρονοῦντας, πιστεύων δὲ ὀρθῶς γιγνώσκειν περὶ τοῦ μὴ ἐπεξιέναι, ἐκκλησίαν τε οὐκ ἐποίει αὐτῶν οὐδὲ ξύλλογον οὐδένα τοῦ μὴ ὀργῇ τι μᾶλλον ἢ γνώμῃ ξυνελθόντας ἐξαμαρτεῖν, τήν τε πόλιν ἐφύλασσε καὶ δι' ἡσυχίας μάλιστα, ὅσον ἐδύνατο, εἶχεν. Simillima his Plutarchus in vita Periclis c. 33 memoriae prodidit. Hoc igitur tempore Hermippus aptissime potuit ista dicere:

Ὁ Ζεὺς δὲ τούτων οὐδὲν ἐνθυμούμενος
Μοιρῶν, ξυνέπλαττε Θετταλικὴν τὴν ἔνθεσιν.

quibus illius socordiam et ignaviam, quam arbitrabantur, perstringeret. Sed non Periclis solius timiditatem notavit, verum etiam alios eodem nomine reprehendit: ita Nothippum tragicum poetam vexat, lepide simul eius gulositatem exagitans, vid. Athenaeus VIII. p. 344 D: Νόθιππον δὲ τὸν τραγῳδιοποιὸν Ἕρμιππος ἐν Μοίραις φησίν·

Εἰ δ' ἦν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων τῶν νῦν τοιόνδε μάχεσθαι,
Καὶ βατὶς αὐτῶν ἡγεῖτ' ὀπτὴ μεγάλη καὶ πλευρὸν ὕειον,
Τοὺς μὲν ἄρ' ἄλλους οἰκουρεῖν χρῆν, πέμπειν δὲ Νόθιππον
ἕν' ὄντα.
Εἷς γὰρ μόνος ἂν κατεβρόχθισεν ἂν τὴν Πελοπόννησον ἅπασαν.

Sed Pericli tamen praeter ceteros maledixit, quod arguunt vel illi versus anapaesti, quos Plutarchus eo loco, modo quem dixi, affert, quos ad hanc fabulam referre nullus dubito: *Καί τοι*, ait, *πολλοὶ μὲν αὐτοῦ τῶν φίλων δεόμενοι προσέκειντο, πολλοὶ δὲ τῶν ἐχθρῶν ἀπειλοῦντες καὶ κατηγοροῦντες, πολλοὶ δ' ᾖδον ᾄσματα καὶ σκώμματα πρὸς αἰσχύνην ἐφυβρίζοντες αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν ὡς ἄνανδρον καὶ προϊεμένην τὰ πράγματα τοῖς πολεμίοις· ἐπεφύετο δὲ καὶ Κλέων ἤδη διὰ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ὀργῆς τῶν πολιτῶν πορευόμενος ἐπὶ τὴν δημαγωγίαν, ὡς τἀνάπαιστα ταῦτα δηλοποιεῖ τὰ Ἑρμίππου·*

Βασιλεῦ Σατύρων, τί ποτ' οὐκ ἐθέλεις
Δόρυ βαστάζειν, ἀλλὰ λόγους μὲν
Περὶ τοῦ πολέμου δεινοὺς παρέχει,
Ψυχὴν δὲ Τέλητος ὑπέστης;
Κἀγχειριδίου δ' ἀκονῇ σκληρᾷ
Παραθηγομένης βρύχεις κοπίδος,
Δηχθεὶς αἴθωνι Κλέωνι.

Loquitur haec chorus, ut videtur, increpatque Periclis cunctationem, qui oratione quidem instigaverit Atheniensium animos, ipsam autem pugnam reformidet. Accurate de his versibus disseruit Sintenis p. 229 seqq., quamquam non omnia possunt probari, minime vero illud quod de Telea oratore, homine vano, cogitavit: verum nolo his diutius immorari. Ex eodem carmine eximiam particulam servavit Athenaeus XV. p. 668 A. (ex parte etiam XI. p. 487 E.):

Ἕρμιππος Μοίραις·

Χλανίδες δ' οὖλαι καταβέβληνται,
Θώρακα δ' ἅπας ἐμπερονᾶται,
Κνημῖδε περὶ σφυρὸν ἀρθροῦνται,
Βλαύτης δ' οὐδεὶς ἔτ' ἔρως λευκῆς,
Ῥάβδον δ' ὄψει τὴν κοτταβικὴν·
Ἐν τοῖς ἀχύροισι κυλινδομένην,
Μάνης δ' οὐδὲν λατάγων ἀΐει,
Τὴν δὲ τάλαιναν πλάστιγγ' ἂν ἴδοις
Παρὰ τὸν στροφέα τῆς κηπαίας
Ἐν τοῖσι κορήμασιν οὖσαν.

Censeo enim haec ex eadem illa oratione petita esse, in qua poeta graviter increpat otium et securitatem Periclis: Pericli enim videtur chorus proponere imaginem alacritatis atque studii bellandi, quo tunc universa Atheniensium civitas flagrabat: describit enim poeta, quo pacto Athenienses, relictis conviviorum voluptatibus arma continuo omnes capessant. Athenienses autem ista Lacedaemoniorum incursione ex diuturno, quo usi erant otio graviter excitatos esse testatur Thucydides II. 14 seqq. Iuvenes autem otiosi et divites quantopere cottabi ludo delectati fuerint satis superque multi comicorum poetarum arguunt loci, vid. Cratinus in Nemesi, Plato in Laconibus et in Iove iniuriis laeso, Aristophanes in Daetalensibus et in Pace, Amipsias in Cottabissantibus, Nicochares in Laconibus, Antiphanes in Veneris Natalibus, alii, quos recenset

ex magna parte Athenaeus libro XV. p. 668 A. Versu 3 scripsi *κνημῖδε περὶ σφύρον ἀρθροῦνται*, vulgo legitur *κνημῖδες δέ*, quod Porsonus et Erfurdtius ita correxerunt, ut *κνημὶς δὲ περὶ σφύρον ἀρθροῦται* scriberent: at dualis numerus maxime convenit, neque necessaria est particula *δέ*, quae in vivida praesertim atque alacri oratione, ubi plura enumerando percensentur, non raro omittitur. Ita ipse Hermippus apud Athenaeum I. p. 27 F:

Ἡ Λιβύη δ' ἐλέφαντα πολὺν παρέχει κατὰ πρᾶσιν·
Ἡ Ῥόδος ἀσταφίδας τε καὶ ἰσχάδας ἡδυονείρους·
Αὐτὰρ ἀπ' Εὐβοίας ἀπίους καὶ ἴφια μῆλα·
Ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας, ἀπὸ δ' Ἀρκαδίας ἐπικούρους.
Αἱ Παγασαὶ δούλους καὶ στιγματίας παρέχουσιν.
Τὰς δὲ Διὸς βαλάνους καὶ ἀμύγδαλα σιγαλόεντα
Παφλαγόνες παρέχουσι· τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός·
Φοινίκη καρπὸν φοίνικος καὶ σεμίδαλιν.
Καρχηδὼν δάπιδας καὶ ποικίλα προσκεφάλαια.

Sed revertor ad illos anapaestos, ad quos fortasse, si numerum spectas etiam illud referendum est, quod legitur apud Pollucem X. 136 ex hac fabula petitum:

Ῥάμμ' ἐπέκλωσας.

Ad eandem hanc fabulam revocandos censeo etiam duos septenarios, quos Athenaeus II. p. 56 E, ubi de olivis agit nomine quidem fabulae non adiecto, ex Hermippo adscripsit:

Ὥστε Μαραθῶνος τὸ λοιπὸν ἐπ' ἀγαθῷ μεμνημένοι
Πάντες ἐμβαλοῦσιν ἀεὶ μάραθον εἰς τὰς ἁλμάδας.

Haec enim arbitror ex epirrhemate vel antepirrhemate petita esse, in quo chorus memoriam victoriarum, quas maiores de Persis apud Marathonem et Salaminem reportaverant, renovasse videtur, quo magis popularium animos alacri pugnandi cupiditate incenderet. — Duo alia de Moeris fragmenta, quae diversis locis apud Athenaeum leguntur, alterum XI. p. 476 D: (ubi de cornuum usu disseritur: *Ἕρμιππος Μοίραις· Οἶσθα νῦν* —) alterum XI. p. 486 A. (*Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνὸς κύλιξ φησὶ μείζων, παρατιθέμενος Τηλεκλείδου ἐκ Πρυτάνεων* — *Ἕρμιππος Μοίραις· Ἢν ἐγὼ πάθω κτλ.*) haec inquam propter numeri et sententiae similitudinem in unum coniungenda censeo hoc modo:

Οἶσθα νῦν ὃ μοι ποίησον; τήνδε νυν μή μοι δίδου,
Ἐκ δὲ τοῦ κέρατος αὖ μοι δὸς πιεῖν ἅπαξ μόνον.
Ἢν δ' ἐγὼ πάθω τι τήνδε τὴν λεπαστὴν ἐκπιών,
Τῷ Διονύσῳ πάντα τἀμαυτοῦ δίδωμι χρήματα.

versu 3 particulam *δὲ* inserui, quamquam hac facile carere possumus. Iambos denique, quos Suidas v. *Ἴακχος* T. II. p. 89 ex hac Hermippi fabula profert, sic emendes:

Μείζων γὰρ ἢ νῦν δή 'στι· καὶ δοκεῖ γ' ἐμοί,
Ἐάν τι ἐπιδιδῷ τῆς ἡμέρας, ὅτι
Μείζων ἔτ' ἔσται Διαγόρου τοῦ Τερθρέως.

Ita enim haec emendanda arbitror: v. 1 legebatur *μείζων γὰρ ἦν, νῦν δ' ἔστι*, quod ferri nequit: scripsi igitur *ἢ νῦν δὴ maior enim nunc est, quam modo erat.* Ita *νῦν δὴ* saepius dicitur, vid. Photius p. 305,9: *Νῦν δή· ἀρτίως ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν. Νόμοις η'· Νῦν δὴ ὀλίγον ἔμπροσθεν τούτοις περιτυχόντες τοῖς λόγοις, οὕτω ταῦτ' ἐτίθεμεν· νῦν δ' ἐπιλελήσμεθα. Καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ·*

Νῦν δὴ μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας
Πόθον ἐστέλλου· νῦν δὲ ψαμάθοις
Ἐπ' ἀκυμάντοις.

καὶ ἐν Μελεάγρῳ·

Ὁρᾷς σὺ νῦν δή μ' ὡς ἐπράϋνας τύχῃ;

Μάγνης δὲ ἐν Πυτακίδῃ·

Εἰπέ μοι, νῦν δὴ μὲν ὤμνυς μὴ γεγονέναι· νῦν δὲ φῄς.

Deinde correxi quod vulgo legebatur: *καὶ δοκεῖ δέ μοι Ἐάν τις ἐπιδιδῷ κτλ.* nam *ἐπιδιδόναι* hic ut alibi non raro apud Atticos scriptores significat augescere. Ceterum existimo haec quoque de Periclis potentia et auctoritate in dies aucta dicta esse: quamquam hoc quidem incertum.

Iam vero cum huius fabulae memoria coniungenda est alia, quae *Στρατιῶται* inscribitur: nam mirum sane est, quod duo versiculi, quos Athenaeus diligens auctor duobus locis ex Moeris profert, a Scholiasta Aristoph. Pacis v. 1240 de Militibus deprompti esse dicantur: *Περὶ μὲν οὖν τῆς ῥάβδου Ἕρμιππος ἐν Στρατιώταις·*

Ῥάβδον (δ') ὄψει τὴν κοτταβικὴν
Ἐν τοῖς ἀχυροῖσι κυλινδομένην.

quem quidem grammaticum in nomine fabulae erravisse vix crediderim: nam ut saepissime duo comici poetae eandem sententiam verbis iisdem aut paululum variatis dixisse inveniuntur, id quod inprimis in poetas mediae et recentioris comoediae cadit, ita multo etiam minus mirum, si ipse poeta, quae commodius aptiusve se dicere posse desperet, integra vel parum immutata repetat: ita Aristophanes in Vespis dixit 1029:

Οὐδ' ὅτε πρῶτόν γ' ἦρξε διδάσκειν, ἀνθρώποις φήσ' ἐπιθέσθαι,
Ἀλλ' Ἡρακλέους ὀργήν τιν' ἔχων τοῖσι μεγίστοις ἐπιχειρεῖν,
Θρασέως ξυστὰς εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ τῷ καρχαρόδοντι,
Οὗ δεινόταται μὲν ἀπ' ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες ἔλαμπον,
Ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο
Περὶ τὴν κεφαλήν, φωνὴν δ' εἶχεν χαράδρας ὄλεθρον τετοκυίας,
Φώκης δ' ὀσμήν, Λαμίας δ' ὄρχεις ἀπλύτους, πρωκτὸν δὲ καμήλου.
Τοιοῦτον ἰδὼν τέρας οὔ φησιν δείσας καταδωροδοκῆσαι,
Ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν ἔτι καὶ νυνὶ πολεμεῖ.

eadem paululum immutavit in Pace v. 751:

Οὐκ ἰδιώτας ἀνθρωπίσκους κωμῳδῶν οὐδὲ γυναῖκας,
Ἀλλ' Ἡρακλέους ὀργήν τιν' ἔχων τοῖσι μεγίστοις ἐπεχείρει,
Διαβὰς βυρσῶν ὀσμὰς δεινὰς κἀπειλὰς βορβοροθύμους.
Καὶ πρῶτον μὲν μάχομαι πάντων αὐτῷ τῷ καρχαρόδοντι,

Οὗ δεινόταται μὲν ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες ἔλαμπον,
Ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο
Περὶ τὴν κεφαλήν, φωνὴν δ᾽ εἶχεν χαράδρας ὄλεθρον τετοκυίας,
Φώκης δ᾽ ὀσμήν, Λαμίας δ᾽ ὄρχεις ἀπλύτους, πρωκτὸν δὲ καμήλου,
Τοιοῦτον ἰδὼν τέρας οὐ κατέδεισ᾽, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ὑμῶν πολεμίζων
Ἀντεῖχον ἀεὶ καὶ τῶν ἄλλων νήσων.

Rursus in Pace v. 560:

Ὦ ποθεινὴ τοῖς δικαίοις καὶ γεωργοῖς ἡμέρα,
Ἄσμενός σ᾽ ἰδὼν προσειπεῖν βούλομαι τὰς ἀμπέλους.

quocum componas, quod dixit poeta in Agricolis, quae comoedia illius altera fuit recensio, apud Stobaeum T. II. p. 460 ed. Gaisf.:

Τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισιν εἰρήνης φίλης
Πιστὴ τροφός, ταμία, συνεργός, ἐπίτροπος,
Θυγάτηρ, ἀδελφή, πάντα ταῦτ᾽ ἐχρῆτό μοι.
B. Σοὶ δ᾽ ὄνομα δὴ τί ἐστιν; A. Ὅ τι; Γεωργία.
B. Ὦ ποθεινὴ τοῖς δικαίοις καὶ γεωργοῖς ἡμέρα,
Ἄσμενός σ᾽ ἰδὼν προσειπεῖν βούλομαι τὰς ἀμπέλους.

Atqui ego sic statuo Hermippum bis idem argumentum tractavisse, et in Moeris et Militibus, ita ut posterior fabula quasi pro recensione vel repetitione alterius sit habenda: commune autem utriusque fabulae consilium hoc videtur fuisse, ut civibus Pacis commoda et emolumenta commendaret: a quo instituto nequaquam illud abhorret, quod modo civium nimiam pugnandi cupiditatem alacritatemque attingit, modo ignaviam et timiditatem perstringit: comici enim poetae nihil maiore studio persecuti sunt, quam ut quantum possent belli Peloponnesiaci incendium exstinguerent, quod omnem rerum et publicarum et privatarum ruinam secum tracturum esse augurabantur. Et Moerarum quidem fabulam docuit Hermippus statim sub ipsum initium belli, Milites autem aliquot annos post, mortuo, ut consentaneum est, Pericle: itaque illos quidem anapaestos ferventissimos, qui in huius viri contumeliam compositi erant, segregasse videtur, sed qui deinceps secuti sunt, quibus alacritatem Atheniensium et in Lacedaemonios acrimoniam illustravit, eos integros vel minima ex parte mutatos in altera fabula repetiit: suntque aliae praeterea reliquiae conservatae, quae ad eundem hunc locum pertinent, uti illud quod affert Athenaeus XI. p. 480 F: *Ἐπαινοῦνται δὲ καὶ αἱ Χῖαι κύλικες, ὧν μνημονεύει Ἕρμιππος ἐν Στρατιώταις·*

Χία δὲ κύλιξ ὑψοῦ κρέμαται
Περὶ πασσαλόφιν.

Hoc enim dicit poeta prae militiae studio Chium poculum superne pendere neque amplius usurpari: clavo enim suspendi solebat, vid. Eustathius ad Homer. Odyss., p. 1428, 61: *Χία κύλιξ, περὶ ἧς ὅτι κατενεχθῇ ἐκ τοῦ πασσάλου παίζει ὁ Φερεκράτης ἐπὶ διαβολῇ γυναικῶν.* Epica autem forma *πασσαλόφιν* (cf. Matro apud Athenaeum IV. p. 183 A:

Οὐδ᾽ ὑπὸ πασσαλόφιν κρίμασαν, ὅθι περ γετάγνοτρ
Σκινδαψὸς τετράχορδος ἀνηλακάτοιο γυναικός).

nequaquam debet esse offensioni in numero anapaesto: ita Plato dixit in Symmachia apud Hermiam ad Platonis Phaedrum p. 90:

Κἂν μὲν πίπτῃσι τὰ λεύκ' ἐπάνω, φεύγειν ταχὺ τοὺς ἑτέρους δεῖ.

Ad eandem hanc orationem referendum est etiam illud, quod apud Pollucem legitur X. 182: *Τοῖς δὲ στρατιώταις καὶ ἀντὶ μάκτρας ὑπουργεῖ (ᾠὰ)· ὅπερ ἐν Στρατιώταις Ἕρμιππος ὑποδηλοῖ λέγων·*

Νικᾷ δ' ᾠὰ λιθίνην μάκτραν.

nam hoc quoque dixit poeta, ut significaret, quanto studio bellandi omnes omnino correpti fuerint, ut rudia militum vasa iam sola vel in pane conficiendo usurparentur. Alia quoque fragmenta huius fabulae in eodem argumento versantur, ut anapaesti illi, quos servavit Hesychius v. *πάνικτον*, in quibus aliquis alium hortatur, ut secum navem conscendat ad bellum ut videtur profecturus:

Α. Ὥρα τοίνυν μετ' ἐμοῦ χωρεῖν τὸν κωπητῆρα λαβόντα
Καὶ προσκεφάλαιον, ἵν' ἐς τὴν ναῦν ἐμπηδήσας ῥοθιάζῃς.
Β. Ἀλλ' οὐ δέομαι, πανικτὸν ἔχων τὸν πρωκτόν, προσκεφαλαίου.

Ita recte haec restituit Blomfieldius. Aliud fragmentum satis corruptum, in quo militum ignavia et mollities arguitur, legitur apud Athenaeum XII. p. 524 F: *Καὶ Ἀβυδηνοὶ Μιλησίων δ' εἰσὶν ἄποικοι, ἀνειμένοι τὴν δίαιτάν εἰσι καὶ κατεαγότες, ὡς παρίστησιν Ἕρμιππος ἐν Στρατιώταις·*

Χαίρω διαπόντιον
Στράτευμά τι πραττομένων,
Τὰ μὲν πρὸς ὄψιν μαλακῶς
Ἔχειν ἀπὸ σώματος κτλ.

quae quidem ita emendanda arbitror:

Α. Χαῖρ', ὦ διαπόντιον
Στράτευμα, τί πράττομεν;
Β. Τὰ μέν γ' ἀπὸ σώματος
Πρὸς ὄψιν ἔχει καλῶς
Κόμῃ τε νεανικῇ
Σφρίγει τε βραχιόνων.
Α. Ἤισθου τὸν Ἀβύδοθ' ὡς
Ἀνὴρ γεγένηται;

Τὰ ἀπὸ σώματος, quod restitui, ita est dictum, uti apud Theocritum XXIV. 78:

Τοῖος ἀνὴρ ὅδε μέλλει ἐς οὐρανὸν ἄστρα φέροντα
Ἀμβαίνειν τεὸς υἱός, ἀπὸ στέρνων πλατὺς ἥρως.

Versu penultimo recte Dindorfius *Ἀβύδοθ'* scripsit, cum *Ἄβυδον* legeretur. Neque vero videtur Hermippus illud indicare, omnem illum exercitum transmarinum Abydenum esse sive Abydi versari, quamquam sane ibi milites Athenienses in statione erant, (haec enim urbs societate iuncta erat cum Atheniensibus, sed descivit, Dercyllida Spartano auctore Olymp. XCII. 1 anno extremo, vid. Thucyd. VIII. 61 et 62,) verum existimo his verbis unum ex illo militum choro, Alcibiadem notari, qui statim cum sui esset iuris factus,

Abydum se contulit ibique omni voluptatum copia perfructus est, vid. Antiphon apud Athenaeum XII. p. 525 B: *Ἀντιφῶν ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου λοιδορίας γράφει οὕτως· Ἐπειδὴ ἐδοκιμάσθης ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων, παραλαβὼν παρ' αὐτῶν τὰ σαυτοῦ χρήματα, ᾤχου ἀποπλέων ἐς Ἄβυδον, οὔτε χρέος ἴδιον σαυτοῦ πραξόμενος οὐδέν, οὔτε προξενίας οὐδεμιᾶς ἕνεκεν, ἀλλὰ τῇ σεαυτοῦ παρανομίᾳ καὶ ἀκολασίᾳ τῆς γνώμης ὁμοίους ἔργων τρόπους μαθησόμενος παρὰ τῶν ἐν Ἀβύδῳ γυναικῶν, ὅπως ἐν τῷ ἐπιλοίπῳ βίῳ σαυτοῦ ἔχοις χρῆσθαι αὐτοῖς.* Videtur autem Hermippus hoc nomine notavisse Alcibiadem eo ipso tempore, cum ad rem publicam administrandam accessisset, ita ut pristinum illud opprobrium in eum coniiciat et dicat nunc illum virum factum esse: fuerit igitur, si haec vere disputata sunt, haec comoedia circa Olympiadem LXXXIX docta.

Hermippi eximium fragmentum, quod legitur apud Athenaeum I. p. 29 E, ita corrigendum arbitror: *Ἕρμιππος δέ που ποιεῖ τὸν Διόνυσον πλειόνων μεμνημένον·*

Μενδαῖον μέν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐνουροῦσιν θεοὶ αὐτοὶ
Στρώμασιν ἐν μαλακοῖς, Μάγνητα δὲ μειλιχόδωρον
Καὶ Θάσιον, τῷ δὴ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμή.
Τοῦτον ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριστον
Τῶν ἄλλων οἴνων μετ' ἀμύμονα Χῖον ἄλυπον.
Ἔστι δέ τις οἶνος, τὸν δὴ σαπρίαν καλέουσιν,
Τοῦ καὶ ἀπὸ στόματος στάμνων ἐξοιγνυμενάων,
Ὄζει ἴων, ὄζει δὲ ῥόδων, ὄζει δ' ὑακίνθου.
Ὀσμὴ θεσπεσία κατὰ πᾶν δ' ἔχει ὑψερεφὲς δῶ.
Ἀμβροσία καὶ νέκταρ ὁμοῦ τοῦτ' ἐστί· τὸ νέκταρ
Τουτὶ χρὴ παρέχειν πίνειν ἐν δαιτὶ θαλείῃ
Τοῖσιν ἐμοῖσι φίλοις, τοῖς δ' ἐχθροῖς ἐκ Πεπαρήθου.

v. 1 legebatur *Μενδαίῳ μὲν ἐνουροῦσιν καὶ θεοὶ αὐτοὶ* perverso et numero et sententia. v. 7 edebatur *οὗ καὶ ἀπὸ στόματος στάμνων ἀνοιγομενάων*, restitui epicam formam *τοῦ*, qua ipse Hermippus saepius utitur, et *ἐξοιγνυμενάων*. Deinde sic distinguunt nulla aut certe parum apta sententia: *Ὄζει δ' ὑακίνθου ὀσμὴ θεσπεσία· κατὰ πᾶν δ' ἔχει ὑψερεφὲς δῶ Ἀμβροσία καὶ νέκταρ ὁμοῦ· τοῦτ' ἐστὶ τὸ νέκταρ· τοῦτον χρὴ παρέχειν κτλ.* At ego distinxi post illa verba *ὄζει δ' ὑακίνθου*, ut *ὄζει* sit verbum impersonale, quod est passim apud comicos poetas, utque construatur cum duplici genitivo *τοῦ* et *ἴων, ῥόδων, ὑακίνθου*: nam verba *ἀπὸ στόματος στάμνων ἐξοιγνυμενάων* uno vinculo comprehendo, nisi quis malit verba ita copulare *τοῦ καὶ ἀπὸ στόματος, στάμνων ἐξοιγνυμενάων, ὄζει ἴων*, ut genitivus *τοῦ* a substantivo *στόματος* suspensus sit, ipsique vino os quasi quoddam tribuatur. Duplicem autem genitivum asciscit *ὄζειν* etiam apud Pherecratem in Fugitivis ap. Athen. XIV. p. 648 C:

Ὥσπερ τῶν αἰγιδίων ὄζειν ἐκ τοῦ στόματος μελικήρας

adde Aristophanem in Vespis v. 1058:

Κἂν ταῦτα ποιῆθ', ὑμῖν δι' ἔτους
Τῶν ἱματίων
Ὀζήσει δεξιότητος.

et in Pace v. 528:

Ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φωτὸς ἔχθιστον πλέκος.
Τοῦ μὲν γὰρ ὄζει κρομμυοξυρεγμίας,
Ταύτης δ' ὀπώρας, ὑποδοχῆς, Διονυσίων.

Deinde in Hermippi versibus manifesto haec erant in unam sententiam concludenda:

Ὀσμὴ θεσπεσία κατὰ πᾶν δ' ἔχει ὑψερεφὲς δῶ.

particula *δὲ* a suo loco paululum remota: tum apte sententia procedit, si distinguas:

Ἀμβροσία καὶ νέκταρ ὁμοῦ τοῦτ' ἐστί.

quibus deinde commodissime ista subiunguntur:

Τὸ νέκταρ
Τουτὶ χρὴ παρέχειν πίνειν ἐν δαιτὶ θαλείῃ

ita enim haec corrigenda sunt: extrema Dindorfius emendavit. Ceterum prorsus non ambigo, quin hi hexametri et ex eadem fabula et ex communi loco petiti sint, ex quo aliud non minus insigne fragmentum servavit Athenaeus I. p. 27 E, tanta et argumenti et orationis est similitudo: in illo, quod modo tractavi fragmento, ipse Bacchus loquitur, ut vel Athenaeus indicat *Ἕρμιππος δέ που ποιεῖ τὸν Διόνυσον πλειόνων μεμνημένον*, et vero etiam versus extremi confirmant:

Τουτὶ χρὴ παρέχειν πίνειν ἐν δαιτὶ θαλείῃ
Τοῖσιν ἐμοῖσι φίλοις, τοῖς δ' ἐχθροῖς ἐκ Πεπαρήθου.

in hoc autem fragmento non ipse quidem Bacchus loquens inducitur, at quae hominibus commoda navibus advexerit percensentur, vid. Athenaeus: *Ὅτι Ἀντιφάνης που ὁ χαρίεις τὰ ἐξ ἑκάστης πόλεως ἰδιώματα οὕτω καταλέγει· — Ἕρμιππος δέ που·*

Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Ἐξ οὗ ναυκληρεῖ Διόνυσος ἐπ' οἴνοπα πόντον
Ὅσσ' ἀγάθ' ἀνθρώποις δεῦρ' ἤγαγε νηῒ μελαίνῃ·
Ἐκ μὲν Κυρήνης καυλὸν καὶ δέρμα βόειον·
Ἐκ δ' Ἑλλησπόντου σκόμβρους καὶ πάντα ταρίχη·
Ἐκ δ' αὖ Ἰταλίας χόνδρον καὶ πλευρὰ βόεια·
Καὶ παρὰ Σιτάλκου ψώραν Λακεδαιμονίοισιν·
Καὶ παρὰ Περδίκκου ψεύδη ναυσὶν πάνυ πολλαῖς·
Αἱ δὲ Συράκουσαι σῦς καὶ τυρὸν παρέχουσιν.
Καὶ Κερκυραίους ὁ Ποσειδῶν ἐξολέσειε
Ναυσὶν ἐπὶ γλαφυραῖς, ὅτιὴ δίχα θυμὸν ἔχουσιν.
Ταῦτα μὲν ἐντεῦθεν· ἐκ δ' Αἰγύπτου τὰ κρεμαστὰ
Ἱστία καὶ βύβλους· ἀπὸ δ' αὖ Συρίας λιβανωτόν·
Ἡ δὲ καλὴ Κρήτη κυπάριττον τοῖσι θεοῖσιν·
Ἡ Λιβύη δ' ἐλέφαντα πολὺν παρέχει κατὰ πρᾶσιν·
Ἡ Ῥόδος ἀσταφίδας τε καὶ ἰσχάδας ἡδυονείρους·
Αὐτὰρ ἀπ' Εὐβοίας ἀπίους καὶ ἴφια μῆλα.

Ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας· ἀπὸ δ' Ἀρκαδίας ἐπικούρους.
Αἱ Παγασαὶ δούλους καὶ στιγματίας παρέχουσιν.
Τὰς δὲ Διὸς βαλάνους καὶ ἀμύγδαλα σιγαλόεντα·
Παφλαγόνες παρέχουσι, τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός.
Φοινίκη καρπὸν φοίνικος καὶ σεμίδαλιν.
Καρχηδὼν δάπιδας καὶ ποικίλα προσκεφάλαια.

Hoc utrumque fragmentum, quin ad eandem fabulam pertineat, vix quisquam poterit dubitari; quae autem fuerit illa comoedia indicat Hesychius v. *Διὸς βάλανοι· Ἕρμιππος Φορμοφόροις·*
Τὰς (δὲ) Διὸς βαλάνους καὶ ἀμύγδαλα σιγαλόεντα.
τὰ καστάνεια· τινὲς δὲ ποντικὰ λέγουσιν ἢ Ἡρακλεωτικά. et Grammaticus Bekkeri T. I. p. 82, 19: *Ἀμύγδαλα· Ἕρμιππος Φορμοφόροις.* Iam de tempore, quo haec fabula sit edita et ex hoc posteriore fragmento et ex aliis indiciis facile possumus coniecturam capere, sed missam hanc in praesentia facio disputationem.

Teleclidis ex Prytanibus fragmentum legitur apud Athenaeum XI. p. 458 F: *Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνὸς κύλιξ φησὶ μείζων (ἐστὶν ἡ λεπαστή) παρατιθέμενος Τηλεκλείδου ἐκ Πρυτάνεων·*
Καὶ μελιχρὸν οἶνον ἕλκειν
Ἐξ ἡδύπνου λεπάστης.
Elmsleius et Iacobsius levissima mutatione pro *ἕλκειν* scribunt *εἷλκεν:* sed hae coniectura licet speciosa facile carere possumus: estque omnino in tam exiguis reliquiis nihil mutandum: Teleclidem autem infinitivo usum esse probare videtur aliud eiusdem fabulae fragmentum apud Athenaeum IV. p. 170 D: *Ἐπεσθίειν δ' εἴρηκε Τηλεκλείδης Πρυτάνεσιν οὕτως·*
Τυρίον ἐπεσθίοντα.
Καὶ Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·
Προτοῦ δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντ' ἐπήσθιεν.
Ἐπιφαγεῖν δ' Εὔπολις Ταξιάρχοις. ita enim hic Athenaei locus disponi debet: vulgo *ἐπεσθίοντα· ἐπιφαγεῖν δ' Εὔπολις· — καὶ Ἀριστοφάνης Πλούτῳ* — legebatur. Hos autem versiculos ex communi loco petitos esse non solum metrum, sed etiam ipsa sententia indicat, planeque arbitror in unum esse coniungendos:
Καὶ μελιχρὸν οἶνον ἕλκειν
Ἐξ ἡδύπνου λεπαστῆς
Τυρίον ἐπεσθίοντα.
sive tu malis *ἐπεσθίοντας.* Huic mori non dispar prorsus ille, quem iam antiquissimus poeta Homerus attigit in Iliade XIII. 638:
Οἴνῳ Πραμνείῳ· ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρὸν
Κνήστι χαλκείῃ, ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνε.
Et sic Menander (vid. Photius p. 310, 10) videtur dixisse:
Κἀπικνῆν κἀπεσθίειν.
ubi *τυρὸν* supplendum videtur, uti Aristophanes dixit in Avibus v. 533, quamquam de alia re locutus.

Fortasse etiam adhiberi potest Lucianus in Lexiphane c. 13: *Πίνωμεν οὖν, ἦδ' ὅς, ὁ Μεγαλώνυμος· καὶ γὰρ καὶ λάγυνον τουτονὶ παρηβηκότος ἥκω ὑμῖν κομίζων καὶ τυροῦ τροφαλίδας καὶ ἐλαίας χαμαιπετεῖς.* Videtur autem poeta describere, qualis vita Athenis fuerit antiquitus Themistoclis saeculo: vid. Athen. XII. p. 553 E: *Καὶ τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους δὲ βίον Τηλεκλείδης ἐν Πρυτάνεσιν ἁβρὸν ὄντα παραδίδωσιν.* quamquam poeta non tam delicatam opinor hanc dixit vitae rationem, quam beatam et felicem, sed simplicem et honestam. Nam in hac fabula idem fere consilium secutus est, atque in Amphictyonibus, ubi eximie vitam qualis antiquis fuit saeculis descripsit, vide Athenaeum VI. p. 265 A:

Λέξω τοίνυν βίον ἐξ ἀρχῆς ὃν ἐγὼ θνητοῖσι παρεῖχον.
Εἰρήνη μὲν πρῶτον ἁπάντων ἦν ὥσπερ ὕδωρ κατὰ χειρός.
Ἡ γῆ δ' ἔφερ' οὐ δέος οὐδὲ νόσους· ἀλλ' αὐτόματ' ἦν τὰ δέοντα·
Οἴνῳ γὰρ ἅπασ' ἔρρει χαράδρα· μᾶζαι δ' ἄρτοις ἐμάχοντο
Περὶ τοῖς στόμασιν τῶν ἀνθρώπων ἱκετεύουσαι καταπίνειν.
Εἴ τι φιλοῖεν τὰς λευκοτάτας· οἱ δ' ἰχθύες οἴκαδ' ἰόντες
Ἐξοπτῶντες σφᾶς αὐτοὺς ἂν παρέκειντ' ἐπὶ ταῖσι τραπέζαις.
Ζωμοῦ δ' ἔρρει παρὰ τὰς κλίνας ποταμός, κρέα θερμὰ κυλίνδων,
Ὑποτριμματίων δ' ὀχετοὶ τούτων τοῖς βουλομένοισι παρῆσαν,
Ὥστ' ἀφθονία τὴν ἔνθεσιν ἦν ἄρδονθ' ἁπαλὴν καταπίνειν.
Λεκανίσκαισιν δ' ἀνάπαιστα παρῆν ἡδυσματίοις κατάπαστα.
Ὀπταὶ δὲ κίχλαι μετ' ἀμητίσκων ἐς τὸν φάρυγ' εἰσεπέτοντο.
Τῶν δὲ πλακούντων ὠστιζομένων περὶ τὴν γνάθον ἦν ἀλαλητός.
Μήτρας δὲ τόμοις καὶ χναυματίοις οἱ παῖδες ἂν ἠστραγάλιζον.
Οἱ δ' ἄνθρωποι πίονες ἦσαν τότε καὶ μέγα χρῆμα Γιγάντων.

Teleclidis insigne fragmentum in quo Niciae viri optimi laudes celebrantur, servavit Plutarchus in vita Niciae c. 4: *Λαβεῖν δὲ περὶ τούτων μαρτυρίαν καὶ παρὰ τῶν κωμικῶν ἐστι· Τηλεκλείδης μὲν γὰρ εἴς τινα τῶν συκοφαντῶν ταυτὶ πεποίηκε·*

Χαρικλέης μὲν οὖν ἔδωκε μνᾶν, ἵν' αὐτὸν μὴ λέγῃ,
Ὡς ἔφυ τῇ μητρὶ παίδων πρῶτος ἐκ βαλαντίου.
Τέσσαρας δὲ μνᾶς ἔδωκε Νικίας Νικηράτου.
Ὧν δ' ἕκατι τοῦτ' ἔδωκε, καίπερ εὖ εἰδὼς ἐγώ,
Οὐκ ἐρῶ· φίλος γὰρ ἀνήρ, σωφρονεῖν δ' ἐμοὶ δοκεῖ.

Scripsi *Χαρικλέης* pro vulgato *Χαρικλῆς*, quod alii minus recte in *Χαιρεκλῆς* mutaverunt, quem hominem non novi. Vulgo sane Athenienses contracta forma usi sunt, testantur hoc, ut a librorum fide discedam, tituli et inscriptiones, uti est apud Boeckh. Corp. Inscr. T. I. n. 165 in titulo, qui ad Olympiad. LXXX pertinet: *Μενεκλῆς, Καλλικλῆς, Ναυσικλῆς, Πολυκλῆς, Προκλῆς, Διοκλῆς.* et n. 166 *Δαϊκλῆς,* 169 *Ἀρχικλῆς, Μενεκλῆς, Ἀριστοκλῆς, Διοκλῆς, Νικοκλῆς, Ἀντικλῆς, Περικλῆς, Μνησικλῆς,* quae inscriptio non minus antiqua est: et n. 171, qui titulus ad Olymp. LXXXIX. 1 referendus est: *Φερεκλῆς, Μενεκλῆς, Σκυροκλῆς, Καλλικλῆς, Ἀμεινοκλῆς, Παντακλῆς, Ἱεροκλῆς.* Verum in nominibus non

Atticis pleniore forma usi sunt Attici, uti est Inscr. 158, quae ad Olymp. CI pertinet: Ὑψοκλέης Δήλιος, Ἀγασικλέης Δήλιος, Πατροκλέης Δήλιος. Ἀγακλέης Ὑψοκλέους Τήνιος, Ὑψοκλέης Θεογνήτου Δήλιος. et Πατροκλέης Ἐπισθένους, qui idem fuit Delius. Sed n. 150 Ἱεροκλῆς Φασηλίτης legitur. In una aliqua Attica inscriptione, quae post Euclidem est confecta, ad Demosthenis, ut videtur, aetatem reiicienda, et Μενεκλέης et Κλησικλῆς, Ξενοκλῆς legitur et n. 167 hoc ipsum Χαρικλέης reperitur. Poetae vero pro metri necessitate, cuius vinculis constricti tenebantur, modo hanc modo illam formam admiserunt; ita, ut diremtae tantum formae et recto quidem casu exempla afferam, Cratinus in Thressis apud Plut. vit. Pericl. c. 10: Περικλέης. idemque in fragmento ex alia antiquiore fabula ibid., et Φιλοκλέης apud Schol. Sophocl. Antigon. v. 402, Eupolis Πανταχλέης apud Schol. Arist. Ran. 1068, Aristophanes Περικλέης Acharn. 513, Ἱεροκλέης Pac. 1057, Σοφοκλέης Ran. 787, Ξενοκλέης Ran. 87, Thesmophor. 169, Φιλοκλέης Thesmoph. 169; Phrynichus Σοφοκλέης apud auctor. argum. Soph. Oed. Colonei. Itaque non dubitavi in Teleclidis versu Χαρικλέης corrigere. Est autem hic ille Charicles, qui Olymp. XCI. 2 de iis inquisivit, qui hermas mutilavisse et mysteria profanasse arguebantur, populo enim satis gratus acceptusque fuit: vid. Andocides de myster. 36: Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα ἐγένετο, Πείσανδρος καὶ Χαρικλῆς ὄντες μὲν τῶν ζητητῶν, δοκοῦντες δ' ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ εὐνούστατοι εἶναι τῷ δήμῳ, ἔλεγον, ὡς εἴη τὰ ἔργα τὰ γεγενημένα οὐκ ὀλίγων ἀνδρῶν, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ δήμου καταλύσει, καὶ χρῆναι ἔτι ζητεῖν καὶ μὴ παύσασθαι. Idem Olympiadis XCI anno quarto fuit praetor, et cum triginta triremibus missus est, quibus Lacedaemoniorum terram devastaret, vid. Diodorus L. XIII. 9: Ἀθηναῖοι δὲ περὶ μὲν τὴν Λακωνικὴν τριάκοντα τριήρεις ἀπέστειλαν, καὶ Χαρικλέα στρατηγόν. Cf. Thucydides L. VII. 20: Περί τε Πελοπόννησον ναῦς τριάκοντα ἔστειλαν καὶ Χαρικλέα τὸν Ἀπολλοδώρου ἄρχοντα, ᾧ εἴρητο καὶ ἐς Ἄργος ἀφικομένῳ κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν παρακαλεῖν Ἀργείων τε ὁπλίτας ἐπὶ τὰς ναῦς, καὶ τὸν Δημοσθένην ἐς τὴν Σικελίαν, ὥσπερ ἔμελλον, ἀπέστελλον — εἴρητο δ' αὐτῷ πρῶτον μετὰ τοῦ Χαρικλέους ἅμα περιπλέοντα ξυστρατεύεσθαι περὶ τὴν Λακωνικήν· καὶ ὁ μὲν Δημοσθένης εἰς τὴν Αἴγιναν πλεύσας, τοῦ στρατεύματός τε εἴ τι ὑπελείπετο, περιέμενε, καὶ τὸν Χαρικλέα τοὺς Ἀργείους παραλαβεῖν. Quid Charicles tum gesserit, docet idem Thucyd. L. VII. 26. Videtur autem Charicles, qui antea acerrimus licentiae popularis fuerat vindex, postea ad optimatium partes se applicuisse, suspicorque illum Pisandri amici exemplum secutum esse et in numerum quadringentorum receptum fuisse; videor mihi hoc vel ex Andocidis orat. de mysteriis 101 colligere, ubi satis superque apparet Chariclem, cum esset unus de triginta viris, satis crudeliter persecutum esse eos, qui quadringentorum dominatum non adiuvissent: dicit enim ibi: Ἀνέκρινε δ' ἄν με τίς ἄλλος ἢ Χαρικλῆς, ἐρωτῶν, Εἰπέ μοι, ὦ Ἀνδοκίδη, ἦλθες εἰς Δεκέλειαν καὶ ἐπετείχισας τῇ πατρίδι τῇ

σεαυτοῦ; Οὐκ ἔγωγε. Τί δέ; ἔτεμες τὴν χώραν καὶ ἐλῄστω ἢ κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν τοὺς πολίτας τοὺς σεαυτοῦ; Οὐ δῆτα. Οὐδ' ἐναυμάχησας ἐναντία τῇ πόλει, οὐδὲ συγκατέσκαψας τὰ τείχη, οὐδὲ συγκατέλυσας τὸν δῆμον, οὐδὲ βίᾳ κατῆλθες εἰς τὴν πόλιν; Οὐδὲν τούτων πεποίηκα. Δοκεῖς οὖν χαιρήσειν ἢ οὐκ ἀποθανεῖσθαι ὡς ἕτεροι πολλοί. Ἆρ' οἴεσθε, ὦ ἄνδρες, ἄλλων τινῶν τυχεῖν με δι' ἡμᾶς, εἰ ἐλήφθην ὑπ' αὐτῶν, κτλ. Postea receptus fuit in numerum triginta virorum, vid. Xenoph. Hellen. L. II. 3, 2, fuitque coniunctissimus Critiae. Xenophon Memorabil. L. I. 2, 31: Ἐξ οὗ δὴ καὶ ἐμίσει τὸν Σωκράτη Κριτίας, ὥστε καί, ὅτε τῶν τριάκοντα ὢν νομοθέτης μετὰ Χαρικλέους ἐγένετο, ἀπομνημόνευσεν αὐτῷ, καὶ ἐν τοῖς νόμοις ἔγραψεν, λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν, ἐπηρεάζων ἐκείνῳ, καὶ οὐκ ἔχων ὅπῃ ἐπιλάβοιτο, ἀλλὰ τὸ κοινῇ τοῖς φιλοσόφοις etc. — Ἀπαγγελθέντος δὲ αὐτοῖς τούτου, καλέσαντες ὅ τε Κριτίας καὶ ὁ Χαρικλῆς τὸν Σωκράτη, τόν τε νόμον ἐδεικνύτην αὐτῷ, καὶ τοῖς νέοις ἀπειπέτην μὴ διαλέγεσθαι. Et cum eodem Critia primum inter illos locum tenuisse videtur, vid. Lysias in Eratosthenem §. 55: Τούτων τοίνυν Φείδων ὁ τῶν τριάκοντα γενόμενος καὶ Ἱπποκλῆς καὶ Ἐπιχάρης ὁ Λαμπτρεὺς καὶ ἕτεροι οἱ δοκοῦντες εἶναι ἐναντιώτατοι Χαρικλεῖ καὶ Κριτίᾳ καὶ τῇ ἐκείνων ἑταιρείᾳ, ἐπειδὴ αὐτοὺς εἰς τὴν ἀρχὴν κατέστησαν, πολὺ μείζω στάσιν καὶ πόλεμον ἐπὶ τοὺς ἐν Πειραιεῖ ἢ τοῖς ἐξ ἄστεος ἐποίησαν. Expulsis autem triginta viris Charicles quoque in exilium eiectus, sed mox ut alii multi in patriam restitutus est, id quod tangit Alcibiades iunior apud Isocratem de bigis 42, qui patrem dicit huic Charicli dissimilem fuisse: Ἀνόμοιος πολίτης Χαρικλεῖ τῷ τούτου κηδεστῇ γεγενημένος, ὃς τοῖς μὲν πολεμίοις δουλεύειν ἐπεθύμει, τῶν δὲ πολιτῶν ἄρχειν ἠξίου, καὶ φεύγων μὲν ἡσυχίαν ἦγε, κατελθὼν δὲ κακῶς ἐποίει τὴν πόλιν. Καίτοι πῶς ἂν γένοιτο ἢ φίλος πονηρότερος ἢ ἐχθρὸς ἐλάττονος ἄξιος; Εἶτα σὺ κηδεστὴς μὲν ἐκείνου, βεβουλευκὼς δ' ἐπὶ τῶν τριάκοντα, τολμᾷς ἑτέρους μνησικακεῖν κτλ.

Unum aliquod praeterea ex Teleclidis fragmentis perstringam. Pollux II. 41 haec scribit: Καὶ καρηβαρικὸν τὸ πάθος, Τηλεκλείδης, τὸ δὲ ὑπὸ τῆς μέθης καρηβαριᾶν Ἀριστοφάνης. Mihi quidem haec sic videntur transponenda esse: Καὶ καρηβαρικὸν τὸ πάθος Ἀριστοφάνης, τὸ δὲ ὑπὸ τῆς μέθης καρηβαρεῖν καρηβαριᾶν Τηλεκλείδης. Nam in illo fragmento, quod Plutarchus in vita Periclis c. 3 adscripsit: Τηλεκλείδης δέ, ποτὲ μὲν ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἠπορημένον καθῆσθαί φησιν ἐν τῇ πόλει καρηβαροῦντα, ποτὲ δὲ μόνον ἐκ κεφαλῆς ἑνδεκακλίνου θόρυβον πολὺν ἐξανατέλλειν. Teleclidem ita fere puto scripsisse:

Ποτὲ μέν γ' ἀπορῶν . . . . . καρηβαριῶν τε καθῆται,
Ποτὲ δ' ἐκ κεφαλῆς ἑνδεκακλίνου θόρυβον πολὺν ἐξανατέλλει.

Eiusdem Teleclidis ex eiusdem fabulae scena eadem puto illud depromtum esse, quod affert Plutarchus ibid. c. 7: Ὧν ἕνα φασὶ γενέσθαι τὸν Ἐφιάλτην, ὃς κατέλυσε τὸ κράτος τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, πολλὴν κατὰ τὸν Πλάτωνα καὶ ἄκρατον τοῖς πολίταις ἐλευ-

θερίαν οἰνοχοῶν, ὑφ' ἧς ὥσπερ ἵππον ἐξυβρίσαντα τὸν δῆμον οἱ κωμῳδοποιοὶ λέγουσιν πειθαρχεῖν οὐκέτι τολμᾶν, ἀλλὰ δάκνειν τὴν Εὐβοίαν καὶ ταῖς νήσοις ἐπιπηδᾶν. Iure autem Pericles auctor huius insolentis superbiae a comico poeta perhiberi potuit: ita autem ille videtur scripsisse:

Ὡς ἵππος ὁ δῆμος δ' ἐξυβρίσας πειθαρχεῖν οὐκέτι τολμᾷ,
Ἀλλὰ δάκνει γὰρ τὴν Εὔβοιαν καὶ ταῖς νήσοις ἐπιπηδᾷ.

Simile in ipsa dissimilitudine est quod Eupolis in Urbibus de insula Chio praedicat ap. Scholiast. Aristoph. Avv. 881:

Αὕτη Χίος, καλὴ πόλις,
Πέμπει γὰρ ἡμῖν ναῦς μακράς, ἄνδρας θ' ὅταν δεήσῃ,
Καὶ τἄλλα πειθαρχεῖ καλῶς, ἄπληκτος ὥσπερ ἵππος.

Ad eandem fabulae partem refero illa, quae servavit Plutarchus vit. Pericl. c. 17: *Καίτοι τὴν δύναμιν αὐτοῦ σαφῶς μὲν ὁ Θουκυδίδης διηγεῖται, κακοήθως δὲ παρεμφαίνουσιν οἱ κωμικοί, Πεισιστρατίδας μὲν νέους τοὺς περὶ αὐτὸν ἑταίρους καλοῦντες, αὐτὸν δ' ἀπομόσαι μὴ τυραννήσειν κελεύοντες, ὡς ἀσυμμέτρου πρὸς δημοκρατίαν καὶ βαρυτέρας περὶ αὐτὸν οὔσης ὑπεροχῆς· ὁ δὲ Τηλεκλείδης παραδεδωκέναι φησὶν αὐτῷ τοὺς Ἀθηναίους·*

Πόλεών τε φόρους, αὐτάς τε πόλεις, τὰς μὲν δεῖν, τὰς δ' ἀναλύειν,
Λάϊνα τείχη, τὰ μὲν οἰκοδομεῖν, τότε δ' αὖτα πάλιν καταβάλλειν,
Σπονδάς, δύναμιν, κράτος, εἰρήνην, πλοῦτόν τ' εὐδαιμονίαν τε.

Et de Pericle accipiendum puto etiam illud fragmentum apud Herodianum *περὶ μον. λέξ.* p. 17, 11:

Ὁ δ' ἀπ' Αἰγίνης νήσου χωρεῖ δοθιῆνος ἔχων τὸ πρόσωπον.

Ita recte Dindorfius emendavit codicis lectionem *Αἰγιῦνης οὐ χωρεῖ δοθειῆνοι.* Scripta autem videtur haec fabula, ad quam omnes illi anapaesti referendi sunt, eo tempore Peloponnesiaci belli, quo Pericles Aeginam vastavit incolasque suis sedibus exturbavit, quod factum Olymp. LXXXVII. 2, vid. Thucyd. II. 27: *Ἀνέστησαν δὲ καὶ Αἰγινήτας τῷ αὐτῷ θέρει τούτῳ ἐξ Αἰγίνης Ἀθηναῖοι αὐτούς τε καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας, ἐπικαλέσαντες οὐχ ἥκιστα τοῦ πολέμου σφίσιν αἰτίους εἶναι κτλ.* Cf. Plutarch. vit. Periclis c. 34, Diodorus XII. 44.

CAPUT IV.

Eupolis in Capris, ut de hac fabula pauca quaedam disseram, mirificam sane et lepidam exhibuit imaginem; sed quae supersunt extrema quasi quaedam lineamenta tam sunt evanida, tam incerta, tam denique disparia et diversa inter se, ea ut renovare coloribus et conciliare inter se, hominis impudenter audacis esse videatur: itaque quod institutum et propositum fuerit comoediae quaerere supersedeo: verum pauca quaedam illustrari possunt. Et primum quidem apparet sophistam quendam introductum esse, qui iuvenes multis litteris artibusque institueret, quorsum pertinet quod Quinctilianus dicit I. 10, 17: „Transeamus igitur id quoque, quod grammatice quondam ac musice iunctae fuerunt, siquidem Archytas atque Aristoxenus etiam subiectam grammaticen musicae putaverunt, et eosdem utriusque rei praeceptores fuisse cum Sophron ostendit, mimorum quidem scriptor, quem Plato adeo probavit, ut suppositos capiti libros eius, cum moreretur, habuisse tradatur, *tum Eupolis, apud quem Prodamus et musicen et litteras docet*; et Maricas, qui est Hyperbolus, nihil se ex musicis scire, nisi litteras confitetur. Aristophanes quoque non uno loco sic institui pueros antiquitus solitos esse demonstrat.“ Eupolidem autem hunc hominem in Capris repraesentavisse docet Theodosius p. 11 ed. Goettling.: *Καὶ φαμέν, ὡς οὐκ ἔστιν ἀπαιδευσίας τεκμήριον τὸ εἶναί τινα ἀγράμματον· καὶ γὰρ ὁ φιλόσοφος Πλάτων ἐν Φαίδρῳ διαβάλλει τὴν εὕρεσιν τῶν γραμμάτων ὡς ἐπὶ λύμῃ παιδείας γεγονυῖαν· ζώσῃ γὰρ φωνῇ τὴν φιλοσοφίαν πάλαι ἐπαιδεύοντο· ὅτι δὲ ποιητικοῦ τινος ἀνδρὸς καὶ μουσικοῦ ἡ τῶν στοιχείων εὕρεσις ἦν καὶ μουσικῆς καὶ γραμματικῆς, ὡς ὁ Εὔπολις εἰσάγει ἐν Αἰξὶ καὶ Ἰσοκράτης ὅμοιον ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως.* quae emendatiora exhibet Bekkerus in Anecdotis T. III. p. 1168: *ὅτι δὲ ποιητικοῦ τινος ἀνδρὸς καὶ μουσικοῦ ἡ τῶν στοιχείων εὕρεσις ἦν, σημεῖον τὸ πάλαι τοὺς αὐτοὺς εἶναι διδασκάλους καὶ μουσικῆς καὶ γραμματικῆς, ὡς ὁ Εὔπολις εἰσάγει ἐν Αἰξὶν κτλ.* Arctissimo sane vinculo apud Graecos musica cum grammatica erat coniuncta, ita ut qui musicam profiterentur, plerumque etiam docerent grammaticam: itaque etiam musices nomen latissime patebat et omnem omnino liberalem institutionem comprehendebat, quare Eupolis Maricantem induxit, qui nihil se ex musicis didicisse nisi litteras confiteretur: eodemque prorsus modo Aristophanes, quem secutus videtur Eupolis, in Equitibus v. 188:

Ἀλλ' ὦγαθ' οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι
Πλὴν γραμμάτων καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς.

Itaque his potissimum disciplinis antiquitus puerorum animos teneros institutos esse dixit Aristophanes, in Daetalensibus opinor, nam neque in Nubibus neque in alia quadam fabula superstite isto modo

disputat, quamquam sane musicae artis studia, qualia antiquitus fuerint, describit in Nub. v. 964 seqq. Verum neque postea ista consuetudo intermissa, sed aucta etiam et ratione confirmata, itaque sophistae potissimum his artibus iuvenum animos ad graviores disciplinas praeparabant. Quare Aristophanes in Nubibus v. 636 induxit Socratem, quem ad modum Protagorae ceterorumque sophistarum finxit, Strepsiadi has ipsas doctrinas tradere:

Ἄγε δὴ τί βούλει πρῶτα νυνὶ μανθάνειν,
Ὧν οὐκ ἐδιδάχθης πώποτ' οὐδέν; εἰπέ μοι.
Πότερα περὶ μέτρων ἢ περὶ ἐπῶν ἢ ῥυθμῶν;

quae deinde accuratius persequitur: errant autem qui ista verba *περὶ ἐπῶν* ad poesin referunt, de qua nihil omnino dicit Socrates, immo respiciunt grammaticam illam doctrinam, quam Protagoras *ὀρθοέπειαν* appellavit, quamque illustrat Socrates inde a v. 658 seqq. quod ipse comicus poeta fortasse attigit in Ranis v. 1189:

Ἴθι δὴ λέγ'· οὐ γάρ μοὐστὶν ἀλλ' ἀκουστέα
Τῶν σῶν προλόγων τῆς ὀρθότητος τῶν ἐπῶν.

cf. Plat. Phaedr. p. 267 D: *Πρωταγόρεια δέ, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἦν μέντοι τοιαῦτ' ἄττα; ΣΩ. Ὀρθοέπεια γέ τις, ὦ παῖ, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλά.* quamquam Ranarum quidem ille locus potius ad Prodici artem referendus videtur, qui de sententia, quae subesset vocabulis, quaerebat, vid. Plato Protagoras p. 340 A.

Tales autem quaestiones, quales apud Aristophanem Socrates Strepsiadi proponit, Protagoram tractavisse satis superque apparet ex Aristotele, uti de sophistarum elenchis c. 14: *Σολοικισμὸς δὲ οἷον μέν ἐστιν εἴρηται πρότερον· ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ποιεῖν καὶ μὴ ποιοῦντα φαίνεσθαι καὶ ποιοῦντα μὴ δοκεῖν· καθάπερ ὁ Πρωταγόρας ἔλεγεν, εἰ ὁ μῆνις καὶ ὁ πήληξ ἄρρεν ἐστίν· ὁ μὲν γὰρ λέγων οὐλομένην σολοικίζει μὲν κατ' ἐκεῖνον, οὐ φαίνεται δὲ τοῖς ἄλλοις, ὁ δὲ οὐλόμενον φαίνεται μέν, ἀλλ' οὐ σολοικίζει.* idem Rhetor. III. 5: *Τέταρτον, ὡς Πρωταγόρας τὰ γένη τῶν ὀνομάτων διῄρει ἄρρενα καὶ θήλεα καὶ σκεύη· δεῖ γὰρ ἀποδιδόναι καὶ ταῦτα ὀρθῶς.* Iam cum inde ab antiquissimis temporibus musicae et grammaticae studia fuerint coniuncta, sane etiam Eupolis induxit aliquem, qui utramque doctrinam proderet, videtur autem ille quicumque tandem fuit, ad sophistarum novitiam illam disciplinam se accommodavisse, eorumque more magnam institutionis mercedem exegisse, quorsum spectat illud quod Suidas T. III. p. 683 affert: *χρή — σημαίνει δὲ τὸ δέῃ· Εὔπολις Αἰξίν·*

Ἐγὼ τελῶ τὸν μισθόν, ὅντιν' ἂν χρῇ.

quamquam mihi quidem in hoc loco illud *χρῇ* non tam coniunctivus verbi impersonalis videtur esse, sed potius idem quod *χρήζῃ*, *solvam mercedem quamcumque postulaverit;* usi autem hoc verbo sunt Cratinus, Sophocles, alii Attici poetae, vid. supra p. 135 et in Zimmermanni Annalibus 1835 p. 964. Haec autem pater dicit, qui filios sophistae illi instituendos commendare vult. Ingentem autem mercedem illi magistri exigere solebant, de qua re accuratissime

disputavit Welckerus vir doctissimus in Museo Rhenano I. 1. p. 22 seqq. Et fortasse ad eundem hunc locum pertinet, quod absque fabulae nomine affert auctor Etymol. M. p. 18, 9: *Καὶ Σωκράτην πτωχὸν ἀδολέσχην ἔφη Εὔπολις· καὶ ἐν ἄλλοις·*

(Σὺ δ') ἀδολεσχεῖν αὐτὸν ἐκδίδαξον, ὦ σοφιστά.

Sophista autem ille accurate de arte musica eiusque praestantia videtur disputavisse, et primum quidem videtur conquestus esse, quod antiquitus haec ars quasi inculta iacuerit, nunc demum virorum praestantissimorum studiis sit resuscitata et firmata, ita ut iam nemo, qui quidem liberaliter institutus videri velit, ea possit carere: huc refero illud, quod est apud Photium p. 564, 17 aliosque grammaticos: *Τάγυρι τὸ βραχύτατον καὶ ἐλάχιστον, οἷον ψιλὰ λέγουσιν* (scribo *ψίχα*, vel *ψίδα λέγ.*) *Εὔπολις Αἰξίν·*

Κἄξῆν μαθόντι μηδὲ τάγυρι μουσικῆς.

vulgo legitur *καὶ ζῆν*, quod correxi: *τάγυρι* antiquum substantivum rem levissimam vilissimamque significat neque multum videtur discrepare ab isto *γρῦ:* et inter substantiva, quae terminantur in *ι* neque flexionem admittunt, refert Theognostus in Crameri Anecdotis T. II. p. 120, itaque recte repudiavi Sopingii coniecturam, qui in Solone Fr. I hoc *τάγυρι* ac si adverbium esset restituere voluit, cum potius ipsius Mimnermi oblitterata sit appellatio:

Καὶ μετάποίησον, Λιγυαστάδη, ὧδε δ' ἄειδε.

Ad eundem hunc sermonem pertinet quod Suidas T. I. p. 333 affert et Pollux IV. 57: *Τὴν ἁρμονίαν ἁρμογὴν Εὔπολις Αἰξὶν εἴρηκε·*

Ταύτην ἐγὼ 'ζήτουν πάλαι τὴν ἁρμογήν.

quae eiusdem sophistae sunt verba. Atque ad hanc potissimum comoediam referendum censeo insigne illud fragmentum, quod Suidas T. I. p. 422 v. *βαστάσας* ex Eupolide affert:

Ἄγε δὴ πότερα βούλεσθε τὴν νῦν διάθεσιν
Ὠιδῆς ἀκούειν, ἢ τὸν ἀρχαῖον τρόπον.
B. Ἀμφότερ' ἐρεῖς· ἐγὼ δ' ἀκούσας τῶν τρόπων
Ὃν ἂν δοκῇ μοι βαστάσας αἱρήσομαι,
Ἅπαν τὸ συμβησόμενον ἀγαγὼν ἐπὶ λόγον.

Ita corrigo, v. 1 legebatur *τὴν διάθεσιν*, adieci *νῦν*, ut novitia artis musicae disciplina notaretur, quae quantopere ab antiqua artis illius forma ac ratione deflexerit, cum alii comici poetae docent, tum maxime Aristophanes in Nubibus v. 963, utramque inter se componens disciplinam:

Πρῶτον μὲν ἔδει παιδὸς φωνὴν γρύξαντος μηδὲν ἀκοῦσαι·
Εἶτα βαδίζειν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς εὐτάκτως ἐς κιθαριστοῦ
Τοὺς κωμήτας γυμνοὺς ἀθρόους, κεἰ κριμνώδη κατανείφοι.
Εἶτ' αὖ προμαθεῖν ᾆσμ' ἐδίδασκεν, τὼ μηρὼ μὴ ξυνέχοντας,
Ἢ Παλλάδα Περσέπολιν δεινάν, ἢ Τηλέπορόν τι βόαμα,
Ἐντειναμένους τὴν ἁρμονίαν, ἣν οἱ πατέρες παρέδωκαν.
Εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχεύσαιτ' ἢ κάμψειέν τινα καμπήν,

Οΐας οἱ νῦν τὰς κατὰ Φρῦνιν ταύτας τὰς δυσκολοκάμπτους,
Ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλάς, ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζων.

V. 3 scripsi *τῶν τρόπων*, vulgo *τὸν τρόπον* legitur, nisi forte quis *τοῖν τρόποιν* malit. v. 6 scripsi *ἀγαγὼν ἐπὶ λόγον*, vulgo *ἐπὶ λόγον ἄγων* legitur. Iam vero Prodamus ille, quem Quinctilianus dicit musicam simul et litteras in hac fabula tradere, quis fuerit prorsus obscurum est: neque vero probabile poetam tanquam ficto aliquo hoc nomine usum esse, immo consentaneum potius est, non ignobilem aliquem sophistam, qui illo tempore Athenis omnium in se convertisset oculos, ab Eupolide exagitatum esse. Et mihi quidem videtur in Prodami locum *Prodicus* substituendus esse, qui quantam vim disciplina sua in adolescentium animos exseruerit apparet ex Aristophanis Tagenistis Fr. VI:

Τὸν ἄνδρα τόνδ' ἢ βιβλίον διέφθορεν
Ἢ Πρόδικος ἢ τῶν ἀδολεσχῶν εἷς γέ τις.

idemque Prodici magnam fuisse auctoritatem indicat in Nubibus v. 360, ubi illum Socrati opponens ambigua ornat laude:

Οὐ γὰρ ἂν ἄλλῳ γ' ὑπακούσαιμεν τῶν νῦν μετεωροσοφιστῶν
Πλὴν ἢ Προδίκῳ, τῷ μὲν σοφίας καὶ γνώμης οὕνεκα, σοὶ δὲ
Ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς καὶ τὠφθαλμὼ παραβάλλεις.

eundemque rursus notat in Avibus v. 690:

Ἵν' ἀκούσαντες πάντα παρ' ἡμῶν ὀρθῶς περὶ τῶν μετεώρων
Φύσιν οἰωνῶν γένεσίν τε θεῶν ποταμῶν τ' Ἐρέβους τε Χάους τε
Εἰδότες ὀρθῶς παρ' ἐμοῦ Προδίκῳ κλάειν εἴπητε τὸ λοιπόν.

Nequaquam autem a Prodici ingenio et moribus abhorret id quod Quinctilianus dicit, illum Philosophum in Eupolidea fabula litteras simul et musicam artem tradere: namque Prodicum satis accurate in grammaticis quaestionibus versatum esse constat, docuitque Welckerus in commentatione, quam supra dixi, de hoc sophista; neque vero a musica abhorruit, siquidem Damone, musico doctissimo, amico et ut videtur magistro usus est, vid. Platon. Lachete p. 197 D: *Καὶ γάρ μοι δοκεῖς οὐδὲ μὴ ᾐσθῆσθαι, ὅτι ὅδε ταύτην τὴν σοφίαν παρὰ Δάμωνος τοῦ ἡμετέρου ἑταίρου παρείληφεν· ὁ δὲ Δάμων τῷ Προδίκῳ πολλὰ πλησιάζει, ὃς δὴ δοκεῖ τῶν σοφιστῶν κάλλιστα τὰ τοιαῦτα ὀνόματα διαιρεῖν.* unde satis apparet Prodicum a Damone in grammaticae disciplinae studio satis et excitatum et confirmatum esse: eratque tunc arctissima grammaticae et musicae artis coniunctio: musica enim rhetores uti solebant ad teneros puerorum animos conformandos et ad eloquentiam quasi praeparandos: quam rationem Prodicum quoque secutum esse consentaneum est, itaque eius ars a Platone *μουσικὴ* appellatur in Protagora p. 340 A: *Ὦ Πρόδικε, ἔφην ἐγώ, σός μέντοι Σιμωνίδης πολίτης· δίκαιος εἶ βοηθεῖν τῷ ἀνδρί· δοκῶ οὖν μοι ἐγὼ παρακαλεῖν σε, ὥσπερ ἔφη Ὅμηρος, τὸν Σκάμανδρον πολιορκούμενον ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλέως τὸν Σιμόεντα παρακαλεῖν, εἰπόντα Φίλε κασίγνητε, σθένος ἀνέρος ἀμφότεροι περ σχῶμεν· ἀτὰρ καὶ ἐγώ σε παρακαλῶ, μὴ ἡμῖν ὁ Πρωταγόρας τὸν Σιμωνίδην ἐκπέρσῃ· καὶ γὰρ οὖν καὶ δεῖται τὸ*

ὑπὲρ Σιμωνίδου ἐπανόρθωμα τῆς σῆς μουσικῆς, ἥ τό τε βούλεσθαι καὶ ἐπιθυμεῖν διαιρεῖς, ὡς οὐ ταὐτὸν ὄν, καὶ ἃ νῦν δὴ εἶπες πολλά τε καὶ καλά. Iam Prodicus omnibus rite examinatis subductisque calculis maxime inde ab Olympiade LXXXIX Athenis videtur docuisse, cf. quae Welckerus de Prodico p. 6 disseruit, ita tamen ut ante hoc tempus potius, quam postea Athenas illum se contulisse veri sit simile: atque ad eandem fere aetatem pertinet haec ipsa fabula. Ita Eupolis in Capris notavit Hipponicum, vid. Hesychius: *Ἱερεὺς Διονύσου· Εὔπολις Αἰξίν, Ἱππόνικον σκώπτων, ὡς ἐρυθρὸν τῇ ὄψει.* atqui Hipponicus cecidit in proelio apud Delium, quod Olymp. LXXXIX. 1 commissum est: circa idem igitur fere tempus etiam haec fabula videbitur docta esse. Nec repugnant reliqua, quibus temporis aliqua nota inest: ita Archedemum videtur risisse, qui inde ab illo tempore inter homines populares locum aliquem sibi aperuit: hunc enim virum credo exagitari in fragmento apud Scholiastam Aristoph. Vesp. v. 897: *Ἐκτείνουσι καὶ τὸ ἄρθρον· Εὔπολις Αἰξίν·*

Τὴν πανδοκευτρίαν γὰρ ἀνὴρ ὁ γλήμων ἔχει.

Scribendum videtur:

Τὴν πανδοκευτρίαν γὰρ ἁνὴρ ὁ γλάμων ἔχει νῦν.

Nam *γλήμων* quidem omnino reiiciendum est, etsi librarii id fere pro *γλάμων* substituerunt. Ita apud Pollucem L. II. 65: *Ἐπιτάραξις ὀμμάτων παρὰ Πλάτωνι γλαμᾶν καὶ λημᾶν.* vulgo legebatur *γλημᾶν:* sed Cod. Falkenburg. suppeditavit *γλαμᾶν.* et IV. 188: *Ἄργεμος, λήμη, λημᾶν, γλαμᾶν.* Ita recte Codd. plerique pro vulgato *γλημᾶν.* Iam si licet coniecturam periclitari, haec intelligenda sunt de Archedemo, cui ex oculorum morbo, quod nimio vini usu sibi contraxerat, inditum erat nomen *γλάμων.* Aristophanes in Ranis v. 588:

Κάκιστ' ἀπολοίμην, κἀρχέδημος ὁ γλάμων.

ubi Scholiasta haec dicit: *γλάμων· ὁ ἔχων λήμας, ὁ ἀκάθαρτος, παρόσον ἐρώμενός, φασιν, ἦν Διονύσου. Καλλίστρατός φησιν, ὅτι οὕτως ἐκαλεῖτο Γλάμων, ὡς Χάρων. Ἄλλοι δέ, τὸν λημῶντα καὶ δίυγρον τοὺς ὀφθαλμούς.* Fuit is Archedemus non germanus Atheniensis, sed peregrina origine, ob id ipsum non semel a comicis notatus: vid. Aristophanes in Ranis v. 419:

Βούλεσθε δῆτα κοινῇ
Σκώψωμεν Ἀρχέδημον,
Ὃς ἑπτέτης ὢν οὐκ ἔφυσε φράτορας.

ubi Scholiasta: *ὁ δὲ Ἀρχέδημος ὡς ξένος παρ' αὐτοῦ κωμῳδεῖται· νόμος γὰρ ἦν τοὺς ἐξ ἀλλοδαπῆς Ἀθήνησι κατοικεῖν ἐθέλοντας εἰς πολίτας, ἐνταῦθα χρόνον ὀλίγον διατρίψαντας, ἐγγράφεσθαι· ὅπερ Ἀρχέδημος οὐκ ἐποίησεν.* et alius ibidem: *Λέγει οὖν, ὅτι χρονίσας παῖς Ἀθήναις, οὐκ ἐδυνήθη ἀναγραφῆναι εἰς τοὺς πολίτας, οὗτος δὲ ὡς ξένος κωμῳδεῖται· καὶ Εὔπολις Βάπταις·*

Ἐπιχώριός ἐστι καὶ ξένης ἀπὸ χθονός.

Excelluisse videtur eloquentia et ab initio reis defendendis operam dedisse, si quidem idem est, quem Socrates Critoni homini diviti, sed subtimido, obque id ipsum a calumniatorum malitia multum vexato commendavit, cuius opera istos homines a se arceret: de quo Xenophon in Memorabil. L. II. 9, 4 haec dicit: *Καὶ ἐκ τούτων ἀνευρίσκουσιν Ἀρχέδημον, πάνυ μὲν ἱκανὸν εἰπεῖν τε καὶ πρᾶξαι, πένητα δέ· οὐ γὰρ ἦν οἷος ἀπὸ παντὸς κερδαίνειν, ἀλλὰ φιλόχρηστός τε καὶ εὐφυέστερος ὢν ἀπὸ τῶν συκοφαντῶν λαμβάνειν. Τούτῳ οὖν ὁ Κρίτων* et quae seq. Hae laudes profecto non conveniunt cum iis criminibus, quae ei alii obiiciunt: sed illo tempore Athenis in tanta partium studio non raro accidisse videmus, ut qui ab aliis in coelum usque laudibus tolleretur, idem ab aliis omnis generis maledictis proscinderetur. Hic cum ad civitatem administrandam accessisset, magnam pecuniam publicam surripuit, quod Lysias ei exprobrat in oratione in Alcibiadem c. 25: *Οὗτος γὰρ παῖς μὲν ὢν παρ' Ἀρχεδήμῳ τῷ Γλάμωνι, οὐκ ὀλίγα τῶν ὑμετέρων ὑφῃρημένῳ, πολλῶν ὁρώντων ἔπινεν, ὑπὸ τῷ αὐτῷ στρώματι κατακείμενος, ἐκώμαζε δὲ μεθ' ἡμέραν, ἄνηβος ἑταίραν ἔχων, μιμούμενος τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους, καὶ ἡγούμενος οὐκ ἂν δύνασθαι, πρεσβύτερος ὤν, λαμπρὸς γενέσθαι, εἰ μὴ νέος ὤν, πονηρότατος δόξειεν εἶναι.* unde etiam id cognoscimus Archedemum hunc amatorem fuisse Alcibiadis iunioris. Potentissimus autem fuit in civitate, antequam dominatus triginta virorum constitueretur, vid. Aristophanes in Ranis v. 423:

Νυνὶ δὲ δημαγωγεῖ
Ἐν τοῖς ἄνω νεκροῖσιν,
Κἄστιν τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας.

Idem fuit, qui post pugnam ad Arginusas accusavit Erasinidem, vid. Xenophon Hellenica I. 7, 2: *Ἀρχέδημος, τότε προεστηκὼς ἐν Ἀθήναις, καὶ τῆς Δεκελείας ἐπιμελούμενος, Ἐρασινίδῃ ἐπιβολὴν ἐπιβαλών, κατηγόρει ἐν δικαστηρίῳ, φάσκων ἐξ Ἑλλησπόντου ἔχειν χρήματα, ὄντα τοῦ δήμου· κατηγόρει δὲ καὶ περὶ τῆς στρατηγίας.*

Illud quoque apprime convenit, quod Eupolis in hac fabula Phaeacem commemoravit, vid. Athenaeus III. p. 106 B: *Καρίδος συνεσταλμένως εἴρηκεν Εὔπολις ἐν Αἰξὶν οὕτως·*

Πλὴν
Ἅπαξ ποτ' ἐν Φαίακος ἔφαγον καρίδας.

nam Phaeax quoque circa Olympiadem LXXXIX maxime inclaruit: ita Aristophanes in Equitibus v. 1374 illum attigit:

Τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω, τἀν τῷ μύρῳ,
Ἃ στωμυλεῖται τοιαδὶ καθήμενα·
Σοφός γ' ὁ Φαίαξ δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανεν,
Ξυνεκτικὸς γάρ ἐστι καὶ περαντικὸς
Καὶ γνωμοτυπικὸς κἀσαφὴς καὶ κρουστικὸς
Καταληπτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ.

ita enim haec scribenda indico, vulgo *ξυνερκτικὸς* legitur, quod

quomodo sit intelligendum non perspicio, scripsi igitur ξυνεκτικός, ut Phaeax dicatur multa paucis comprehendere verbis. Deinde σαφής legitur; sed perspicuitatem inter orationis virtutes ab istis iuvenibus referri parum est probabile, quare aut scribendum καὶ σοφός, aut quod reposui, κἀσαφής, ut Aristophanes more suo subito laudem in vitium converterit: ultimus versus satis suspectus est, etsi poteris interpretandi rationem inire, itaque conieceram:

Καταπληκτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ.

ut Phaeax dicatur optime populi rumores comprimere posse, quod quidem secus se habet: nam non sane feliciter potuit populi voluntatem regere et flectere, quo vellet: itaque Plutarchus in vita Alcibiadis c. 13 illum non satis feliciter pericula causarum evasisse dicit: Φαίακα δ' ἀρχόμενον, ὥσπερ αὐτός, αὐξάνεσθαι, τότε καὶ γνωρίμων ὄντα πατέρων, ἐλαττούμενον δὲ τοῖς τ' ἄλλοις καὶ περὶ τὸν λόγον· ἐντευκτικὸς γὰρ ἰδίᾳ καὶ πιθανὸς ἐδόκει μᾶλλον ἢ φέρειν ἀγῶνας ἐν δήμῳ δυνατός. Inanem Phaeacis loquacitatem, quae a germana eloquentia longissime absit, notat ipse Eupolis ibid.: Ἦν γάρ, ὥς Εὔπολίς φησι·

Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

Callidus tamen et versutus fuit, cf. Scholiast. Aristoph. Eqq. l. l.: Δεινὸς ῥήτωρ ὁ Φαίαξ οὗτος, ὡς καὶ ἀποφυγεῖν ἐπὶ θανάτῳ ἐπ' αὐτοφώρῳ κρινόμενος. et ob id ipsum, ut coniicio, Dionysius aheneus in Elegiis apud Athenaeum XV. p. 669 D. eum collaudat:

Ὕμνους οἰνοχοεῖν ἐπιδέξια σοί τε καὶ ἡμῖν,
Τόνδε σὸν ἀρχαῖον τηλεδαπόν τε φίλον
Εἰρεσίῃ γλώσσης ἀποπέμψομεν εἰς μέγαν αἶνον
Τοῦδ' ἐπὶ συμποσίου· δεξιότης τε λόγου
Φαίακος Μουσῶν ἐρέτας ἐπὶ σέλματα πέμπει.

Bello Peloponnesiaco Olymp. LXXXIX in Italiam et Siciliam legatus missus est, ut docet Thucydides L. V. c. 4: Φαίαξ δὲ ὁ Ἐρασιστράτου τρίτος αὐτός, Ἀθηναίων πεμπόντων, ναυσὶ δύο ἐς Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν πρεσβευτὴς ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐξέπλευσεν. Conferas praeterea c. 5. Etiam cum Alcibiade graves inimicitias exercuit: nam ipse quoque popularem principatum affectavit: vid. Plutarch. eo loco, quem dixi: Ἐπεὶ δ' ἀφῆκεν αὐτὸν εἰς τὴν πολιτείαν ἔτι μειράκιον ὤν, τοὺς μὲν ἄλλους εὐθὺς ἐταπείνωσε δημαγωγούς, ἀγῶνά τε εἶχε πρός τε Φαίακα τὸν Ἐρασιστράτου καὶ Νικίαν τὸν Νικηράτου. Postea vero cum Alcibiade in gratiam rediit et una cum illo auctor fuit, ut Hyperbolus in exilium eiiceretur, vid. Plutarchus paulo inferius: Ὡς δ' ἔνιοί φασιν, οὐ πρὸς Νικίαν ἀλλὰ πρὸς Φαίακα διαλεχθείς, καὶ τὴν ἐκείνου προσλαβὼν ἑταιρίαν, ἐξήλασε τὸν Ὑπέρβολον, οὐδ' ἂν προσδοκήσαντα. Praetoris etiam munere functus esse videtur, siquidem Diogenes Laertius L. II. 63 dicit Aeschinem Socratis discipulum orationem scripsisse, qua defenderit patrem (Erasistratum) Phaeacis praetoris: dicit enim: Ἦν δὲ καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς ἱκανῶς γεγυμνασμένος, ὡς δῆλον ἔκ τε

τῆς ἀπολογίας τοῦ πατρὸς Φαίακος τοῦ στρατηγοῦ καὶ δι᾽ ὧν μάλιστα μιμεῖται Γοργίαν τὸν Λεοντῖνον.

Ex Eupolidis Astrateutis sive Androgynis duo fragmenta servavit Hephaestio p. 99: *Εὔπολις δὲ ἐν τοῖς Ἀστρατεύτοις καὶ ἀτακτοτάτως συνέθηκε τὸ εἶδος· πῇ μὲν γὰρ τοιαῦτα ποιεῖ·*

Ἄνδρες ἑταῖροι, δευρὶ δὴ τὴν γνώμην προσίσχετε,
Εἰ δύνατον, καὶ μή τι μεῖζον πράττουσα τυγχάνει.

πῇ δὲ καὶ τοιαῦτα·

Καὶ ξυνεγιγνόμην ἀεὶ τοῖς ἀγαθοῖς φάγροισιν.

ὥσθ᾽ ὅλον αὐτὸ χοριαμβικὸν ἐπίμικτον γενέσθαι ὅμοιον Ἀνακρεοντείῳ τῷδε· — πῇ δὲ καὶ ἄλλοις ἐχρήσατο λίαν ἀτάκτοις σχήμασιν. Nam tertium quoque versum ex eadem fabula petitum arbitror. Graviter autem erravit Hephaestio, qui ista diversis plane metris conscripta inter se composuerit: ex parabasi haec petita esse ipse indicat infra p. 109, ubi rursus de metro Cratineo, quod varias formas admittat, disserere instituit: *Καὶ τὸ Κρατίνειον δὲ τὸ ἀσυνάρτητον ἐκ χοριαμβικοῦ καὶ τροχαϊκοῦ πολυσχηματιστόν ἐστιν· ἀρκέσει τοῦτο δεῖξαι ἡ παράβασις ἡ ἐν τοῖς Ἀστρατεύτοις πᾶσα, ἵνα μὴ νῦν μηκύνωμεν παραδείγματα παρατιθέμενοι.* ubi Scholiasta hos ipsos versus repetiit. Sunt autem primi duo versus ex ipso exordio parabasis petiti, ubi choragus audientiam sibi facit; quo quidem exordio saepissime uti solebant comici poetae, ut Pherecrates in Corianno apud Schol. Aristoph. Nub. v. 563:

Ἄνδρες πρόσχετε τὸν νοῦν
Ἐξευρήματι καινῷ
Συμπτύκτοις ἀναπαίστοις.

et Aristophanes in Equitt. v. 503:

Ὑμεῖς δ᾽ ἡμῖν πρόσχετε τὸν νοῦν
Τοῖς ἀναπαίστοις,
Ὦ παντοίας ἤδη Μούσης
Πειραθέντες καθ᾽ ἑαυτούς.

similiter in epirrhemate Nubium v. 575:

Ὦ σοφώτατοι θεαταὶ δεῦρο τὸν νοῦν πρόσχετε.

et in Vespis v. 1015:

Νῦν αὖτε λεῴ πρόσχετε τὸν νοῦν, εἴπερ καθαρόν τι φιλεῖτε.

item in Avibus v. 685:

Ἄγε δὴ φύσιν ἄνδρες ἀμαυρόβιοι, φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι,
Ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα φῦλ᾽ ἀμενηνά,
Ἀπτῆνες ἐφημέριοι, ταλαοὶ βροτοί, ἀνέρες εἰκελόνειροι,
Πρόσχετε τὸν νοῦν τοῖς ἀθανάτοις ἡμῖν τοῖς αἰὲν ἐοῦσιν.

Ceterum in Eupolidis versu *δευρὶ δὴ* scripsi, cum vulgo *δεῦρ᾽ ἤδη* legeretur, Hermannus *δεῦρο δὴ* coniecisset. Tertius autem versus nullo pacto ad parabasin, quae proprio nomine vocatur, referri potest, cum longe alio sit genere numerorum compositus et parabasis uno eodemque metro decurrere solita sit: neque vero pro parte macri, quod vocant, habendus est, cum eiusmodi parabases, qualis haec est, illa parte caruisse videantur: itaque censeo illum versum ex

epirrhemate petitum esse, quod cum continuo parabasin exciperet, Hephaestio prae nimia inscitia cum illa confudit: hoc autem epirrhema Anacreonteo choriambico numero Eupolis etiam in Adulatoribus prorsus eodem pacto composuit, ex qua fabula epirrhema servavit Athenaeus VI. p. 236 E. integrum, partem antepirrhematis Scholiasta Aristoph. Nub. v. 96:

Δεξάμενος δὲ Σωκράτης τὴν ἐπίδειξιν . .
Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν οἰνοχόην ἔκλεψεν.

nam haec, etsi Scholiasta non addidit comoediae nomen, et ad illam fabulam et ad hanc ipsam parabasis partem referenda sunt. Iam vero ille versus:

Καὶ συνεγιγνόμην ἀεὶ τοῖς ἀγαθοῖς φάγροισιν.

dicitur item a choro isto effeminatorum hominum, qui quo sint ingenio ipsi describunt, prorsus ut Adulatores in cognomine Eupolidis fabula in epirrhemate, quod modo dixi, suos mores vitaeque consuetudinem exponunt: nec dissimili ratione Aristophanes plerumque in epirrhemate et antepirrhemate usus est. Ceterum *συγγίγνεσθαι* non dispari modo usurpatum est a Teleclide apud Athenaeum II. p. 56 D:

Καὶ ξυγγενέσθαι διὰ χρόνου μ' ἐλιπάρει
Δρυπεπέσι μάζαις καὶ διασκανδικίσαι.

et Pherecrates apud Athenaeum VII. p. 309 A:

Τοῖς σοῖσι συνὼν κορακινιδίοις
Καὶ μαινιδίοις.

Eupolis autem cum alia crimina tum etiam gulositatem in ignavos istos et imbelles homines coniecit: ita hoc nomine Melanthium, tragicum poetam, irrisit, quem ob id ipsum notavit, quod pisces tantopere expeteret, vid. Scholiast. Aristoph. Pacis v. 805: *Ἀπ' ἄλλης δὲ ἀρχῆς περί τε αὐτοῦ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ τὰ εἰς ὀψοφαγίαν· ὅτι γὰρ ὁ Μελάνθιος ὀψοφάγος, προείρηται· καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις.* dixerat autem supra: *Ὁ δὲ Μελάνθιος κωμῳδεῖται εἰς μαλακίαν, καὶ ὀψοφαγίαν· καὶ πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς Κόλαξιν Εὔπολις ὡς κίναιδον αὐτὸν διαβάλλει καὶ κόλακα.* quae quidem crimina prorsus cadunt in mores istorum hominum, quos Eupolis in hac de qua agimus fabula repraesentavit. Et Aristophanes quidem acerbe illum tanquam voracissimum hominem vexat in Pace eo loco, quem dixi:

Τοιάδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα καλλικόμων τὸν σοφὸν ποιητὴν
Ὑμνεῖν, ὅταν ἠρινὰ μὲν φωνῇ χελιδὼν
Ἑζομένη κελάδῃ, χορὸν δὲ μὴ 'χῃ Μόρσιμος,
Μηδὲ Μελάνθιος, οὗ δὴ πικροτάτην ὄπα γηρύσαντος ἤκουσ',
Ἡνίκα τῶν τραγῳδῶν τὸν χορὸν εἶχον ἀδελφός τε καὶ αὐτός,
ἄμφω
Γοργόνες ὀψοφάγοι, βατιδοσκόποι ἅρπυιαι,
Γραοσόβαι, μιαροί, τραγομάσχαλοι, ἰχθυολῦμαι,
Ὧν καταχρεμψαμένη μέγα καὶ πλατὺ
Μοῦσα θεὰ μετ' ἐμοῦ ξύμπαιζε τὴν ἑορτήν.

nec minus graviter ibidem v. 1009 eundem perstringit:

Κἆτα Μελάνθιον
Ὕστερον ἥκειν εἰς τὴν ἀγοράν,
Τὰς δὲ πεπρᾶσθαι, τὸν δ' ὀτοτύζειν,
Εἶτα μονῳδεῖν ἐκ Μηδείας
Ὀλόμαν, ὀλόμαν ἀποχηρωθεὶς,
Τᾶς ἐν τεύτλοισι λοχευομένας·
Τοὺς δ' ἀνθρώπους ἐπιχαίρειν.

item Leuco in Phrateribus, ut docet Athenaeus VIII. p. 343 B: *Τῆς αὐτῆς ἰδέας καὶ Μελάνθιος ἦν ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής, ἔγραψε δὲ καὶ ἐλεγεῖα· κωμῳδοῦσι δ' αὐτὸν ἐπ' ὀψοφαγίᾳ Λεύκων ἐν Φράτορσιν, Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ, Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ, ἐν δὲ τοῖς Ἰχθύσιν Ἄρχιππος τῷ δράματι ὡς ὀψοφάγον δήσας παραδίδωσι τοῖς ἰχθύσιν ἀντιβρωθησόμενον.* prorsus ut hunc hominem famosissimum tunc Athenis fuisse appareat, qui tam saepe comicis poetis ludibrium debuerit. De Melanthii voracitate dixit etiam Clearchus apud Athenaeum I. p. 6 C: *Κλέαρχος δὲ Μελάνθιόν φησιν τοῦτ' εὔξασθαι λέγων· „Τιθωνοῦ Μελάνθιος ἔοικε βουλεύσασθαι βέλτιον· ὁ μὲν γὰρ ἀθανασίας ἐπιθυμήσας ἐν θαλάμῳ κρέμαται, πάντων ὑπὸ γήρως ἐστερημένος τῶν ἡδέων, Μελάνθιος δὲ τῶν ἀπολαύσεων ἐρῶν, ηὔξατο τῆς μακραύχενος ὄρνιθος τὸν τράχηλον ἔχειν, ἵν' ὅτι πλεῖστον τοῖς ἥδεσιν ἐνδιατρίβῃ."* quibuscum compares quae leguntur infra XII. p. 549 A: *Καὶ Μελάνθιος δὲ τὸν αὐτοῦ τράχηλον κατατείνων ἀπήγχετο ἐκ τῶν ἀπολαύσεων κνισότερος ὢν τοῦ Ὀδυσσέως Μελανθίου.* Eundem propter foedum morbum Aristophanes in Avibus v. 151 perstrinxit:

Ὁτιὴ νὴ τοὺς θεοὺς
Βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου.

ubi Scholiasta: *Μελάνθιος ὁ τραγικὸς κωμῳδεῖται λεπρὸς καὶ κακοπράγμων· κωμῳδεῖται γὰρ εἰς μαλακίαν καὶ ὀψοφαγίαν· Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν Σκευαῖς ὡς λάλον σκώπτει· Καλλίας Πεδήταις·*

Α. Τίνας ἄρας τοὺς Μελανθίους τῷ γνώσομαι;
Β. Οὓς ἂν μάλιστα λευκοπρώκτους εἰσίδῃς.

(ita enim hi Calliae versus corrigendi sunt,) *εἶχε δὲ Μελάνθιος λεπράν· ἐκωμῳδεῖτο δὲ καὶ εἰς μαλακίαν.* Ceterum Melanthius haec comicorum poetarum maledicta leni atque aequo tulit animo, ut apparet ex Plutarcho. Tragoedias eum et elegias scripsisse Athenaeus loco, quem supra attuli, memoriae mandavit: et ex Medea quidem tragoedia duos anapaestos in ludicrum transtulit Aristophanes in Pace v. 1013; unum praeterea versum servavit Plutarchus de sera num. vindicta c. 5:

Τὰ δεινὰ πράσσει τὰς φρένας μετοικίσας.

Ex elegiis unum distichum superstes legitur apud Plutarchum in vita Cimonis c. 4:

Αὐτοῦ γὰρ δαπάναισι θεῶν ναοὺς ἀγοράν τε
Κεκροπίας κόσμησ' ἡμιθέων ἀρεταῖς.

Autolycos duos cum docuerit Eupolis, pleraque autem fragmenta a grammaticis sine distinctione afferantur, difficile sane est, quid priori, quidve posteriori comoediae tribuendum sit, diiudicare: aliquantum tamen proficimus inde, quod utraque fabula quo sit docta tempore, compertum habemus. Et prior quidem comoedia cadit in Aristonis annum, h. e. Olymp. LXXXIX. 4, vid. Athenaeus V. p. 216 D: Ἐπὶ τούτου γὰρ Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου. ex quibus, etsi falsa veris admixta sunt, hoc tamen constat, quo anno priorem Autolycum Eupolis docuerit; male autem Athenaeus, qui posteriorem tantum fabulam usurpavisse censendus est, neque aliam praeterea esse cognoverat, ea quae ibi a poeta scripta reperit, ad hunc annum retulit: castigavitque Athenaei errorem vir doctissimus Meinekius Quaest. Scen. I. p. 42. Penitus autem differre utramque comoediam satis superque indicat Galenus T. XI. p. 3 ed. Charter., ubi de diasceuasi librorum disserit: Παράδειγμα δ' εἰ βούλει τούτου σαφηνείας ἕνεκα τὸν δεύτερον Αὐτόλυκον Εὐπόλιδος ἔχεις ἐκ τοῦ προτέρου διεσκευασμένον. Iam quae Athenaeus ex Autolyco profert, ea omnia arbitror ad priorem fabulam referenda esse, ut illud, quod legitur IX. p. 368 D: Καὶ κωλῆνα δὲ λέγουσι καὶ κωλῆν· Εὔπολις Αὐτολύκῳ·

Σκέλη δὲ καὶ κωλῆνες εὐθύτου ῥίφου,

siquidem recte haec Iacobsius emendavit, quae de sacra aliqua coena dicta sunt, quas plurimas repraesentavit antiqua comoedia. Item ad priorem Autolycum refero, quod legitur ibidem supra III. p. 89 F: Τὰς δὲ κνίδας ὁ Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ ἀκαλήφας ὀνομάζει. Et ad priorem Autolycum aperte pertinet illud, quod Scholiasta Platonis p. 331 dicit Aristophanem ab Eupolide in Autolyco irrisum esse, ὅτι τὸ τῆς Εἰρήνης κολοσσικὸν ἐξῇρεν ἄγαλμα. Reprehenderat enim Eupolis illam Pacis imaginem, quam Aristophanes exhibuit in cognomine fabula, quae quidem fabula docta est Olymp. LXXXIX. 3, itaque haec ad priorem Autolycum referenda sunt: verum de Eupolidis iudicio alibi dicentur plura. Alter autem Autolycus quo tempore doctus sit Meinekii sagacitas indagavit; nam ex illo versu, qui legitur apud Scholiastam Homeri Il. apud Heyn. T. VI. p. 646:

Ἤδη γὰρ Ἀρίσταρχον στρατηγοῦντ' ἄχθομαι.

apparet hanc fabulam eo ipso tempore scriptam esse, quo Aristarchus praetor fuerit, id quod incidit in Olymp. XCII annum primum et secundum: nam cum quadringenti etiam ineunte Theopompi praetoris anno principatum obtinerent, isti continuatus est magistratus; fuit autem iste Aristarchus defensor et propugnator oligarchiae acerrimus et ob id ipsum populo satis invisus, vid. Thucydid. VIII. 92: Ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἐναντίοι τῷ πλήθει ἐχαλέπαινον. et ibid. c. 90: Οἱ δὲ τῶν τετρακοσίων μάλιστα ἐναντίοι ὄντες τῷ τοιούτῳ εἴδει καὶ προεστῶτες, Φρύνιχός τε, ὃς καὶ στρατηγήσας ἐν τῇ Σάμῳ τῷ Ἀλκιβιάδῃ τότε διηνέχθη, καὶ Ἀρίσταρχος ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος τῷ δήμῳ καὶ Πείσανδρος καὶ Ἀντιφῶν καὶ ἄλλοι οἱ δυνατώτατοι, πρότερόν

τε, ἐπεὶ τάχιστα κατέστησαν καὶ ἐπειδὴ τὰ ἐν τῇ Σάμῳ σφῶν ἐς δημοκρατίαν ἀπέστη, πρέσβεις τε ἀπέστελλον σφῶν ἐς τὴν Λακεδαίμονα καὶ τὴν ὀλιγαρχίαν προυθυμοῦντο καὶ τὸ ἐν τῇ Ἠετιωνείᾳ καλουμένῃ τεῖχος ἐποιοῦντο. Ducem fuisse Aristarchum atque praeter ceteros Eetioneam muniendam curavisse dilucide Theramenes apud Xenoph. Hellen. II. 3, 46 dicit: *Ἐπειδή γε ἐκεῖνοι μὲν οὐδὲν ἀνίεσαν* (quadringenti) *οἱ δὲ ἀμφὶ Ἀριστοτέλην καὶ Μελάνθιον καὶ Ἀρίσταρχον στρατηγοῦντες φανεροὶ ἐγένοντο ἐπὶ τῷ χώματι ἔρυμα τειχίζοντες, ἐς ὃ ἐβούλοντο τοὺς πολεμίους δεξάμενοι ὑφ' αὑτοῖς καὶ τοῖς ἑτέροις* (l. *ἑταίροις*) *τὴν πόλιν ποιήσασθαι· εἰ ταῦτ' αἰσθανόμενος ἐγὼ διεκώλυσα, τοῦτ' ἔστι προδότην εἶναι τῶν φίλων;* Cum autem in Piraeeo inter milites gravis armaturae, qui Eetioneam communiebant, seditio esset orta, Theramenesque minis quadringentorum commotus facile se tumultum sedaturum promisisset, Aristarchus illum secutus est, vid. Thucyd. VIII. 92: *Ἐβοήθει δὲ καὶ Ἀρίσταρχος καὶ τῶν ἱππέων νεανίσκοι.* sed quamvis graviter seditiosos milites increparet, nihil tamen effecit; milites enim consentiente Theramene moenia diruerunt, vid. Thucyd. ibid.: *Ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἐναντίοι τῷ πλήθει ἐχαλέπαινον· οἱ δὲ ὁπλῖται ὁμόσε τε ἐχώρουν οἱ πλεῖστοι τῷ ἔργῳ καὶ οὐ μετεμέλοντο.* Iam quadringenti cum dominatu deiicerentur, Aristarchus cum militibus, quibus praefuit, Oenoen in castellum satis munitum se coniecit idque Boeotis mala fraude prodidit, vid. Thucyd. VIII. 98: *Ἀρίσταρχος δὲ αὐτῶν μόνος, ἔτυχε γὰρ καὶ στρατηγῶν, λαβὼν κατὰ τάχος τοξότας τινὰς τοὺς βαρβαρικωτάτους, ἐχώρει πρὸς τὴν Οἰνόην — κοινολογησάμενος οὖν αὐτοῖς ὁ Ἀρίσταρχος ἀπατᾷ τοὺς ἐν τῇ Οἰνόῃ, λέγων ὡς καὶ οἱ ἐν τῇ πόλει τἄλλα ξυμβεβήκασι Λακεδαιμονίοις, κἀκείνους δεῖ Βοιωτοῖς τὸ χωρίον παραδοῦναι· ἐπὶ τούτοις γὰρ ξυμβεβάσθαι· οἱ δὲ πιστεύσαντες ὡς ἀνδρὶ στρατηγῷ καὶ οὐκ εἰδότες οὐδὲν διὰ τὸ πολιορκεῖσθαι ὑπόσπονδοι ἐξέρχονται· τούτῳ μὲν τῷ τρόπῳ Οἰνόην ληφθεῖσαν Βοιωτοὶ κατέλαβον.* Quos Thucydides dicit sagittarios maxime barbaros, quibus Aristarchus praefuerit, Iberes fuerunt, ab Atheniensibus asciti et mercede conducti: id quod commode cognoscimus ex Aristophanis versibus apud Stephanum Byz. v. *Ἴβηρ· τὸ ἔθνος Ἴβηρες, ὡς Πίερες, Βύζηρες. Διονύσιος — καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι·*

Μανθάνοντες τοὺς Ἴβηρας τοὺς Ἀριστάρχου πάλαι.

καὶ

Τοὺς Ἴβηρας, οὓς χορηγεῖς, μοὶ βοηθῆσαι δρόμῳ.

nam alter quoque versus ad Aristarchum pertinet, qui Iberas suos celeriter nescio cui mittere subsidio iubetur. Docta enim est haec fabula illo ipso tempore h. e. Olymp. XCII. 2 expulsis quadringentis, quod Suevernius quoque coniecit, motus maxime Fr. IX:

Ἐγὼ γὰρ ἀπὸ Θηραμένους δέδοικα τὰ τρία ταῦτα.

Iberas autem mercede conducere, iam antea Alcibiades mente conceperat, ut ipse dicit in oratione apud Thucyd. VI. 90: *Εἰ δὲ προχωρήσειε ταῦτα ἢ πάντα ἢ καὶ τὰ πλείω, ἤδη τῇ Πελοποννήσῳ*

ἐμέλλομεν ἐπιχειρήσειν, κομίσαντες ξύμπασαν μὲν τὴν ἐκεῖθεν προσγενομένην δύναμιν τῶν Ἑλλήνων, πολλοὺς δὲ βαρβάρους μισθωσάμενοι καὶ Ἴβηρας καὶ ἄλλους τῶν ἐκεῖ ὁμολογουμένως νῦν βαρβάρων μαχιμωτάτους. Erant sane Iberes longe ferocissimi et bellicosissimi, vid. Plato de Legg. I. p. 637 E: Μέθης δὲ αὐτῆς πέρι πότερον ὥσπερ Σκύθαι χρῶνται καὶ Πέρσαι, χρηστέον, καὶ ἔτι Καρχηδόνιοι καὶ Κέλτοι καὶ Ἴβηρες καὶ Θρᾷκες, πολεμικὰ ξύμπαντα ὄντα ταῦτα γένη, ἢ καθάπερ ὑμεῖς. Sed Aristarchus, ut ad hunc revertar, etsi pessime de patria meritus erat maximeque popularem statum subvertere studuerat, postea tamen impetravit, ut in patriam restitueretur, vid. Xenoph. Hellenic. I. 7, 29: Δεινὰ δ' ἂν ποιήσαιτε, εἰ Ἀριστάρχῳ μὲν πρότερον (lege πρῶτον) τὸν δῆμον καταλύοντι, εἶτα δὲ Οἰνόην προδιδόντι Θηβαίοις, πολεμίοις οὖσιν, ἔδοτε ἡμέραν ἀπολογήσασθαι, ᾗ ἐβούλετο καὶ τἄλλα κατὰ τὸν νόμον προὔθετε. nam etsi Xenophon nihil aliud dicit, nisi Aristarcho facultatem causae defendendae concessam fuisse, tamen liberatum esse ex ipso Xenophonte colligo, qui in Memorabil. II. 7 hunc Aristarchum cum Socrate disserentem inducit, tunc cum civitas triginta virorum dominatu esset oppressa, vid. §. 2: Καὶ ὁ Ἀρίσταρχος, ἀλλὰ μήν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐν πολλῇ γέ εἰμι ἀπορίᾳ· ἐπεὶ γὰρ ἐστασίασεν ἡ πόλις πολλῶν φυγόντων εἰς τὸν Πειραιᾶ, συνεληλύθασιν ὡς ἐμὲ καταλελειμμέναι ἀδελφαί τε καὶ ἀδελφιδαῖ καὶ ἀνεψιαὶ τοσαῦται, ὥστ' εἶναι ἐν τῇ οἰκίᾳ τεσσαρεσκαίδεκα τοὺς ἐλευθέρους. nisi forte quis existimet Aristarchum primum quidem condemnatum esse, post autem triginta virorum imperio constituto rediisse, quod quidem mihi multo minus probabile videtur. Apparet igitur Eupolidem alterum Autolycum circa illud ipsum tempus, quo Aristarchus praetor fuit, docuisse. Iam huic quoque comoediae nonnulla fragmenta sine dubitatione vindicanda censeo; ita quod legitur apud Zonaram I. 548: Διέφθορε· οὐ τὸ διέφθαρται δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ διέφθαρκεν· Εὔπολις —, ἐν Αὐτολύκῳ·

Ὅτι τὰ πατρῷα πρός σε καταδιέφθορα.

scribendum ὅστις vel ὅτιή. Haec autem Leogorae sunt verba, qui Myrrhinae meretricis amore captus se rem familiarem perdidisse confitetur: id autem cadit in alteram comoediam, vid. Schol. Aristoph. Nub. v. 109: Λεωγόρας, τρυφερός τις, ὁ Ἀνδοκίδου πατήρ, Πλάτων Περιαλγεῖ — Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ β' ὡς καὶ διὰ Μυρρίναν ἑταίραν τὰ χρήματα ἀποβέβληκέ φησιν. Myrrhine autem vulgare meretricum fuit nomen; et de huius quidem memoria nihil videtur constare, at alia fuit eiusdem nominis, propter sumptuum magnificentiam maxime celebrata, quam amavit Hyperides, vid. Athenae. XIII. p. 590 C: Ὑπερίδης δὲ ὁ ῥήτωρ ἐκ τῆς πατρῴας οἰκίας τὸν υἱὸν ἀποβαλὼν Γλαύκιππον, Μυρρίνην τὴν πολυτελεστάτην ἑταίραν ἀνέλαβε καὶ ταύτην μὲν ἐν ἄστει εἶχεν, ἐν Πειραιεῖ δ' Ἀρισταγόραν, Φίλαν δ' ἐν Ἐλευσῖνι — ἐν δὲ τῷ ὑπὲρ Φρύνης λόγῳ Ὑπερίδης ὁμολογῶν ἐρᾶν τῆς γυναικός, καὶ οὐδέπω τοῦ ἔρωτος ἀπηλλαγμένος τὴν προειρημένην Μυρρίνην εἰς τὴν οἰκίαν εἰσήγαγεν. neque enim

verisimile arbitror hanc, quam Hyperides amavit, eandem esse, quae Leogorae fuerit in deliciis, etsi hanc tanquam vetulam anum Timocles in Orestautoclide tangit apud Athen. XIII. p. 567 E:

Περὶ δὲ τὸν πανάθλιον
Εὕδουσι γρᾶες, Νάννιον, Πλαγγών, Λύκα,
Γνάθαινα, Φρύνη, Πυθιονίκη, Μυρρίνη,
Χρυσίς, Κοναλλίς, Ἱερόκλεια, Λοπάδιον.

Alia est Myrrhina, quam Demetrius urbium expugnator qui dicitur, amavit, vid. Athenaeus XIII. p. 593 A. Eundem Leogoram Eupolis in eadem altera fabula etiam tanquam heluonem notavit: nam ille versus, qui legitur apud Scholiast. Aristophanis Pac. v. 1164: *Φῖτυ· σπέρμα καὶ φιτῦσαι γεννῆσαι καὶ γέννημα φίτυμα· Εὔπολις Αὐτολύκῳ·*

*Ἀτὰρ ἤγαγες καινόν γε φῖτυ τῶν βοῶν.**)

et ad Leogoram et ad alteram huius fabulae recensionem referendus esse videtur: dicitur autem Leogoras novum quoddam genus boum Athenas adduxisse, (eodem prorsus modo Antiphanes de eo, qui primus pavones in Atticam transtulit, apud Athen. XIV. p. 654 E:

Τῶν ταῶν μὲν ὡς ἅπαξ τις ζεῦγος ἤγαγεν μόνον
Σπάνιον ὂν τὸ χρῆμα.)

quod nequaquam abhorret ab huius viri moribus, quem phasianos aves nutrire arguit Aristophanes in Nubibus v. 109:

Οὐκ ἂν μὰ τὸν Διόνυσον, εἰ δοίης γέ μοι
Τοὺς φασιανούς, οὓς τρέφει Λεωγόρας.

Aves enim potius, quam equi intelligendi videntur, quod censet etiam Fritzschius apud Schillerum ad Sluiteri lect. p. 187 seqq. Leogoram autem gulosum fuisse hominem satis superque arguunt Platonis comici versus in Perialge apud Schol. Aristoph. Nubb. v. 109, qui sic videntur corrigendi esse:

Ὦ θεῖε Μόρυχε, νοῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς,
Καὶ Γλαυκέτης ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας,
Οἳ ζῆτε τερπνῶς, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι.

Scripsi *νοῦν γάρ*, cum vulgo *νῦν γὰρ* legeretur: voluit enim comicus hominis inscitiam atque stultitiam notare, itaque illum *divinum* dixit *Morychum*, respiciens notum illud proverbium: *Μωρότερος Μορύχου*, deinde causam subiunxit: felix enim propter rationem mentemque praedicandus es, ergo divum te appello, uti istum Morychum. De isto proverbio cf. Photius p. 284, 10: *Μωρό-*

*) Ita corrigo, legitur vulgo: *αὐτὰρ ἤγαγες καινὸν φίτυμα βοῶν.* atque ita etiam Suidas s. v. *φιτῦσαι*, nisi quod *κενὸν* praeterea exhibet, sed Scholiasta Platonis p. 445, Photius p. 650, 13 et Etymol. M. p. 795: *Ἀτὰρ ἤγαγες καινόν φῖτυ τῶν βοῶν.* Et *φῖτυ* praeter Aristophanem in Pace v. 1164 dixit etiam Sophocles apud Scholiastam Aristophanis:

Οὔτ' ἄλλο φῖτυ πρῷον.

ita enim emendo, eiecto vocabulo *σπέρμα*, quod est interpretantis. In Eupolidis versu adieci ut versum redintegrarem perticulam *γέ*, huic loco aptissimam.

τερος Μορύχου· παροιμία· Πολέμων λέγεσθαι ταύτην παρὰ Σικελιώταις οὕτως· μωρότερός εἰμι Μορύχου, ὃς τἄνδον ἀφεὶς ἔξω τῆς οἰκίας κάθηται. Μόρυχος δὲ παρ' αὐτοῖς ὁ Διόνυσος κατεπείθετο διὰ τὸ μολύνεσθαι αὐτοῦ τὸ πρόσωπον ἐν τῇ τρύγῃ γλεύκει τε καὶ σύκοις· μορύξαι δὲ τὸ μολῦναι. Ὅμηρος γοῦν τὸ μεμολυμμένος μεμορυχμένος φησίν· εὐήθειαν τούτου καταγνωσθῆναι, παρόσον ἔξω τοῦ νεὼ ἐν ὑπαίθρῳ αὐτοῦ τὸ ἄγαλμα καθίδρυται παρὰ τῇ εἰσόδῳ· τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν εὐηθές τι διαπραττομένων. Morychus autem iste saepe numero a comicis propter istam gulositatem exagitatus est, ut ab Aristophane in Acharnensibus v. 885:

Ὦ φιλτάτη σὺ καὶ πάλαι ποθουμένη (ἔγχελυς)
Φίλη δὲ Μορύχῳ.

et in Pace v. 1005:

Καὶ Κωπάδων ἐλθεῖν σπυρίδας,
Καὶ περὶ ταύτας ἡμᾶς ἀθρόους
Ὀψωνοῦντας τυρβάζεσθαι
Μορύχῳ, Τελέᾳ, Γλαυκέτῃ, ἄλλοις
Τένθαις πολλοῖς.

et in Vespis v. 504:

Εἰ καὶ νῦν ἐγὼ
Τὸν πατέρ' ὅτι βούλομαι τούτων ἀπαλλαχθέντα τῶν
Ὀρθροφοιτοσυκοφαντοδικοταλαιπώρων τρόπων
Ζῆν βίον γενναῖον ὥσπερ Μόρυχος.

Adde ibid. v. 1142.

Iam Eupolis cum convivium lautissimum a Callia in Autolyci honorem celebratum exhiberet, mirum ni etiam adulatorem aliquem et parasitum nobilissimis Atheniensibus adiunxerit: de tali aliquo homine fortasse dictum est quod affert Scholiasta Aristoph. Thesmoph. 941: Ἀττικὴ δὲ ἡ σύνταξις, ὅτι τὸ ἑστιᾶν καὶ δοτικῇ συντάσσουσιν, ὡς καὶ Εὐπόλιδί ἐστιν ἐν Αὐτολύκῳ θατέρῳ· ὥστε οὔτε ἐκεῖ οὔτε ἐνθάδε δεῖ ξενίζεσθαι. quamquam verba corrupta in praesentia expedire nequeo. Et fortasse ex altero hoc Autolyco petitum est insigne fragmentum, sed idem satis corruptum quod legitur apud Erotianum p. 88 ed. Franz.: Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς ἐν Αὐτολύκῳ φησὶν ἐπὶ καινοτέρας ἰδέας ἀσέβιον ὁ μοχθηρὸς ἔτριβες, πόσῳ πολλῶν λοπάδων τοὺς ἄμβωνας περιλείξας, τοῦτ' ἔστι τὰ περὶ τοὺς ἄμβωνας χείλη. Ultima leguntur etiam apud Galenum περὶ ἄρθρων T. XII. p. 301 ed. Charter: Τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ ὀφρὺς οἷον κατὰ τῶν λοπάδων πέρας τὸ ἄνω γίγνεται πρὸς τὴν ἐντὸς ἐστραμμένον κοιλότητα, καί τις τῶν κωμικῶν ἀπεῖπεν ἐπισκώπτων τινὰ καὶ τῶν λοπάδων τοὺς ἄμβωνας περιλείχειν. et paulo accuratius eadem attulit Eustathius ex Aelio Dionysio p. 1636, 50: Φησὶ γοῦν Αἴλιος Διονύσιος, ἄμβωνες, λόφοι ὀρῶν καὶ ἴτυς πᾶσα καὶ οἷον ὀφρὺς καὶ ὑπεροχή· καὶ χείλη δὲ λοπάδων· οἷον, πολλῶν ἤδη λοπάδων τοὺς ἄμβωνας περιλείξας. Eadem fere leguntur in Etymol. M. p. 81, 9 et Gud. p. 43, 33. Eupolidi haec iure vindicavit Dindorfius

ad Aristoph. Fragm. p. 6 seqq., sed non satis recte correxisse mihi videtur. Equidem sic statuo conformandos esse anapaestos:

A. Ἐπὶ καινοτέρας ἰδέας ἀσεβῆ βίον, ὦ μοχθηρός, ἔτριβες.

B. Πῶς ὦ πολλῶν ἤδη λοπάδων τοὺς ἄμβωνας περιλείξας.

Videtur enim Eupolis ex ingenio populi Attici et instituto veteris comoediae duos homines pravos et abiectos inter se rixantes atque litigantes induxisse, ex quibus unus, cum alteri vitam, quam novo quodam modo, sine ullo exemplo agat improbam et inhonestam, exprobrasset, ille eundem tanquam impudentem parasitum castigat. Ὦ μοχθηρὸς ita dictum uti apud Euripidem in Troadibus v. 1081:

Ὦ φίλος, ὦ πόσι μοι

Σὺ μὲν φθίμενος ἀλαίνεις.

alia id genus.

Eupolidis ex Pagis fragmentum legitur apud Scholiastam Aristoph. Avv. 1576: Λαισποδίας δὲ καὶ Δαμασίας ὡς κακόκνημοι διαβάλλονται· μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Εὔπολις ἐν Δήμοις·

Ταδὶ δὲ τὰ δένδρα Λαισποδίας καὶ Δαμασίας

Αὐταῖσι ταῖς κνήμαισιν ἀκολουθοῦσί μοι.

Satis praeposterum hoc loco et superfluum illud *αὐταῖσι ταῖς κνήμαισι:* scripsisse poetam existimo:

Λεπταῖσι ταῖς κνήμαις ἀκολουθοῦσί μοι.

Fuit enim Laespodias ille, sicut etiam Damasias, cruribus admodum gracilentis et incurvatis, quod vitium ut celaret, pallium longiusculum gestabat; hinc Aristophanes in Avibus eo quem dixi loco non infacete hunc hominem ridet:

Οὗτος τί δρᾷς; ἐπ' ἀριστερ' οὕτως ἀμπέχει;

Οὐ μεταβαλεῖς θοἰμάτιον ὧδ' ἐπὶ δεξιάν;

Τί ὦ κακόδαιμον; Λαισποδίας εἶ τὴν φύσιν;

ubi Scholiasta: ὅτι τὴν κνήμην εἶχε σαπρὰν ὁ Λαισποδίας καὶ μέχρι τῶν κάτω περιεβάλλετο· καὶ οἱ βάρβαροι δὲ τὰ σκέλη περιβέβληνται· — Ἔχει δὲ καὶ περὶ τὰς κνήμας τινὰς αἰτίας, ὥς φησι Στράττις ἐν Κινησίᾳ· διὸ καὶ κατὰ σκελῶν ἐφόρει τὸ ἱμάτιον, ὡς Θεόπομπος ἐν Παισίν· Δημήτριος δὲ καὶ πάντες τὸν Ἰξίονα λέγουσιν ἐν ταῖς Ἀττικαῖς λέξεσιν (lego: Δημ. καὶ οἱ περὶ τὸν Ἰξίονα λέγ.) ὡς γλῶσσαν ἐξηγεῖσθαι, ὅτι Λαισποδίας ἐστὶν ὁ ἀκρατὴς περὶ τὰ ἀφροδίσια, ὥστε καὶ κτήνη σποδεῖν. Conferas Hesychii quamvis perversam explicationem: Λαισποδίας· ὄνομα κύριον· ἔνιοι δὲ τὸν Ἀλκμαίωνα ᾠήθησαν λέγεσθαι (fortasse τὸν Ἀλκμαίωνος, ut fuerit Laespodias e gente Alcmaeonidarum) οἱ δὲ τὸν δρεπανώδεις πόδας ἔχοντα. Adde Toupium ad Scholiastam Theocr. Id. IV. 63: „Atque hinc Panes κακόκνημοι dicti: nam vox κακόκνημος in obscenis est. Quod didicisse videor ex Scholiasta Aristoph. Av. 1568, ubi Laespodias et Damasias homines ἀκρατεῖς et ad Venerem proclives κακόκνημοι dicuntur, i. e. gracilentis cruribus deformes et in palaestra Veneris detriti. Hesychius: Κακόκνημος· κακόφθαρτος, κακόσιτος.“ Huc adde Callimachum apud Grammaticum in Bekk. Anecd. T. III. p. 1188:

Δημεχθέα Χελλῶνα κακόκνημόν τε Κόμητα.

Tam graviter autem comicos poetas corporis vitia et in his hominibus et in aliis multis notavisse, prorsus non est mirum, quandoquidem Athenienses, uti omnes omnino Graeci, pulcram et elegantem speciem maxime admirabantur ad eamque omnia referebant. Quamquam Archilochus quidem apud Dionem p. 399, ubi quid in bono imperatore requirat aperit, non tam pulcram speciem aut delicatulum incessum, quin potius eum, qui tibiis paululum incurvatis firmiter incedat, probandum esse censet:

Οὐ φιλέω μέγαν στρατηγὸν οὐδὲ διαπεπλιγμένον,
Οὐδὲ βοστρύχοισι γαῦρον, οὐδ' ὑπεξυρημένον,
Ἀλλά μοι μικρός τις εἴη καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν
Ῥαιβός, ἀσφαλέως βεβηκὼς κἀπινώμασιν δασύς.

Ita haec correxit amicissimus Schneidewinus. Et Eupolis quidem illud maxime in Laespodia illo et Damasia videtur reprehendere, quod quamvis sint forma turpissima moribusque abiectis, tamen praetoris munere fungantur. Et Laespodiam quidem bello Peloponnesio ducem fuisse cognoscimus ex Thucydide VI. 105: *Τότε δὲ Πυθοδώρου καὶ Λαισποδίου καὶ Δημαράτου ἀρχόντων ἀποβάντες εἰς Ἐπίδαυρον τὴν Λιμηρὰν καὶ Πρασιὰν καὶ ὅσα ἄλλα, ἐδῄωσαν τῆς γῆς, καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἤδη εὐπροφάσιστον μᾶλλον τὴν αἰτίαν ἐς τοὺς Ἀθηναίους τοῦ ἀμύνεσθαι ἐποίησαν.* Idem a quadringentis Lacedaemonem legatus missus est, vid. Thucyd. VIII. 86: *Ἄγοντες Ἀθηναίων ἐς Λακεδαίμονα ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμπτοὺς πρέσβεις, Λαισποδίαν καὶ Ἀριστοφῶντα καὶ Μελησίαν.* Belli studiosum fuisse Scholiasta Aristophanis etiam Phrynichi comici testimonio firmat: *Τοῦτον δὲ τὸν Λαισποδίαν καὶ στρατηγῆσαί φησι Θουκυδίδης ἐν η'· μέμνηται δὲ αὐτοῦ Φρύνιχος ἐν Κωμασταῖς ὡς πολεμικοῦ· Φιλύλλιος δὲ ἐν ταῖς Πλυντρίαις ὡς φιλοδίκου.*

De nulla alia autem re Eupolis in hac fabula gravius conquestus est, quam de imperatorum ignavia et pravitate: itaque ut spectantibus luculentissima boni ducis exempla exhiberet, Miltiadem, Myronidem, alios ex Orco resuscitavit: atque ipse Miltiades ita ignavos illos duces tangit:

Οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

vid. Longin. de sublimit. c. 16, quae etsi sine fabulae nomine proferuntur, recte tamen a Valckenario ad hanc comoediam revocata sunt. Et ad huius ipsius Marathoniae victoriae memoriam refero etiam illos versus, quos Harpocratio p. 125, 14 ex Eupolidis Pagis affert:

Τοιγαροῦν οὐδεὶς στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου
Ἐδύνατ', ὥσπερ μειαγωγὸς
Ἑστιῶν τῆς τοῖδε νίκης πλεῖον' ἑλκύσαι σταθμόν.

Graviter vero suae aetatis duces comicus reprehendit illis versibus de eadem fabula apud Scholiastam Aristid. T. III. p. 672 ed. Dindf.:

Καὶ μηκέτ' ὦναξ Μιλτιάδες καὶ Περίκλεες,
Ἐάσατ' ἄρχειν μειράκια κινούμενα,
Ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν.

quo eodem pertinet etiam illud apud Herodianum *περὶ σχημάτων* p. 47, 27:

Καὶ λέγουσί γε
Τὰ μειράκια προϊστάμενα τοῖς ἀνδράσιν.

Maxime vero insignis illa chori oratio, quae est apud Stobaeum XLIII. p. 163, poetae consilium fabulaeque institutum in clara luce collocat:

Καὶ μὴν ἐγὼ πολλῶν παρόντων οὐκ ἔχω τί λέξω.
Οὕτω σφόδρ' ἀλγῶ τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ἡμῖν.
Ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν οἱ γέροντες,
Ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ
Ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν πλούτῳ γένει τε πρῶτοι,
Οἷς ὡσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα· καὶ γὰρ ἦσαν.
Ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν· νυνὶ δ' ὅποι τύχοιμεν
Στρατευόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς.

Itaque Eupolis etiam Periclem induxit qui aegerrime ferret, quod virorum fortium et proborum filii tantopere de patria virtute degeneraverint: ipse Pericles de suo filio libere conqueritur, vid. Plutarch. vit. Pericl. c. 24: *Δοκεῖ δὲ καὶ τὸν νόθον ἐκ ταύτης τεκνῶσαι, περὶ οὗ πεποίηκεν Εὔπολις ἐν Δήμοις αὐτὸν μὲν οὕτως ἐρωτῶντα·*

Ὁ νόθος δέ μοι ζῇ;

τὸν δὲ Μυρωνίδην ἀποκρινόμενον.

Καὶ πάλαι γ' ἂν ἦν ἀνήρ,
Εἰ μὴ τὸ τῆς πόρνης ὑπωρρώδει κακόν.

et ad eandem Periclis orationem pertinent etiam duo iambi apud Athenaeum IX. p. 373 E: *Εὔπολις ἐν Δήμοις·*

Οὐ δεινὸν οὖν κριοὺς μὲν ἔμ' ἐκγεννᾶν τέκνα,
Ὄρνεις δ' ὁμοίους τοὺς νεοττοὺς τῷ πατρί;


Eodem autem loco, quo Pericles de suo filio conqueritur, etiam de Hippocratis filiorum pravitate et nequitia dixit: quorsum spectant illi versus, quos Scholiasta Aristophanis Nubb. v. 1001 servavit: *Τοῖς Ἱπποκράτους· οὗτοί εἰσιν Τελέσιππος, Δημοφῶν, Περικλῆς, διαβαλλόμενοι εἰς ὑωδίαν· καὶ Εὔπολίς φησιν ἐν Δήμοις·*

Ἱπποκράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες
Βληχητὰ τέκνα, κοὐδαμῶς τοῦ τρόπου.

At permirum est Periclem a Scholiasta illo inter Hippocratis filios referri: quam difficultatem sensit Fritzschius, qui ad Babylonios p. 42 *Λυσικλῆς* scribendum censet: immo vero Periclis nomen recte se habet, et de spurio magni illius Periclis filio accipiendum est: Telesippus autem et Demophon Hippocratis sunt filii: ipsa autem verba Eupolidis ita emendanda esse iudico:

Σοῦ θ' Ἱπποκράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες
Βληχητὰ τέκνα κοὐδαμῶς τοῦ σοῦ τρόπου.

nam non ipse Pericles haec dicit, sed Myronides, qui quidem rectissime Periclis et Hippocratis filios, quippe qui ingenio et moribus simillimi essent, affinitate autem coniunctissimi, componit. Hippocrates enim pater filius fuit Ariphronis, vid. Thucyd. IV. 66: *Ἱπποκράτην τε τὸν Ἀρίφρονος καὶ Δημοσθένην τὸν Ἀλκισθένους.* Ariphron porro Xanthippi filius, Periclis autem frater, vid. Plutarch. vit. Alcibiad. c. 1: *Τοῦ δ' Ἀλκιβιάδου Περικλῆς καὶ Ἀρίφρων οἱ Ξανθίππου προσήκοντες κατὰ γένος ἐπετρόπευον.* cf. Plato Protagor. p. 320 A: *Εἰ δὲ βούλει Κλεινίαν τὸν Ἀλκιβιάδου τουτουῒ νεώτερον ἀδελφὸν ἐπιτροπεύων ὁ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ Περικλῆς, δεδιὼς περὶ αὐτοῦ μὴ διαφθαρῇ δὴ ὑπὸ Ἀλκιβιάδου, ἀποσπάσας ἀπὸ τούτου ἐν Ἀρίφρονος ἐπαίδευε, καὶ πρὶν ἓξ μῆνας γεγονέναι ἀπέδωκε τούτῳ, οὐκ ἔχων ὅτι χρήσαιτο αὐτῷ.* Ariphron autem eiusque frater Pericles cum Alcibiade affinitate erant coniuncti, quoniam mater illorum Agariste soror fuit Megaclis, qui Alcibiadis fuit avus. Hoc enim, ut paucis defungar, stemma illius est familiae:



Apparet iam, quo nomine Hippocratis filii cum Pericle minore cognati fuerint. Hippocrates autem praetor fuit bello Peloponnesio Olymp. LXXXIX anno primo, qui quidem Megaram una cum Demosthene oppugnavit, vid. Thucyd. IV. 66: *Γνόντες δὲ οἱ τοῦ δήμου προστάται οὐ δυνατὸν τὸν δῆμον ἐσόμενον ὑπὸ τῶν κακῶν μετὰ σφῶν καρτερεῖν, ποιοῦνται λόγους δείσαντες πρὸς τοὺς τῶν Ἀθηναίων στρατηγούς, Ἱπποκράτην τε τὸν Ἀρίφρονος καὶ Δημοσθένην τὸν Ἀλκισθένους, βουλόμενοι ἐνδοῦναι τὴν πόλιν καὶ νομίζοντες ἐλάσσω σφίσι τὸν κίνδυνον ἢ τοὺς ἐκπεσόντας ὑπὸ σφῶν κατελθεῖν.* cf. ibid. c. 67. Cecidit deinde in funesto illo apud Delium proelio, vid. Thucyd. IV. 89: *Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος εὐθὺς ἀρχομένου, ὡς τῷ Ἱπποκράτει καὶ Δημοσθένει στρατηγοῖς οὖσιν Ἀθηναίων τὰ ἐν τοῖς Βοιωτοῖς ἐνεδίδοτο.* et quae sequuntur usque ad c. 101, ubi cum alia tum haec leguntur: *Ἀπέθανον δὲ Βοιωτῶν μὲν — Ἀθηναίων δὲ ὀλίγῳ ἐλάσσους χιλίων καὶ Ἱπποκράτης ὁ στρατηγός, ψιλῶν δὲ καὶ σκευοφόρων πολὺς ἀριθμός.* Cf. Diodor. XII. 69 et 70, Xenophon Memorab. III. 5, 4, Plutarchus vit. Niciae c. 6. Filios autem Hippocrates reliquit nondum adultos, sed malitia et stultitia maxime insignes, qui quidem cum sui iuris essent facti cum tutore acriter litigaverunt, cui Lysias orationem suppeditavit, qua ab istis calumniis se defenderet,

vid. Dionys. Halicarnass. T. V. p. 599, qui ex hac contra Hippocratis filios oratione insignem servavit particulam, ex qua illorum ingenium facile cognoveris: *Οὐχ ἱκανόν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοῖς ἐπιτρόποις ὅσα πράγματα διὰ τὴν ἐπιτροπὴν ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ διασώζοντες τὰς τῶν φίλων οὐσίας συκοφαντοῦνται ὑπὸ τῶν ὀρφανῶν πολλοί· ὅπερ κἀμοὶ νῦν συμβέβηκεν· ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, καταλειφθεὶς ἐπίτροπος τῶν Ἱπποκράτους χρημάτων, καὶ διαχειρίσας ὀρθῶς καὶ δικαίως τὴν οὐσίαν καὶ παραδοὺς τοῖς υἱοῖς δοκιμασθεῖσι τὰ χρήματα, ὧν ἐπίτροπος κατελείφθην, συκοφαντοῦμαι ὑπ' αὐτῶν ἀδίκως.* Comici poetae saepissime eorum stultitiam riserunt, vid. Athenaeus III. p. 96 E: *Μήτρα ἑξῆς ἐπεισηνέχθη, μητρόπολίς τις ὡς ἀληθῶς οὖσα καὶ μήτηρ τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν, οὓς εἰς ὑωδίαν κωμῳδουμένους οἶδα.* Et ita Aristophanes in Thesmophoriazusis v. 237:

ΕΥ. Ὄμνυμι τοίνυν αἰθέρ' οἴκησιν Διός.
ΜΝ. Τί μᾶλλον ἢ τὸν Ἱπποκράτους ξυνοικίαν;

ubi vid. Scholiasta; et similiter in aliis comoediis, quod testatur Suidas T. III. p. 514: *Τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν — οὗτοι ὡς ὑώδεις τινὲς καὶ ἀπαίδευτοι ἐκωμῳδοῦντο· καὶ τάχ' ἂν ἦσαν προκέφαλοί τινες, ὡς ἐν Γεωργοῖς φησι καὶ ἐν Τριφάλητι.* Apertissime vero in Nubibus v. 1000 stultitiam eorum notat:

Εἰ ταῦτ', ὦ μειράκιον, πείσει τούτῳ, νὴ τὸν Διόνυσον,
Τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις καί σε καλοῦσι Βλιτομάμμαν.

qui quidem versus plane confirmat id quod supra dixi Hippocratis et Periclis filios non solum propter generis propinquitatem, sed etiam propter morum similitudinem ab Eupolide compositos esse: nam illud ipsum *Βλιτομάμμαν* non caret ioco acerbo, sed Periclis filios notat, quos *Βλιτομάμμας* ludibrii causa vocatos esse testis est Scholiasta Platonis Alcibiad. I. p. 359: *Ξάνθιππος καὶ Πάραλος, οἱ Περικλέους υἱοί, οὓς καὶ Βλιτομάμμας ἐκάλουν, Βλίτται γὰρ καὶ Βλίττωνες οἱ εὐήθεις· μάμματα δὲ τὰ βρώματα· καὶ τὸ ἐσθίειν Ἀργεῖοι μαμμᾶν ἔλεγον· ἐκ τούτων οὖν σύνθετον ὁ Βλιτομάμμας ὁ ἐσθίων εὐήθως, ὡς καὶ Συκομάμμας ὁ συκοφάγος.* Ceterum, de Hippocratis filiis conferas etiam Photium p. 558, 17: *Σῦς· ὗς τοὺς Ἱπποκράτους υἱοὺς ἔλεγον καὶ τοὺς Παναιτίου καὶ Μέμνονος, εἰς ὑηνίαν κωμῳδοῦντες.* ubi cum Panaetii filii memorantur, videtur is Panaetius intelligendus esse, qui simia vocatus est a comicis: quem risit Aristophanes in Avibus v. 439:

Ἢν μὴ διάθωνταί γ' οἵδε διαθήκην ἐμοί,
Ἥνπερ ὁ πίθηκος τῇ γυναικὶ διέθετο,
Ὁ μαχαιροποιός, μήτε δάκνειν τούτους ἐμέ,
Μήτ' ὀρχίπεδ' ἕλκειν, μήτ' ὀρύττειν. ΧΟ. Οὔ τί που
Τόν; Οὐδαμῶς. ΠΕΙ. Οὐκ ἀλλὰ τὠφθαλμὼ λέγω.

ubi in scholiis praeter alia haec leguntur: *Ἔοικε δὲ Παναίτιον κωμῳδεῖν, ὃν καὶ ἐν Νήσοις·*

Καταλιπὼν Παναίτιον πίθηκον.

ἔνθα καὶ μαγείρου πατρὸς αὐτὸν λέγει· πίθηκον δὲ αὐτὸν εἶπε διὰ τὸ πανοῦργον. et alius interpres: Ὁ Παναίτιος μάγειρος καὶ μικροφυὴς ἦν. Διαβάλλει δὲ αὐτόν, ὡς καταλαβόντα τὴν γυναῖκα ἑαυτοῦ μοιχευομένην· ἐδυναστεύετο γὰρ ὑπ' αὐτῆς μεγάλης οὔσης μικροφυὴς αὐτὸς ὤν. Memnonis autem filios quos dicat penitus ignoro, nisi forte eius nomen restituendum est Photio p. 498, 10: Σαμιακὸν τρόπον· Κράτῖνος Ἀρχιλόχοις· εἰς συηνίαν ἐπισκώπτων Μέμνονα· ὑσὶ γὰρ ἐμφερεῖς εἶχε τὰς πρώρας τὰ τῶν Σαμίων πλοῖα, ὡς Χοιρίλος ὁ Σάμιος.

Ex Adulatoribus venustissimum fragmentum servavit Athenaeus VI. p. 236 E: Οἱ δ' ἀρχαῖοι ποιηταὶ τοὺς παρασίτους κόλακας ἐκάλουν, ἀφ' ὧν καὶ Εὔπολις τῷ δράματι τὴν ἐπιγραφὴν ἐποιήσατο, τὸν χορὸν τῶν κολάκων ποιήσας τάδε λέγοντα·

Ἀλλὰ δίαιταν ἣν ἔχουσ' οἱ κόλακες πρὸς ὑμᾶς
Λέξομεν· ἀλλ' ἀκούσαθ' ὡς ἐσμὲν ἅπαντες ἄνδρες
Κομψοί· ὅτοισι πρῶτα μὲν παῖς ἀκόλουθός ἐστιν
Ἀλλότριος τὰ πολλά, μικρὸν δέ τι κἀμὸς αὐτοῦ.
Ἱματίω δέ μοι δύ' ἐστὸν χαρίεντε τούτω,
Οἷν μεταλαμβάνων ἀεὶ θάτερον ἐξελαύνω
Εἰς ἀγοράν· ἐκεῖ δ' ἐπειδὰν κατίδω τιν' ἄνδρα
Ἠλίθιον, πλουτοῦντα δ', εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμί,
Κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ
Καὶ καταπλήττομαι, δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν.
Εἶτ' ἐπὶ δεῖπνον ἐρχόμεσθ' ἄλλυδις ἄλλος ἡμῶν
Μᾶζαν ἐπ' ἀλλόφυλον, οὗ δεῖ χαρίεντα πολλὰ
Τὸν κόλακ' εὐθέως λέγειν, ἢ 'κφέρεται θύραζε.
Οἶδα δ' Ἀκέστορ' αὐτὸ τὸν στιγματίαν παθόντα,
Σκῶμμα γὰρ εἶπ' ἀσελγές, εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς θύραζε
Ἐξαγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ.

Ita enim haec puto corrigenda esse, v. 2 legebatur ἐσμὲν ἅπαντες κομψοὶ ἄνδρες, quae transposui, nisi forte praestat: κομψοὶ ἅπαντές ἐσμεν ἄνδρες. Hermannus ἐσμὲν ἅπαντα κομψοὶ scripsit. v. 4 κἄμον libri, unde Hermannus κἀμόν, Porsonus τὸ κάμνον coniecit, scribendum erat κἀμός, quod sententia instituta flagitat, usitata autem satis est structura, uti Phrynichus in Poastriis apud Priscian. XVII. T. II. p. 71 ed. Krehl:

Ὥσπερ ἐμὸν αὐτῆς ἴδιον.

v. 8 Dindorfius recte εἰμὶ scripsit, cum vulgo legeretur εἶμι, quod quidem per se, modo tempus futurum conveniret, satis esset aptum, ita Aristophanes dixit similiter de viro populari, qui multitudinis auram captare studet, in Holcadibus Fr. VII:

Εἴ τις κολακεύει περιὼν καὶ τὰς κροκύδας ἀφαιρῶν.

v. 13 scripsi ἢ 'κφέρεται, vulgo ἢ φέρεται, quod minus usitatum. v. 14 de Acestore, quem notat tanquam hominem peregrina ignobilique origine famosum, vide quae supra dicta sunt p. 123.

Ex eadem chori adulatorum oratione petitos censeo illos quoque versus, quos ex Eupolide, fabulae quidem titulo non adscripto,

Scholiasta Aristophanis Nubb. v. 96 affert, ut demonstret Socratem ab Eupolide etiam gravius, quam ab Aristophane vexatum esse: *Ἔπειτα Εὔπολις, εἰ καὶ δι' ὀλίγων ἐμνήσθη Σωκράτους, μᾶλλον ἢ Ἀριστοφάνης ἐν ὅλαις ταῖς Νεφέλαις αὐτοῦ καθήψατο· οὐδὲν δὲ χεῖρον ὑπομνησθῆναι τῶν Εὐπόλιδος· Δεξάμενος δὲ Σωκράτης τὴν ἐπίδειξιν Στησιχόρου οἰνοχόην ἔκλεψεν· οἷον δ' ἦν, ὁρᾶν τὸν φιλόσοφον τὸ ἐν φανερῷ μάλιστα σκεῦος κατακείμενον κλέπτοντα καὶ ὑφαιρούμενον.* et v. 179: *Ὅμοιον τῷ ὑπὸ Εὐπόλιδος ῥηθέντι περὶ Σωκράτους·*

Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν
Οἰνοχόην ἔκλεψεν.

Hoc igitur modo chorus adulatorum de Socrate locutus erat:

Δεξάμενος δὲ Σωκράτης τὴν ἐπίδειξιν αὐτοῦ,
Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν οἰνοχόην ἔκλεψεν.

Ut ad hanc potissimum fabulam hos versiculos referam, non solum metri et sententiae similitudo suadet, sed etiam id, quod probabile est, Eupolin, uti ceteros philosophos nobiles, qui tunc Athenis versabantur, sic etiam Socratem, Calliae praesertim amicum et familiarem, tanquam hominis illius ditissimi adulatorem notavisse: itaque censeo etiam illud fragmentum, quod apud Olympiodorum ad Platonis Phaedon. 14 (apud Wyttenbach. p. 175) legitur, ad eandem hanc fabulam pertinere: *Ὁ γὰρ Εὔπολις φησὶ περὶ τοῦ Σωκράτους·*

Μισῶ δ' ἔγωγε Σωκράτην τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην,
Ὃς τἄλλα μὲν πεφρόντικεν,
Ὁπόθεν δὲ καταφαγεῖν ἔχοι, τούτου κατημέληκεν.

ita legendum, comparato Proclo apud Ruhnken. ad Xenoph. Memorab. I. 2. Versus dimeter interpositus versibus tetrametris catalecticis non poterit offensioni esse; similiter, ut videtur, alius quis comicus poeta apud Bekkerum in Anecd. T. I. p. 347, 9:

Γλῶττάν τέ σοι
Δίδωσιν ἐν δήμῳ φορεῖν καλῶν λόγων ἀεινων,
Ἧι πάντα κινήσεις λέγων.

Ceterum hanc potissimum Adulatorum comoediam videtur Lucianus respexisse, qui in Piscatore c. 25: *Καὶ πάλαι*, inquit, *ἔχαιρον Ἀριστοφάνει καὶ Εὐπόλιδι, Σωκράτην ἐπὶ χλευασίᾳ παράγουσιν ἐπὶ τὴν σκηνήν, καὶ κωμῳδοῦσιν ἀλλοκότους τινὰς περὶ αὐτοῦ κωμῳδίας.*

Eupolidis Maricam inter atque Aristophanis Equites summam similitudinem intercessisse, ex Aristophane ipso apparet, qui in Nubibus v. 553 eo crimine accusat Eupolidem, quod mala fraude, quae ipse callide invenerit, sibi surripuerit:

Οὗτοι δ' ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος,
Τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα·
Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
Ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους ἱππέας κακὸς κακῶς,
Προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην τοῦ κόρδακος οὕνεχ', ἣν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.

Quod crimen Eupolis in parabasi Baptarum ita diluere studuit, ut diceret se Aristophanem in Equitibus componendis adiuvisse:

Κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
Συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.

Atque etiam nunc, etsi ex paucis istius fabulae Eupolideae fragmentis aegre perspici potest, quae totius fabulae fuerit ratio, sunt tamen quae similitudinem istam prodant.

Comoediae huius chorus constitisse videtur ex Hyperboli sociis atque amicis, quantum quidem coniicere licet ex fragmento apud Plutarch. in vit. Niciae, ubi Maricas ipse haec dicit:

Ἠκούσατ', ὦ συνήλικες,
Ἐπ' αὐτοφώρῳ Νικίαν εἰλημμένον;

chori verba fuisse puto quae leguntur apud Scholiast. Aeschyl. Pers. v. 65:

Πεπέρακεν μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη Μαρικᾶς.

quae deflexa sunt ex Aeschyli versu illo:

Πεπέρακεν μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη βασίλειος
Στρατὸς εἰς ἀντίπορον γείτονα χώραν.

Sed Hyperbolus quo traiecisse dicatur, obscurum est: fortasse illo tempore trierarchus fuit, et chorus gaudet, quod Athenas fuerit reversus. Trierarchum autem aliquotiens fuisse coniicias ex Aristophane Thesmophoriaz. 836:

Εἰ δὲ δειλὸν καὶ πονηρὸν ἄνδρα τις τέκοι γυνή,
Ἢ τριήραρχον πονηρόν, ἢ κυβερνήτην κακόν,
Ὑστέραν αὐτὴν καθῆσθαι, σκάφιον ἀποκεκαρμένην,
Τῆς τὸν ἀνδρεῖον τεκούσης.

ubi Hyperbolum significari, non obscurum est, pergit enim:

Τῷ γὰρ εἰκός, ὦ πόλις,
Τὴν Ὑπερβόλου καθῆσθαι μητέρ' ἠμφιεσμένην
Λευκὰ καὶ κόμας καθεῖσαν πλησίον τῆς Λαμάχου.

sicut supra v. 833 intelligendus est Lamachus:

Χρῆν γάρ, ἡμῶν εἰ τέκοι τις ἄνδρα χρηστὸν τῇ πόλει
Ταξίαρχον ἢ στρατηγόν, λαμβάνειν τιμήν τινα.

Et apud Aristophanem in Equitibus v. 1300 Hyperbolus dicitur navium imperium poposcisse, quod haud dubie paulo ante illud tempus, quo docuit poeta Equites factum est:

Φασὶν ἀλλήλας ξυνελθεῖν τὰς τριήρεις εἰς λόγον,
Καὶ μίαν λέξαι τιν' αὐτῶν, ἥτις ἦν γεραιτέρα·
Οὐδὲ πυνθάνεσθε ταῦτ', ὦ παρθένοι, τἀν τῇ πόλει;
Φασὶν αἰτεῖσθαί τιν' ἡμῶν ἑκατὸν ἐς Καλχηδόνα
Ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὀξίνην Ὑπέρβολον.

Et huc fortasse referendum est, quod ex hac Eupolidis fabula affert Harpocration p. 174, 14: Ὅτι καὶ τοῖς τριηράρχοις παρείποντο ταμίαι, δεδήλωκεν Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ.

Ipsum autem Hyperbolum fecit inscitiam suam libere profitentem, ut Quintilianus prodit L. I. 10, 18: „Maricas, qui est Hyperbolus, nihil se ex musicis scire, nisi litteras, confitetur.“ Dixerat igitur:

Οὐδὲν μουσικῆς ἐπίσταμαι
Πλὴν γραμμάτων.

Prorsus ut Aristophaneus ille *ἀλλαντοπώλης*, in Equitibus v. 188:
Ἀλλ', ὦ 'γάθ', οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι
Πλὴν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς.

Ex eadem oratione Hyperboli illud quoque fragmentum depromtum est, quod legitur apud Scholiastam Platonis p. 379; cf. Bekk. Anecdot. T. I. p. 460, 13:
Καὶ πόλλ' ἔμαθον ἐν τοῖσι κουρείοις ἐγὼ
Ἀτόπως καθίζων, κοὐδὲ γιγνώσκειν δοκῶν.

Ita scribendum videtur pro vulgata lectione *καὶ πόλλ' ἀγάθ' ἐν τοῖς*. Illis enim locis Hyperbolus, ut erat homo infimae sortis, quandam prudentiam atque eloquentiam sibi comparaverat.

Comites suos Hyperbolus dimisisse videtur, ut aliquem quaererent tota urbe; illi redeuntes hunc versum dicunt:
Περιήλθομεν καὶ φῦλον ἀμφορεαφόρων.

quem versum, cum apud Suidam v. *Ἀμφορεαφόρος* corrupte legeretur: *Εὔπολις Μαρικᾷ· Καὶ περιήλθομεν καὶ φίλον ἀμφορέα φέρων*, vere emendavit Pierson ad Moerid. p. 63. Ab iisdem dictos puto illos versus, quos fabulae nomine neglecto servavit Pollux IX. 47: *Ἐν δὲ τῶν κοινῶν, βιβλιοθῆκαι, ἢ ὡς Εὔπολίς φησιν, οὗ τὰ βιβλία ὤνια. Καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ· οὕτω γὰρ τὸν τόπον, οὗ τὰ βιβλία, οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον· ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων, ὡς εἰ φαῖεν· Ἀπῆλθον εἰς τοὔψον καὶ εἰς τὸν οἶνον καὶ εἰς τοὔλαιον, καὶ εἰς τὰς χύτρας, καὶ κατὰ τὸν Εὔπολιν·*
Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα,
Καὶ τὸν λιβανωτόν, καὶ εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων,
Καὶ περὶ τὰ γέλγη.

Puto ego particulam illam versus hoc modo adnectendam esse:
Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα,
Καὶ τὸν λιβανωτόν, κεὐθὺ τῶν ἀρωμάτων,
Καὶ περὶ τὰ γέλγη, χοὗ τὰ βιβλί' ὤνια.

quae unus ex choro dicit: quamquam etiam scribi possit: *Περιήλθομεν.* apud Scholiastam Aristophanis Ran. v. 1095, qui primo versu utitur, legitur *περιῆλθεν. κεὐθὺ τῶν ἀρωμάτων* ita dictum est, ut apud Aristophanem in Equitibus v. 255:
Καὶ γὰρ οἶδε τὰς ὁδούς,
Ἅσπερ Εὐκράτης ἔφευγεν εὐθὺ τῶν κυρηβίων.

χοὗ τὰ βιβλί' ὤνια, ut ibidem v. 1248:
Ἐπὶ ταῖς πύλαισιν, οὗ τὸ τάριχος ὤνιον.

Quod si coniectura tentare velis, quemnam illi tanto studio quaesiverint, Nicias videtur intelligendus esse: nam ut Aristophanes in Equitibus Cleoni finxit adversarium esse *ἀλλαντοπώλην* quendam, ita Eupolis Hyperbolo videtur Niciam opposuisse: atque revera iam tum inter Hyperbolum atque Niciam videtur concertatio fuisse, quae postea magis magisque aucta est, ut Hyperbolus conaretur Niciam

populo invisum reddere, quo facillius illo in exilium misso, ipse civitatis habenas teneret. Plutarchus vit. Niciae c. 11: *Ὧν ἦν καὶ Ὑπέρβολος ὁ Περιθοΐδης, ἄνθρωπος ἀπ' οὐδεμιᾶς τολμῶν δυνάμεως, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ τολμᾶν εἰς δύναμιν προελθών, καὶ γενόμενος, δι' ἣν εἶχεν ἐν τῇ πόλει δόξαν, ἀδοξία τῆς πόλεως. Οὗτος ἐν τῷ τότε χρόνῳ τοῦ μὲν ὀστράκου πόῤῥω τιθέμενος ἑαυτόν, ἅτε δὴ τῷ κύφωνι μᾶλλον προσήκων, ἐλπίζων δὲ θατέρου τῶν ἀνδρῶν ἐκπεσόντος, αὐτὸς ἀντίπαλος τῷ λειπομένῳ γενέσθαι, καταφανὴς ἦν ἡδόμενός τε τῇ διαφορᾷ καὶ παροξύνων τὸν δῆμον ἐπ' ἀμφοτέρους.* cf. vit. Alcibiadis c. 13. Tandem repertus est, qui Hyperbolo diceret se vidisse Niciam; cuius scenae partem servavit Plutarchus vit. Niciae c. 4: *Ὁ δ' ὑπ' Εὐπόλιδος κωμῳδούμενος ἐν τῷ Μαρικᾷ, παράγων τινὰ τῶν ἀπραγμόνων καὶ πενήτων, λέγει·*

ΜΑ. Πόσου χρόνου γὰρ συγγεγένησαι Νικίᾳ;
Β. Οὐκ εἶδον, εἰ μὴ ̓ναγχος ἑστῶτ' ἐν ἀγορᾷ.
ΜΑ. Ἁνὴρ ὁμολογεῖ Νικίαν ἑορακέναι.
Β. Καί τοι τί μαθὼν ἂν εἶδον, εἰ μὴ προὐδίδου;
ΜΑ. Ἠκούσατ', ὦ συνήλικες,
Ἐπ' αὐτοφώρῳ Νικίαν εἰλημμένον.
Β. Ὑμεῖς γάρ, ὦ φρενοβλαβεῖς,
Λάβοιτ' ἂν ἄνδρ' ἄριστον ἐν κακῷ τινι;

Versu quarto scripsi *εἶδον* pro eo, quod vulgo legebatur *εἶδεν*: apparet enim eundem istum hominem pauperem loqui: quamquam sententia est subobscura: videtur autem ille *προὐδίδου* eo sensu dixisse, ut sit *ante dare:* nam ob hoc ipsum Plutarchus Eupolidis versibus utitur, ut demonstret Niciae erga cunctos liberalitatem: ita enim scribit: *Καὶ πλῆθος ἀνδραπόδων ἔτρεφεν αὐτόθι, καὶ τῆς οὐσίας ἐν ἀργυρίῳ τὸ πλεῖστον εἶχεν· ὅθεν οὐκ ὀλίγοι περὶ αὐτὸν ἦσαν αἰτοῦντες καὶ λαμβάνοντες· ἐδίδου γὰρ οὐχ ἧττον τοῖς κακῶς ποιεῖν δυναμένοις, ἢ τοῖς εὖ πάσχειν ἀξίοις. Καὶ ὅλως πρόσοδος ἦν αὐτοῦ τοῖς τε πονηροῖς ἡ δειλία, καὶ τοῖς χρηστοῖς ἡ φιλανθρωπία. Λαβεῖν δὲ περὶ τούτων μαρτυρίαν καὶ παρὰ τῶν κωμικῶν ἐστι.* Maricas autem illud verbum sensu vulgari *prodendi* accepit, et exclamat ista:

Ἠκούσατ', ὦ συνήλικες,
Ἐπ' αὐτοφώρῳ Νικίαν εἰλημμένον.

Postremo vero Hyperbolus videtur ab adversario superatus esse et populi gratia excidisse, prorsus ut Cleon apud Aristophanem: nam quem versum servavit Eustathius ad Homeri Iliad. II. p. 300, 48: *Ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς — τὸν παρὰ τῷ κωμικῷ Μαρικᾶν τὸ βάρβαρον ὄνομα διὰ τοῦ ντ κλιθῆναι λέγει, παραφέρων χρῆσιν ταύτην·*

Ἀλλ' οὖν ἔγωγέ σοι λέγω Μαρικᾶντα μὴ κολάζειν.

eum puto Niciam dicere, poenam deprecantem, quam Hyperbolo Populus voluit imponere: quod egregie convenit molli atque humano ingenio Niciae. Dignus est, qui comparetur Aristophanis locus in Equitibus v. 1396, ubi Demus ex Agoracrito quaerit, quam poenam commeritus sit Cleon:

Τὸν δὲ Παφλαγόνα
Ὅς ταῦτ' ἔδρασεν, εἴφ' ὅτι ποιήσεις κακόν;
cui ille respondet:
Οὐδὲν μέγ', ἀλλ' ἢ τὴν ἐμὴν ἕξει τέχνην.
Recte vero Meinekius illum versum tribuit Eupolidi, non recte Blomfieldus Aristophani, non satis, ut videtur, Eustathii verbis intellectis, qui hoc dicere vult, quem Comicus h. e. Aristophanes in Nubibus v. 555 *Μαρικᾶν* dicat, eum ab aliis dici *Μαρικᾶντα*. Alia quae de hac comoedia disseri possunt praetermitto.

Ut Comici ii, qui non unice plebis imperitae favorem iocis ineptis captabant, id praecipue spectaverunt, ut pravos Atheniensium mores castigarent atque emendarent, ita prae ceteris morbum illum gravissimum, quo tum res publica Atheniensium laborabat, cupiditatem dico rei iudicialis, perstringebant: quod Eupolim quoque fecisse in Prospaltiis ipsum fabulae nomen probabile reddit. Pagus enim Prospaltiorum hoc nomine fuit famosus, quod isti impense amarent iudicia; vid. Suidas T. I. p. 627: *Δρυαχαρνεῦ· δρύϊνε Ἀχαρνεῦ, ἀναίσθητε· ἐκωμῳδοῦντο γὰρ οἱ Ἀχαρνεῖς ὡς ἄγριοι καὶ σκληροί· Ποτάμιοι δέ, ὡς ῥαδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράφους, Θυμοιτάδαι καὶ Προσπάλτιοι ὡς δικαστικοί.* Consentaneum igitur est Eupolim iudicium aliquod in scena repraesentavisse, quod quale fuerit licet coniicere ex eo fragmento, quod servavit Athenaeus L. VII. p. 326 A: *Ὅταν δ' Εὔπολις ἐν Προσπαλτίοις λέγῃ·*
Μήτηρ τις αὐτῷ Θρᾷττα ταινιόπωλις ἦν.
ἐπὶ τῶν ὑφασμάτων λέγει καὶ τῶν ζωνῶν, αἷς αἱ γυναῖκες περιδέονται. Ex hoc enim versu apparet alicui litem peregrinitatis intentam esse: nihil autem illo tempore fuit frequentius, quam huius generis causae; in primis autem multis crimini vertebatur, quod Thressa matre fuerint nati. Sed ut ego opinor non finxit haec omnia poeta, sed certum quendam hominem respexit, cuius cupiditatem rei iudicialis rideret: nisi fallor scripta est haec fabula in Euthyphronem, cuius ex popularibus compositus fuerit comoediae chorus. Fuit enim hic Euthyphron Prospaltius, vid. Plato in Cratylo p. 396 D: *Καὶ αἰτιῶμαί γε, ὦ Ἑρμόγενες, μάλιστα αὐτὴν ἀπὸ Εὐθύφρονος τοῦ Προσπαλτίου προσπεπτωκέναι μοι.* Sed non solum origine, verum etiam ingenio fuit Prospaltius: patri enim ipse intendit litem, quod peregrina esset origine: qua lite ut desisteret, aegre eum permovit Socrates, sicut refert Diogenes Laertius II. 5, 29: *Εὐθύφρονα δὲ τῷ πατρὶ γραψάμενον ξενίας δίκην, περὶ ὁσίου τινὰ διαλεχθεὶς ἀπήγαγε.* Quale crimen cum nisi homo male sanus non posset coniicere in patrem, omnes Athenienses miratos esse Euthyphronis insaniam, consentaneum est: nec mirum, si quis comicus hoc argumento usus sit, ut monstraret Atheniensibus, quam perniciosa illa nimia cupiditas rei iudicialis esset. Quamquam aliter Plato in Euthyphrone rem narrat; dicit enim illum caedis litem intendisse patri: p. 4 A: *Ἔστι δὲ δή σοι, ὦ Εὐθύφρον, τίς ἡ δίκη; φεύγεις αὐτὴν*

ἢ διώκεις. ΕΥ. Διώκω. ΣΩ. Τίνα; ΕΥ. Ὃν διώκων αὖ δοκῶ μαίνεσθαι. ΣΩ. Τί δέ, πετόμενόν τινα διώκεις; ΕΥ. Πολλοῦ γε δεῖ πέτεσθαι, ὅς γε δὴ τυγχάνει ὢν εὖ μάλα πρεσβύτης. ΣΩ. Τίς οὗτος; ΕΥ. Ὁ ἐμὸς πατήρ. ΣΩ. Ὁ σός, ὦ βέλτιστε; ΕΥ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Ἔστι δὲ δὴ τί τὸ ἔγκλημα, καὶ τίνος ἡ δίκη; ΕΥ. Φόνου, ὦ Σώκρατες. Neque vero haec id comprobant, ea quae Diogenes narrat, ficta aut quod opinantur depravata esse: nam ille haec haud dubie ex alio quodam hausit, sed non ipse commentus est: fortasse narratio illa ex ipsa hac comici fabula est petita. Plato quidem illam litem Euthyphronem tradit intendisse patri eo tempore, quo Socrates a Meleto erat accusatus: ita ut Eupolis non potuerit Euthyphronem castigare propter istam insaniam, si vera essent ea, quae de tempore dicit Plato p. 2 A, ubi Euthyphron ita interrogat Socratem: Οὐ γάρ που καὶ σοι δίκη τις οὖσα τυγχάνει πρὸς τὸν βασιλέα, ὥσπερ ἐμοί. ΣΩ. Οὔ τοι δὴ Ἀθηναῖοί γε, ὦ Εὐθύφρον, δίκην αὐτὴν καλοῦσιν, ἀλλὰ γραφήν. ΕΥ. Τί φῄς; Γραφήν σέ τις, ὡς ἔοικε, γέγραπται. Οὐ γάρ που ἐκεῖνό γε καταγνώσομαι, ὡς σύ γε ἕτερον. ΣΩ. Οὐ γὰρ οὖν. ΕΥ. Ἀλλά σε ἄλλος; ΣΩ. Πάνυ γε. ΕΥ. Τίς οὗτος; ΣΩ. Οὐδ᾽ αὐτὸς πάνυ τι γιγνώσκω, ὦ Εὐθύφρον, τὸν ἄνδρα. Νέος γάρ τις μοι φαίνεται, καὶ ἀγνώς· ὀνομάζουσι μέντοι αὐτόν, ὡς ἐγῷμαι, Μέλητον· ἔστι δὲ τὸν δῆμον Πιτθεὺς εἴ τινα ἐν νῷ ἔχεις Πιτθέα Μέλητον, οἷον τετανότριχα, καὶ οὐ πάνυ εὐγένειον, ἐπίγρυπον δέ. et quae seq. Verum satis superque notum est, quam parum Plato curam temporum rationis habuerit: ut nihil obstet, quominus illam litigationem aliquanto ante accidisse statuamus. Unum autem fragmentum est, ex quo coniicere possis, quo fere tempore docta sit fabula: Aristophanes enim in parabasi editionis alterius Nubium, ubi graviter et severe aequales poetas, iniuria ipsi non semel praelatos, castigat, quod frigidis et ineptis iocis populum delectare studeant, haec dicit v. 538:

Ὡς δὲ σώφρων ἐστὶ φύσει σκέψασθ᾽· ἥτις πρῶτα μὲν
Οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκύτινον καθειμένον,
Ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχύ, τοῖς παιδίοις ἵν᾽ ᾖ γέλως,
Οὐδ᾽ ἔσκωψε τοὺς φαλακροὺς, οὐδὲ κόρδαχ᾽ εἵλκυσεν,
Οὐδὲ πρεσβύτης ὁ λέγων τἄπη τῇ βακτηρίᾳ
Τύπτει τὸν παρόντ᾽, ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα.

His ultimis versibus tangi Eupolim notavit Scholiasta: ὡς Εὔπολις ἐν τοῖς Προσπαλτίοις. nam quae alius Scholiasta de Hermippo eiusque actore Simermone dicit, ea male huc tralata sunt. Senex iste, quem frigidis iocis ludentem fecit poeta, fortasse fuit Euthyphronis pater. Quod si Aristophanes his versibus Prospaltios Eupolidis notavit, necesse est haec fabula ante sit scripta, quam Aristophanes Nubium parabasim retractaverit. Aristophanem autem non alius cuiusdam poetae comoediam respicere, sed Eupolidis Prospaltios, mihi persuasissimum est: nam alio quoque testimonio confirmatum est aliquem in hac fabula ineptiis et Megaricis iocis usum esse; ad Aristophanis enim versus in Vespis 56:

Μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα,
Μηδ' αὖ γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον.

Scholiasta haec notavit: *Ὡς τῶν Μεγαρέων γελώντων καὶ ἄλλως φορτικῶς γελοιαζόντων· Εὔπολις Προσπαλτίοις·*

Τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν σφόδρα.

Permirum autem est hunc Eupolidis versum reperiri in Myrtili fragmento apud Aspasium ad Aristotelis Ethic. Nicomach. IV. 2: ubi de purpureis stragulis disserens, quibus Megarensium comoedia utebatur, alienissimo loco haec affert: *Μυρτίλος ἐν τιτανόπαισι τό, δεινῆς ἀκούεις ἡράκλεις. Τουτέστι σοὶ τὸ σκῶμμα ἀσελγὲς καὶ μεγαρικὸν καὶ σφόδρα ψυχρὸν γελᾶς, ὁρᾶν τὰ παιδία.* quae magis etiam perturbata sunt in versione latina, ubi pars fragmenti Myrtilo, pars Aristophani tribuitur: „Quos quidem taxans Myrtilus in ea fabula, quam Titanum filios inscripsit, ita inquit: Graviter audis Hercules: Hoc est tibi dicterium petulans ac Megaricum. Item Aristophanes in Vespis: Et frigide admodum inrides: puerulos adspicis: debetis exspectare nunc nil maximum A me, nec ut de Megarico huc risum afferam Raptum solo ad vos." Ego vero potius Aspasio, cuius locus est perturbatissimus, quam Scholiastae Aristophanis derogaverim fidem, omniaque haec Eupolidi tribuenda censeo: ita autem hi versus sunt constituendi:

Δεινῶς ἀκούεις· Ἡράκλεις, τοῦτ' ἔστι σοι
Τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικόν, καὶ σφόδρα
Ψυχρὸν γελᾷς· γελῶσ', ὁρᾷς, τὰ παιδία.

quibus versibus aliquis frigidos istos iocos senis illius in Prospaltiis reprehendit: neque enim Herculem alloquitur, sed *Ἡράκλεις* est: mehercle. *Ψυχρὸν γελᾷς* autem dictum est pro *γελοιάζεις*. verba *γελῶσ', ὁρᾷς, τὰ παιδία* sunt ad spectatores referenda, sicut illud in Nubibus Aristophanis:

Τοῖς παιδίοις ἵν' ᾖ γέλως.

Iam vero etiam Myrtili versum attulisse Aspasium, necesse est: eum autem delitescere puto in his verbis: *Ἀλλὰ καὶ Ἐκφαντίδης παλαιότατος τῶν ἀρχαίων ποιητὴς φησί· μεγαρικῆς κωμῳδίας ᾆσμα διειμανα ἰσχύνομαι τὸ δρᾶμα μεγαρικὸν ποιεῖν.* Facile enim apparet haec ex duobus diversis fragmentis esse conflata: Ecphantidis haec fuerunt verba:

Μεγαρικῆς κωμῳδίας.
Ἆισμ' οὐκ ἂν ᾄδοιμ(ι).

Myrtili in Titanopanibus:

Ἠισχυνόμην (sive *αἰσχύνομαι*) *τὸ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν.*

Censeo autem Eupolin in hac fabula propius ad morem antiquae illius Megaricae comoediae accessisse, ad cuius similitudinem Aristophanes quoque in prima quae quidem superest comoedia, in Acharnensibus se accommodavit; suntque in aliis quoque fabulis non obscura quaedam vestigia, de qua re suo loco dicetur accuratius. Eupolis vero, qui invitus, ut videtur, multitudinis arbitrio cessit Megaricaeque comoediae speciem quandam instauravit, ipse se ca-

stigat illis versibus: non tamen effugit aemulorum poetarum severam castigationem.

Euthyphronis autem puto esse verba, quae leguntur apud Priscianum XVIII. T. II. p. 214:

Τί καταχροᾶσαί μου τα μουσοδονήματα;

Ita enim scribendum puto (nisi forte praeferas *καταχροᾶσθε*), vulgo legitur *καταχροᾶσθαι*, Putschius *καταχροᾶται*, Codex Monac.: *ΚΑΤΑΚΡΟΑΣΘΑΙ*. *καταχροᾶσαι* etsi ab Atticistis est improbatum, tamen non est prorsus reiiciendum. Antiatticista Bekkeri Anecdot. T. I. p. 77, 25: *Ἀκροᾶσαι σύ· ἀντὶ τοῦ ἀκροᾷ ἢ ἀκούεις.* Nec dissimile est, quod ibidem legitur p. 98, 28: *Ἠκροᾶσο· ἀντὶ τοῦ ἠκροῶ· Ἀντιφάνης Ἐπιδαύρῳ.* Haec autem egregie cum Euthyphronis ingenio conveniunt; quemadmodum Plato describit in Cratylo p. 396 D: *ΕΡΜ. Καὶ μὲν δή, ὦ Σώκρατες, ἀτεχνῶς γέ μοι δοκεῖς ὥσπερ οἱ ἐνθουσιῶντες ἐξαίφνης χρησμῳδεῖν. ΣΩ. Καὶ αἰτιῶμαί γε, ὦ Ἑρμόγενες, μάλιστα αὐτὴν ἀπὸ Εὐθύφρονος τοῦ Προσπαλτίου προσπεπτωκέναι μοι. Ἕωθεν γὰρ πολλὰ αὐτῷ συνῆν καὶ παρεῖχον τὰ ὦτα· κινδυνεύει οὖν ἐνθουσιῶν οὐ μόνον τὰ ὦτά μου ἐμπλῆσαι τῆς δαιμονίας σοφίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς ἐπειλῆφθαι.* Cf. etiam ibid. p. 399 A: *Τῇ τοῦ Εὐθύφρονος ἐπιπνοίᾳ πιστεύεις, ὡς ἔοικας.* et p. 408 D, quamquam haec subobscura sunt: *Περὶ δὲ ἄλλων εἴ τινων βούλει, πρόβαλλέ μοι, ὄφρα ἴδηαι, οἷοι Εὐθύφρονος ἵπποι.* et inprimis p. 409 D: *Τὸ πῦρ ἀπορῶ, καὶ κινδυνεύει ἤτοι ἡ τοῦ Εὐθύφρονός με μοῦσα ἐπιλελοιπέναι, ἢ τοῦτό τι παγχάλεπον εἶναι.* Euthyphron ipse dicit se ab Atheniensibus pro insano haberi in Platonis dialogo cognomine p. 3 B: *Καὶ ἐμοῦ γάρ τοι, ὅταν τι λέγω ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περὶ τῶν θείων, προλέγων αὐτοῖς τὰ μέλλοντα, καταγελῶσιν ὡς μαινομένου.* et quodammodo etiam p. 4 A: *Ὃν διώκων αὖ δοκῶ, μαίνεσθαι.* Conferas Eusebium Praeparat. Evangel. XIII. p. 651 A: *Τὸν Εὐθύφρονα, ὄντα ἄνδρα ἀλαζόνα καὶ κοάλεμον.*

Eupolidis ex Taxiarchis fragmentum servavit Athenaeus IV. p. 170 D: *Ἐπιφαγεῖν δ' Εὔπολις Ταξιάρχοις·*

Ἐπιφαγεῖν
Μηδὲν ἄλλ' ἢ κρόμμυον βλέποντα καὶ τρεῖς ἁλμάδας.

Ferri nequit *κρόμμυον βλέποντα*: nam *κρόμμυον βλέπει* dicitur de eo, qui est vultu tristi et severo, at quis tandem *τρεῖς ἁλμάδας βλέπειν* dicere ausus est, et quid tandem illud *ἐπιφαγεῖν* isto loco sibi vult? Scripserat Eupolis:

Ἐπιφαγεῖν
Μηδὲν ἄλλ' ἢ κρόμμυον λέποντα καὶ τρεῖς ἁλμάδας.

λέπειν est corticem detrahere Haec autem videntur de Phormione dici, qui parce ac frugaliter vitam degebat: *κρόμμυα* autem milites praecipue comedebant, vid. Aristophanes in Equitibus v. 600:

Ὡς δ' εἰς τὰς ἱππαγωγοὺς εἰσεπήδων ἀνδρικῶς,
Πριάμενοι κώθωνας, οἱ δὲ καὶ σκόροδα καὶ κρόμμυα.

Phormionis autem hac in fabula partes fuisse docet Pollux X. 102: *Ἐν γὰρ Ταξιάρχοις Εὐπόλιδος τοῦ Φορμίωνος εἰπόντος·*

Οὐκοῦν περιγράψεις ὅσον ἐναριστᾶν κύκλον;
ἀποκρίνεται·
Τί δ' ἔστιν; εἰς ὥμιλλαν ἀριστήσομεν;
Ἢ κόψομεν τὴν μᾶζαν ὥσπερ ὄρτυγα.

et doctum illud scholion Aristoph. Pac. v. 348: *Διὸ καὶ στιβάδας εἶπε Φορμίωνος· οἱ γὰρ τὰ πολεμικὰ ἐξασκησάμενοι ὑπὸ γυμνασίων καὶ πόνων εἰώθασι χαμαικοιτεῖν· καὶ Διονύσιος ἐν Ταξιάρχοις παρ' Εὐπόλιδι μανθάνων παρὰ τῷ Φορμίωνι τοὺς τῶν στρατηγῶν καὶ πολέμων νόμους φησίν·*

Ὡς οὐκέτ' ἂν
. . *φάγοιμι, στιβάδας ἐξ ὅτου ἔφαγον.*

ita ista sunt legenda, sed non vacat de his accuratius disserere, illud tantum adiicio in sequentibus ista esse restituenda: *ἀτιμωθεὶς δὲ τῷ μὴ δύνασθαι τὰς ρ' μνᾶς τῆς εὐθύνης ἀποδοῦναι.* et rursus *ἀπεμίσθωσεν αὐτὸν τῶν ρ' μνῶν τῷ Διονυσίῳ, ὡς Ἀνδροτίων ἐν γ' Ἀττικῶν.* et infra: *ὁ δὲ δεύτερος ἦν κωφός, μέμνηται Στράττις Ἀταλάντῃ· τρίτος μοιχός· Κρατῖνος.*

Ex Eupolidis fabula illa, quae dicitur *Χρυσοῦν γένος*, fragmentum affert Hephaestio p. 109, idemque legitur apud Priscianum c. 1330, qui deinde ita pergit: „Idem *ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν πῶς οὖν οὐκ ἂν τις ὅμιλον χαίροι τοι αἵδε πόλεις ἣν ἔξεστι πάνυ δ' ἐν τῷ κακῷ γε τὴν ἰδέαν.*" Nisi prorsus fallor, utrumque fragmentum in unum coniungendum est: hoc autem modo scribendum videtur:

Ὦ καλλίστη πόλι πασῶν, ὅσας Κλέων ἐφορᾷ,
Ὡς εὐδαίμων. πρότερόν γ' ἦσθα, νῦν δὲ μᾶλλον ἔσει,
Εἰ δεῖ πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν.
Πῶς οὖν οὐκ ἂν τις ὁμιλῶν χαίροι τοιᾷδε πόλει,
Ἵν' ἔξεστιν πάνυ λεπτῷ κακῷ τε τὴν ἰδέαν. —

Apparet hanc fabulam illo tempore esse scriptam, quo Cleonis potentia summa fuit, hoc est non ita multo post expugnationem Pyli. Cum primo versu comparaveris versum, quem ex nescio quo comico affert Athenaeus l. I. p. 20 B: *Προσέτι τε*

Τὴν λαμπροτάτην πόλεων πασῶν, ὁπόσας ὁ Ζεὺς ἀναφαίνει.

τὰς Ἀθήνας λέγω. Versu 2 scripsi pro *πρότερόν τ' ἦσθα, πρότερόν γ' ἦσθα* ex Prisciano, apud quem legitur: *πρότερόν γε σὺ νῦν τε μᾶλλον ἔσει.* Versu 3 scripsi *εἰ δεῖ* pro eo, quod legitur *ἔδει.* Ceterum ad hanc fabulam fortasse etiam referendus est versus apud Lucianum in libello, quem inscripsit: *Πρὸς τὸν εἰπόντα, Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις*, c. 2: *Ὥστε μοι ἐνθυμεῖσθαι ἔπεισι, μὴ ἄρα οὕτω με Προμηθέα λέγοις εἶναι, ὡς ὁ Κωμικὸς τὸν Κλέωνά φησιν, οἶσθα περὶ αὐτοῦ·*

Κλέων Προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα.

Acerbe autem ita notavit Cleonem, qui victoriam a Nicia et Demosthene iam dudum praeparatam sibi vindicavit. Ex eadem fabula petitum puto illud quoque fragmentum, quod legitur apud Moeridem p. 417: *Χαίρειν ἐν ἐπιστολῇ πρῶτος λέγεται γράψαι*

Κλέων Ἀθηναίοις, μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν Πύλον. Ἔνθεν καὶ τὸν Κωμικὸν ἐπισκώπτοντα εἰπεῖν·

Πρῶτος γὰρ ἡμᾶς, ὦ Κλέων
Χαίρειν προσεῖπας, πολλὰ λυπῶν τὴν πόλιν.

Nam hos versus Eupolidis esse non dubito, idemque perspexit Fritzschius, qui eiusdem argumentis usus haec ad me scripsit: „In aliqua fabula Eupolidis (non in Maricante, ubi Cleon iam mortuus erat) Cleon acerbe exagitatus erat, ipseque in scenam prodierat. Lucian. Prometheus I. 2: *ὡς ὁ Κωμικὸς* (Eupolis, ut refert Scholiasta) *Κλέων Προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα.* — Suidas v. *Χαίρειν* — *Πρῶτον δὲ Κλέωνά φησιν Εὔβουλος ὁ κωμικὸς οὕτως ἐπιστεῖλαι τοῖς Ἀθηναίοις ἀπὸ Σφακτηρίας, ἐφ' ᾧ καὶ ὑπερησθῆναι,* (scil. *τοὺς Ἀθηναίους* male interpres) *ἀγνοῶν, ὅτι καὶ οἱ παλαιοὶ ἐχρῶντο.* Incredibile est Eubulum hoc dixisse. Cur enim Eubulus potissimum, mediae comoediae poeta, rem tam veterem resuscitaret? Ex ipsius vero comici versibus apparet, Cleonem tum in scenam progressum esse. Id vero ridiculum fuerit de Eubulo dicere. Certo scribendum est: *Εὔπολις ὁ κωμικός.* Versus servarunt Moeris p. 418 et inde satis corrupte Thomas M. p. 398 B. *ἔνθεν καὶ τὸν κωμικὸν ἐπισκώπτοντα εἰπεῖν·*

Πρῶτος γὰρ ἡμᾶς, ὦ Κλέων,
Χαίρειν προσεῖπας, πολλὰ λυπῶν τὴν πόλιν.

Adde *τὸν κωμικόν*, novum argumentum pro Eupolide. Nam *ὁ κωμικὸς* saepissime est Aristophanes, haud raro Menander, interdum vero etiam Eupolis (Lucian. supra et Nigrin. c. 7), at Eubulus plane nusquam, ne semel quidem, nec mirum ut in comico minus nobili. Ad rem ipsam veniamus: Suidas igitur hic non dubitat hunc Comicum erroris mendacii inscitiaeque arguere, itaque etiam Schol. Nub. 609, qui tamen ipsi quoque memoriam illam de Cleone, primo inventore, habent. At quomodo tandem falli poterat Eupolis? Ne Lucianus quidem pro lapsu in salut. c. 3 vel Dionysius apud Scholiast. Aristoph. Plut. v. 322 (ubi est *Κλέων Ἀθηναίων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν,*) errare poterant. Nempe res ita se habet; *χαῖρε, χαίρειν, χαίρειν λέγω* vulgo a Graecis in salutando iam multo ante belli Peloponnesii tempus usurpatum est, verum nunquam id admiserant ante Cleonem imperatores Atheniensium in litteris publice ad populum datis. Optime quid rei esset intellexerat Lucianus l. l. *Ἐν ἐπιστολῆς δὲ ἀρχῇ Κλέων ὁ Ἀθηναίων δημαγωγὸς ἀπὸ Σφακτηρίας πρῶτον χαίρειν προὔθηκεν, εὐαγγελιζόμενος τὴν νίκην τὴν ἐκεῖθεν καὶ τὴν τῶν Σπαρτιατῶν ἅλωσιν· καὶ ὅμως γε μετ' ἐκεῖνον ὁ Νικίας ἀπὸ Σικελίας ἀποστέλλων ἐν τῷ ἀρχαίῳ τῶν ἐπιστολῶν διέμεινεν, ἀπ' αὐτῶν ἀρξάμενος τῶν πραγμάτων.* Vides hic Cleonem Niciae opponi, imperatorem imperatori: ac verissima sunt quae de Nicia tradidit, ut uno exemplo cognovimus, Thucydidis VII. 10: ibi epistola quaedam Niciae ab his verbis incipit: *Τὰ μὲν πρότερον πραχθέντα, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐν ἄλλαις πολλαῖς ἐπιστολαῖς ἴστε, νῦν δέ.* — Ceterum Suidae verba *ἐφ' ᾧ ὑπερησθῆναι* sumta sunt ex

eodem loco Eupolidis vanitatem Atheniensium irridentis. Ista vanitate Atheniensium callide uti sciebant legati aliorum civitatum, vid. Aristoph. Acharn. 608—616. Videtur autem Eupolis haec dixisse in dramate paulo post Sphacteriae expugnationem dato neque exspectasse dum res vetustate ipsa refrixisset. Quid quod tribus quatuorve annis post illam expugnationem Cleon in Thracia cecidit, qui vivit in fragmento? Omnino talia multum iactari solent, recente eorum memoria, mox vero penitus in oblivionem abeunt. Et credemus Suidae de Eubulo?" Eubuli et Eupolidis nomina etiam alibi confusa, vide quae dixi in Zimmermanni Annalibus 1837 Nr. 5, quod praeoccupavit Meinekius Quaest. Scen. Sp. III. p. 23. Athenienses autem illo ipso tempore, quo Cleo necopinato victoriam illam de Spartanis reportaverat, nimia laetitia gestientes iam summam felicitatem aureamque quasi aetatem restitutam iri volucri spe agitati opinabantur, itaque Eupolis hanc comoediam *Χρυσοῦν γένος* inscripsit chorumque ex Cyclopibus composuit, quod cognoscimus ex Scholiasta Platonis p. 320: *Εὔπολις Χρυσῷ γένει ἐπὶ τὴν ἐκ Κυκλώπων κατάκλισιν τοὔνομα οὕτως φησίν·*

Ἐπί τ' εἴσειμ' ἐνθάδε μείνας
Εἰς ὥμιλλαν, κἂν μὴ μετίῃς.

Ita enim haec corrigenda sunt. Cyclopes autem induxit, quoniam fama antiquitus tradita fuit, olim Cyclopas homines probos et pios, eosdem artium solertissimos auctores, terram incoluisse vitamque simplicem quidem, sed beatam et honestam degisse: quam antiquam famam etiam Homerus sequitur Odyss. VIII. v. 202, ubi Alcinous Phaeacas pariter atque Cyclopas Deorum consortio frui gloriatur·

Αἰεὶ γὰρ τὸ πάρος γε θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς
Ἡμῖν, εὖτ' ἔρδωμεν ἀγακλειτὰς ἑκατόμβας,
Δαίνυνταί τε παρ' ἄμμι καθήμενοι, ἔνθαπερ ἡμεῖς.
Εἰ δ' ἄρα τις καὶ μοῦνος ἰὼν ξύμβληται ὁδίτης,
Οὔτι κατακρύπτουσιν· ἐπεί σφισιν ἐγγύθεν εἰμέν,
Ὥσπερ Κύκλωπές τε καὶ ἄγρια φῦλα Γιγάντων.

Propter pietatem enim proxime ad Deos accedere credebantur: iidem vero artium plurimarum peritissimi habebantur, itaque ingentes illas moles atque moenia antiquitate insignia ad Cyclopes referebant, unde Tyrtaeus III. 3:

Οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε,
Νικῴη δὲ θέων Θρηΐκιον Βορέαν.

Itaque etiam *χειρογάστορες* sunt appellati, vid. Scholiast. Aristidis T. III. p. 408 ed. Dindf.: *Τὸ γὰρ Κυκλωπείων ἐπὶ προθύρων σημαίνει τὸ Ἄργος, ἐπειδήπερ οἱ Κύκλωπες ἐξ ἀρχῆς ἐτείχισαν τὸ Ἄργος οἱ καλούμενοι χειρογάστορες, παρὰ τὸ ἐκ τῶν χειρῶν ζῆν· τρία γὰρ γένη φασὶν εἶναι Κυκλώπων, τοὺς κατὰ τὸν Ὀδυσσέα, Σικελοὺς ὄντας, καὶ τούτους τοὺς χειρογάστορας καὶ τοὺς καλουμένους οὐρανίους.* Quamquam ille quidem non recte Homeri illos Cyclopes ab his distinguit. Namque Cyclopum gens fuit antiquissima, quae quamdiu naturam ducem sequebatur, deos pio animo colebat,

etiam rerum omnium copia et abundantia usa est, corporis autem robore maxime insignis erat: sed post, ubi a deorum consortio se segregavit, a prisca pietate descivit, iam simplicitas illa in superbiam conversa est animique pariter atque corporis viribus abutebantur: itaque divina tandem providentia instituit, penitus ut exstinguerentur et evanescerent: quare etiam recentior fama Cyclopas tanquam efferatos et impios homines exhibet, ut est apud Homerum in Odyssea IX. 106, quamquam ibi quoque antiquae memoriae quaedam vestigia supersunt, uti illud quod terra omnia sua sponte efferre perhibetur:

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων,
Ἱκόμεθ', οἵ ῥα θεοῖσιν πεποιθότες ἀθανάτοισιν,
Οὔτε φυτεύουσιν χερσὶν φυτόν, οὔτ' ἀρόωσιν.
Ἀλλὰ τάγ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται,
Πυροὶ καὶ κριθαὶ ἠδ' ἄμπελοι, αἵτε φέρουσιν
Οἶνον ἐριστάφυλον, καί σφιν Διὸς ὄμβρος ἀέξει·
Τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι οὔτε θέμιστες,
Ἀλλ' οἵ γ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα
Ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι· θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
Παίδων ἠδ' ἀλόχων, οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσιν.

Sed Eupolis quo modo hac fabula usus sit ad propositam sententiam conformandam, nolo accuratius persequi; illud addo, alios quoque comicos poetas eandem imaginem exhibuisse, uti Calliam in Cyclopibus, in Chirogastoribus Nicophontem.

Egregium elegantissimumque Eupolidis fragmentum est apud Stobaeum III. p. 31, quod quidem ita constituendum est:

Ἀλλ' ἀκούετ', ὦ θεαταί, τἀμὰ καὶ ξυνίετε
Ῥήματ'· εὐθὺ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πρῶτον ἀπολογήσομαι,
Ὅ τι μαθόντες τοὺς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφούς,
Ἢν δέ τις τῶν ἐνθάδ', αὐτῶν μηδὲ ἓν χεῖρον φρονῶν,
Ἐπιτίθηται τῇ ποιήσει, πάνυ δοκεῖ κακῶς φρονεῖν,
Μαίνεταί τε καὶ παραρρεῖ τῶν φρενῶν τῷ σῷ λόγῳ.
Ἀλλ' ἐμοὶ πείθεσθε· πάντως μεταβαλόντες τοὺς τρόπους,
Μὴ φθονεῖθ', ὅταν τις ἡμῶν μουσικῇ χαίρῃ νέων.

V. 1 scripsi *ὅ, τι*, male vulgo *ὅτι* legitur; v. 4 *αὐτῶν* ex edit. Gesneri restitui, ut ad peregrinos poetas referatur: non recte Dobraeus et Reisigius *ἐνθάδ' αὐτοῦ* scripserunt; certe tunc cum Meinekio *μηδενὸς χεῖρον φρονῶν* scribendum esset. v. 8 scripsi *φθονεῖθ'* et *ἡμῶν*, vulgo *φθονεῖσθ'* et *ὑμῶν* editum est. Versu autem sexto poeta subito se convertit ad alium quem, comicum ut videtur poetam, quem iniuria a iudicibus nuper sibi praelatum esse conqueritur, cum ipse satis certo sperasset, se victoriam reportaturum esse: histrio igitur digitum in hunc intendens dixit:

Μαίνεταί τε καὶ παραρρεῖ τῶν φρενῶν τῷ σῷ λόγῳ.

Quicunque autem ille fuit poeta, non ignobilis fuerit comicus necesse est: poterit fortasse quispiam de Phrynicho cogitare, quem tanquam hominem peregrinum ab aemulis exagitatum esse cognovimus e

testimonio Scholiastae Aristoph. Ran. v. 13: *Κωμῳδεῖται δὲ (ὁ Φρύνιχος) ὡς ξένος καὶ ἐπὶ φαυλότητι ποιημάτων, καὶ ὡς ἀλλότρια λέγων καὶ ὡς κακόμετρα.* Verum Eupolis Aristophanem potius hoc versu videtur notavisse, quem in peregrinitatis crimen adductum esse constans antiquitatis fama tradidit, de qua re dixit copiose amicissimus Rankius Prolegg. p. CCI. seqq. diceturque a me alio loco. Quod crimen sive falso sive vere fuit divulgatum, comico certe poetae licuit hoc crimine contra adversarium uti. Illo enim tempore Athenis cum duo comici Eupolis et Aristophanes praeter ceteros arte ingenioque eminerent, hi ceteros quidem longe infra se positos esse existimaverunt neque lacessere iniuria dignati sunt, sed ipsi inter se summo studio concertaverunt, uter utrum superaret: facile enim studiorum aemulatio parit odium: videturque Aristophanes non semel Eupolidi praelatus esse, sicut, cum Aristophanes Acharnensibus doctis reportasset victoriam, Eupolis tertium tulit praemium: ita ut haud iniuria potuerit conqueri, quod peregrinus iste poeta sibi germano Atheniensi iudicum malitia, spectatorum inscitia fuerit antepositus. Neque vero illud mirum est aut insolens, quod Eupolis in alium quendam poetam inter spectatores sedentem invectus, illum digito monstrari fecit ab histrione: ita, ut uno exemplo utar, Aristophanes in Ranis v. 308 dixit:

Ὁδὶ δὲ δείσας ὑπερεπυρρίασέ μου.

Calliam ille quidem, Bacchi sacerdotem ridens, qui fortasse certam quandam ac peculiarem in theatro sedem occupabat.

Quod ex Eupolide affert Phrynichus in Bekkeri Anecdotis T. I. p. 5, 13: *Ἀπιστίαν βλέπει· Εὔπολις· σημαίνει τὸν ἀπιστότατον,* id ut ego coniicio facili negotio redintegrare licet: nam quae eadem pagina paulo superius poetae nomine non adiecto leguntur: *Ἄνθρωπος ἀποφράς· ἀποφράδες ἡμέραι, καθ' ἃς ἀπηγορεύετό τι πράττειν, σημαίνει οὖν τὸν οἷον ἀπαίσιον καὶ ἔξεδρον καὶ ἐπάρατον ἄνθρωπον·*

Συνέτυχεν ἐξιόντι μοι
Ἄνθρωπος ἀποφρὰς καὶ βλέπων ἀπιστίαν.

ea inquam ex comico aliquo depromta esse apparet, neque dubito, quin ad Eupolin sint referenda. Licet eodem pacto etiam alia poetarum fragmenta supplere. Ita legitur apud Antiatticistam in Bekkeri Anecdotis T. I. p. 107, 1: *Λογάρια· ὑποκοριστικῶς·*

Λογάριά μοι λέγει.

Φαίδων Ζωπύρῳ. Non puto haec verba ex Phaedonis Zopyro esse, sed comico poetae tribuo, quem Aristophanem fuisse suspicor. Suidas enim dicit: *Λογάρια· οἱ λόγοι· Ἀριστοφάνης.* Ita igitur ille grammaticus scripsisse videtur. *Λογάρια· ὑποκοριστικῶς· Ἀριστοφάνης·*

Λογάριά μοι λέγει.

Φαίδων Ζωπύρῳ. Similis error in eodem Antiatticista accidit p. 81, 4: *Ἀγκυρίσαι· ἐπὶ τοῦ παλαίσματος·*

Ἀγκυρίσας ἔῤῥηξεν.

Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν. Verum ibi non haec verba leguntur, sed diversa prorsus v. 261:

Κἄν τιν' αὐτῶν γνῷς ἀπράγμον' ὄντα καὶ κεχηνότα,
Καταγαγὼν ἐκ Χερρονήσου διαλαβὼν ἠγκύρισας.

At ibi Eupolidis nomen excidisse puto, siquidem alius Grammaticus ibid. T. I. p. 327, 10 haec exhibet: *Ἀγκυρίσας· κάμψας τὸν πόδα· σχῆμα δέ ἐστι παλαιστρικόν· Εὔπολις Ταξιάρχαις.*

CAPUT V.

Ex Phrynichi fabulis pauca quaedam disputanda seligam: cuius Comissatores Athenaeus XI. p. 474 B. adhibet, ubi de poculi genere, quod *κάνθαρος* appellabatur, disserit: *Φρύνιχος Κωμασταῖς·*

Εἶτα κεραμεύων ἐν οἴκῳ σωφρόνως Χαιρέστρατος
Ἑκατὸν ἂν τῆς ἡμέρας ἔκλαεν οἴνου κανθάρους.

Ita Dindorfius ex Porsoni et Erfurdtii emendationibus edidit: sed corruptela nondum a quoquam animadversa haeret in verbo *ἔκλαεν*, nam quo tandem modo *κλαίειν κανθάρους* graece dici poterit? Scribendum puto:

Ἑκατὸν ἂν τῆς ἡμέρας ἔκαεν οἴνου κανθάρους.

nam de Chaerestrato tanquam de figulo aliquo sermo est: verbum autem *κάειν* sicut *φρύγειν* et *ὀπτᾶν* de figulis vasa coquentibus dicitur, uti est apud Platonem in Hippia Maiore p. 288 D: *Εἴπερ ἡ χύτρα κεκεραμευμένη εἴη ὑπὸ ἀγαθοῦ κεραμέως λεία καὶ στρογγύλη καὶ καλῶς ὠπτημένη.* Adde Homeri quod fertur carmen, quod inscribitur *Κάμινος*, v. 3:

Εὖ δέ πεπανθεῖεν κότυλοι καὶ πάντα κάναστρα
Φρυχθῆναί τε καλῶς καὶ τιμῆς ὤνον ἀρέσθαι.

Verum etiam de priore versu dubito an satis recte se habeat illud *σωφρόνως*: nam etsi dicere potuit poeta Chaerestratum sobrie transigere vitam laboribus intentam, minus tamen id huic loco accommodatum est, itaque suspicor scribendum esse:

Εἶτα κεραμεύων ἐν οἴκῳ Σώφρονος Χαιρέστρατος.

Ex Comissatoribus petitus videtur etiam ille versus, quem fabulae nomine omisso Scholiasta ad Aristoph. Pac. v. 344 adscripsit: *Συβαρίζειν· Καλλίστρατος τρυφᾶν, ἀπὸ τῆς Συβαριτικῆς τρυφῆς· Ἀρτεμίδωρος ἁπλῶς θορυβεῖν· καὶ Φρύνιχος· Πολὺς δὲ συβαριασμὸς αὐλητῶν ἦν*, scribendum:

Πολὺς δὲ συβαριασμὸς αὐλητῶν παρῆν.

quorsum pertinet fortasse Hesychii glossa: *Συβριασμός· ὁ ἐν εὐωχίᾳ θόρυβος.* Ceterum hunc versum ut ad istam potissimum

fabulam revocarem adductus sum ipso comoediae nomine, tibiarum enim rauco strepitu comissantes uti solebant, itaque Pratinas in hyporchemate apud Athenaeum XIV. p. 617 D. dixit:

Ὁ δ' αὐλὸς
Ὕστερον χορευέτω· καὶ γάρ ἐσθ' ὑπηρέτας.
Κώμῳ μόνον θυραμάχοις τε πυγμαχίαισι νέων θέλει παροίνων
Ἔμμεναι στρατηλάτας.

cf. ad Anacreontem p. 188. Itaque venustissimus poeta Theognis v. 823:

Πῶς ἡμῖν τέτληκεν ὑπ' αὐλητῆρος ἀείδειν
Θυμός; γῆς δ' οὖρος φαίνεται ἐξ ἀγορῆς,
Ἥ τε τρέφει καρποῖσιν ἐν εἰλαπίναις φορέοντας
Ξανθῇσίν τε κόμαις πορφυρέους στεφάνους.
Ἀλλ' ἄγε δὴ Σκύθα κεῖρε κόμην, ἀπόπαυε δὲ κῶμον,
Πένθει δ' εὐώδη χῶρον ἀπολλύμενον.

et v. 1058:

Ἐν δ' ἥβῃ πάρα μὲν σὺν ὁμήλικι κάλλιον εὕδειν
Ἱμερτῶν ἔργων ἐξ ἔρον ἱέμενον,
Ἔστι δὲ κωμάζοντα μετ' αὐλητῆρος ἀείδειν.

ita enim corrigendum, vulgo παρὰ μὲν συνομήλικι κ. εὕδειν. Adde ibid. v. 933 seqq. 1038 seqq. Fortasse autem praestat corrigere:

Πολὺς δὲ συβαριασμὸς αὐλητῶν τότ' ἦν.

Solent enim Graeci in talibus inprimis locis verbum simplex usurpare, ubi aliud verbum, quod rem magis explanaret, exspectaveras, uti est apud Euripidem in Helena v. 1622:

— Κέλευσμα δ' ἦν
Πρύμνηθεν Ἑλένης, ποῦ τὸ Τρωϊκὸν κλέος;

et in Hecuba v. 929:

Κέλευσμα δ' ἦν κατ' ἄστυ Τροίας τόδ'· ὦ
Παῖδες Ἑλλάνων, πότε δὴ πότε τὰν
Ἰλιάδα σκοπιὰν πέρσαντες ἥξετ' οἴκους;

Neque dissimili prorsus ratione latini scriptores, uti Cicero pro Gallio apud Aquilam de figuris 2: „Fit clamor, fit convicium mulierum, fit symphoniae cantus.“ Tale autem spectaculum in hac fabula Phrynichum exhibuisse confirmat ille versus, quem Pollux affert IV. 55: *Καὶ ἕτερον πτιστικόν, ὡς Φρύνιχος ἐν Κωμασταῖς φησιν ὁ κωμικός·*

Ἐγὼ δὲ νῷν δὴ τερετιῶ τι πτιστικόν.

ubi cum Salmasio addendum est τί, quod quodammodo firmat Nicophontis versus ex *Χειρογάστορσιν* ibidem a Polluce adscriptus:

Ἀλλ' ἴθι προσαύλησον σὺ νῷν πτισμόν τινα.

Ceterum eodem nomine, quo haec Phrynichia fabula, etiam Amipsiae comoedia fuit inscripta, quae docta est Olymp. XCI. 2 praetore Chabria, vid. Argument. Aristoph. Avium: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου διὰ Καλλιστράτου ἐν ἄστει, ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισι, πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ.* verum nullum prorsus fragmentum ex hac comoedia a veteribus grammaticis ser-

vatum est, qui non raro ceterarum Amipsiae fabularum mentionem faciunt, ita ut hanc iam antiquitus interisse coniicias. Quamquam autem in Amipsiae incertis fragmentis nonnulla reperiuntur, quae probabilitatis quadam specie huc revocare licet, hoc tamen argumentum nimis incertum et lubricum est, quam ut solum comprobet, Grammaticos hac comoedia usos esse. Ita quod legitur apud Athenaeum XI. p. 783 E: Ἔπινον δὲ τὴν ἄμυστιν μετὰ μέλους, μεμετρημένου πρὸς ὠκύτητα χρόνου, ὡς Ἀμειψίας·

Αὔλει μοι μέλος.
Σὺ δ' ᾆδε πρὸς τήνδ', ἐκπίομαι δ' ἐγὼ τέως.
Αὔλει σὺ καὶ σὺ τὴν ἄμυστιν λάμβανε.
Οὐ χρὴ πόλλ' ἔχειν θνητὸν ἄνθρωπον,
Ἀλλ' ἐρᾶν καὶ κατεσθίειν,
Σὺ δὲ κάρτα φείδῃ.

sane facile quis ad Comissatores referendum esse censuerit, sed multo probabilius est, ex ea Amipsiae fabula depromtum esse, quam Ἀποκοτταβίζοντας inscripsit. Est autem hoc fragmentum ita potius constituendum:

Α. Αὔλει μοι μέλος,
Σὺ δ' ᾆδε πρός. Τήνδ' ἐκπίομαι δ' ἐγὼ τέως.
Β. Αὔλει σὺ καὶ σὺ τὴν ἄμυστιν λάμβανε.
Οὐ χρὴ πόλλ' ἔχειν θνητὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐρᾶν,
Καὶ κατεσθίειν· σὺ δὲ κάρτα φείδῃ.

Iubet enim aliquis tibicinam carminis modos praeire, alium autem ex convivis cantilenam canere, dum ipse vini poculum bibat: tum ille conviva, qui canere iussus erat, dicit: *Tu tibias infla, tu vero poculum sume:* et iam ipse carmen canere exorditur: Οὐ χρὴ πόλλ' ἔχειν et quae sequuntur, quae aut ex scolio aliquo petita sunt, aut certe ad popularium carminum rationem et modum conformata: in extremo autem versu non recte videtur Meinekius offendisse et σὺ δὲ κάρτ' ἀφειδὴς correxisse: sic sane in scolio illo, si fuit eiusmodi cantilena, qua Amipsias uti potuerit, scriptum esse consentaneum est, at vero comicus poeta hoc carmen in reprehensionem atque ignominiam eius, qui convivium praebebat, subito convertit: conviva igitur ille, cum dixisset hominis esse, uti bonis neque magnas divitias congerere, illi avaritiam exprobat: σὺ δὲ κάρτα φείδῃ. Eadem ironia Aristophanes usus est in Harmodii cantilena, vid. Vesp. v. 1225:

Ἄισω δὲ πρῶτος Ἁρμοδίου· δέξει δὲ σύ·
Οὐδεὶς πώποτ' ἀνὴρ ἔγεντ' Ἀθήναις.
ΦΙΛ. Οὐχ οὕτω γε πανοῦργος οὐδὲ κλέπτης.

Quibus versibus gravissime Cleonis pravum ingenium castigatur*) et

---

*) Ita enim haec corrigenda sunt, vulgo legitur: Οὐδεὶς πώποτ' ἀνὴρ ἐγένετ' Ἀθηναῖος. — Οὐχ οὕτω γε πανοῦργος κλέπτης. Et πανουργίαν quidem saepissime exprobrat Aristophanes Cleoni, uti in Equitibus v. 247:

ibidem satis facete Aeschinem hominem vanum et mendacem ridet, ita ut Clitagorae scolium eius personae accommodaverit v. 1243:

Μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης ὁ Σέλλου δέξεται,
Ἀνὴρ σοφὸς καὶ μουσικός· κᾆτ᾽ ᾄσεται·
Χρήματα καὶ βίον
Κλειταγόρᾳ τε κἀ-
μοὶ μετὰ Θετταλῶν.
ΦΙΛ. Πολλὰ δὴ διεκόμπασας σὺ κἀγώ.
ΒΔΕΛ. Τουτὶ μὲν ἐπιεικῶς σύ γ᾽ ἐξεπίστασαι.

Ceterum in Amipsiae versibus recte me puto distinxisse *σὺ δ᾽ ᾆδε πρός· τήνδ᾽ ἐκπίομαι, τήνδε* intelligas *κύλικα*, vel simile aliquid, uti Eupolis dixit apud Polluc. X. 85: *Τήνδ᾽ αὐτὸς ἐκκανάξει.* Hoc autem fragmentum eximie convenit argumento eius comoediae, quam *Ἀποκοτταβίζοντας* Amipsias appellavit. Iam vero Comastarum memoriam tam brevi tempore exstinctam esse parum est probabile, cum haec fabula primo praemio ab Atheniensibus digna fuerit iudicata: quod quidem maximi est momenti, cum quae displicuissent populo comoediae aut certe minus essent probatae, eae mox aut ab ipsis auctoribus abolerentur aut in paucorum tantum venirent memoriam. Itaque ego sequor etiam nunc eam coniecturam, quam iam olim proposui, servatas quidem esse aliquot reliquias huius comoediae, verum non Amipsiam, sed Phrynichum esse auctorem: ita ut haec ipsa Phrynichi fabula, de qua modo disputavimus, sola exstiterit. Existimo enim Phrynichum, cum duas comoedias scri-

---

Παῖε παῖε τὸν πανοῦργον καὶ ταραξιππόστρατον
Καὶ τελώνην καὶ φάρυγγα καὶ χάρυβδιν ἁρπαγῆς
Καὶ πανοῦργον καὶ πανοῦργον· πολλάκις γὰρ αὔτ᾽ ἐρῶ.
Καὶ γὰρ οὗτος ἦν πανοῦργος πολλάκις τῆς ἡμέρας.

et ut alios locos omittam in Pace v. 651 de eodem dixit:

Ἅττ᾽ ἂν οὖν λέγῃς ἐκεῖνον,
Κεἰ πανοῦργος ἦν, ὅτ᾽ ἔζη,
Καὶ λάλος καὶ συκοφάντης,
Καὶ κύκηθρον καὶ τάρακτρον,
Ταῦθ᾽ ἁπαξάπαντα νυνὶ
Τοὺς σεαυτοῦ λοιδορεῖς.

Itaque Aristophanes in eundem hominem impudentiae crimen, quod cum illo arctissime cohaeret, solet coniicere, ut in Equitibus v. 304:

Ὦ μιαρὲ καὶ βδελυρὲ καὶ κατακεκρᾶκτα τοῦ σοῦ θράσους
Πᾶσα μὲν γῆ πλέα, πᾶσα δ᾽ ἐκκλησία κτλ.

adde ibid. v. 322, 409 et supra v. 277, quamquam hic quidem locus, vulgo corruptissimus, aliter est constituendus: ita enim corrigo:

ΚΛ. Ὦ πόλις καὶ δῆμ᾽ ὑφ᾽ οἵων θηρίων γαστρίζομαι;
ΧΟ. Καὶ κέκραγας, ὥσπερ ἀεὶ τὴν πόλιν καταστρέφει.
ΚΛ. Ἀλλ᾽ ἐγώ σε τῇ βοῇ ταύτῃ γε πρῶτα τρέψομαι.
ΧΟ. Ἀλλ᾽ ἐὰν μὲν τόνδε νικᾷς τῇ βοῇ, τήνελλος εἶ·
Ἢν δ᾽ ἀναιδείᾳ παρέλθῃ σ᾽, ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς.

Tanquam furem eundem ridet in Equitibus v. 247, et rursus v. 438 illum sibi magnam partem pecuniae publicae in expugnatione Potidaeae vindicavisse arguit.

psisset, lege autem interdictum esset, ne quis comicus poeta duos simul choros a praetore impetraret, alteram suo nomine docuisse Monotropum, alteram tradidisse Amipsiae Comastas, qui tanquam ipse composuisset docendi facultatem peteret. Itaque etiam in didascalia scriptum est: Ὃς (Ἀριστοφάνης) ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισι, πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. In illas enim tabulas, quae publica auctoritate conscribebantur, Amipsias, qui apud praetorem nomen suum professus erat, referendus erat, non is qui revera scripsit fabulam Phrynichus. Eiusmodi autem legem Athenis fuisse ex didascalia Vesparum Aristophanis conficere possumus, de qua alio loco dicetur plenius. Ceterum ad Phrynichi Comissatores, si verum est quod conieci, hanc fabulam praetore Chabria doctam esse, h. e. non diversam esse ab Amipsiae comoedia cognomine, ego referendos censeo illos iambos, quos Plutarchus in vita Alcibiadis c. 20 ex Phrynicho affert, qui quidem versus recenti illius rei memoria scripti esse videntur:

Ὦ φίλταθ' Ἑρμῆ, καὶ φυλάσσου μὴ πεσὼν
Αὑτὸν παρακρούσῃ καὶ παράσχῃς διαβολὴν
Ἑτέρῳ Διοκλείδῃ βουλομένῳ κακόν τι δρᾶν.
B. Φυλάξομαι· Τεύκρῳ γὰρ οὐχὶ βούλομαι
Μήνυτρα δοῦναι τῷ παλαμναίῳ ξένῳ.

Monotropum Phrynichus docuit archonte Chabria Olymp. XCI. 2 Dionysiis urbanis, tulitque praemium tertium, quod cognoscimus ex argumento Avium Aristophanis: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου διὰ Καλλιστράτου ἐν ἄστει, ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισιν, πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. quo quidem tempore imminuta erat effrenata comoediae licentia, (vid. Fritzsch. Quaest. Aristoph. p. 317) ita ut poeta aut argumenta a rebus publicis aliena tractare essent coacti, aut si vellent rem publicam attingere, involucro quodam propositam sententiam obscurarent ac tegerent: itaque non mirum, si Phrynichus illo tempore in eiusmodi argumento versatus sit. Belli autem calamitates tunc gravissimae Athenienses oppresserant, ita ut vix ullum libere respirandi spatium daretur et plerique, qui antea opibus et divitiis abundavissent, iam vix ea quae ad vitam sustentandam necessaria essent, sibi possent comparare. Necessaria autem videbantur tunc multo plura, quam olim, cum nondum de parco atque contento cultu victuque maiorum descivissent: etenim populi multitudo, quo magis desidia vitam transigebat, eo magis luxuriosa et sumptuosa facta est: laborem fugiebant, sua quisque sectabantur commoda, proprias utilitates aucupabantur, commune omnibus bonum ignorabant: opes autem undique conquisitas malisque artibus partas prodigebant omnesque voluptatum illecebras cupidissime appetebant. Ita factum est ut unum fere quemque suae sortis taedium, desiderium autem flagrantissimum melioris status obtinendi occuparet. Atque alii quidem negabant, fortunas populi in melius mutari posse, nisi bonorum omnium fieret communio, itaque aureum quasi quoddam saeculum exoptabant et volucri spe agitati saepius etiam hanc,

quam opinabantur, felicitatem affectabant. Alii autem gravissima affecti animi aegritudine desperabant prorsus de salute tam publica quam privata, itaque ab hominum consuetudine et familiaritate prorsus refugerunt. Luculentissimum huius desperationis documentum Timon ille est, qui divitiis perditis vitam egit solitariam atque eo asperitatis processit, prorsus ut omnes homines fugeret atque odisset: id quod non multo ante hoc ipsum tempus, quo Phrynichus hanc fabulam docuit, accidisse arbitror. Aristophanes quoque in Avibus eundem hominem attigit v. 1549:

ΠΡΟ. Μισῶ δ' ἅπαντας τοὺς θεούς, ὡς οἶσθα σύ.
ΠΕΙ. Νὴ τὸν Δί', ἀεὶ δῆτα θεομισὴς ἔφυς.
ΠΡΟ. Τίμων καθαρός.

unde huius hominis fortunam tunc Athenis satis illustrem atque etiam satis recentem fuisse coniicias. Et rursus in Lysistrata, quae fabula non ita multo post docta est, v. 803:

Κἀγὼ βούλομαι μῦθόν τιν' ὑμῖν ἀντιλέξαι
Τῷ Μελανίωνι.
Τίμων ἦν τις ἀΐδρυτος ἀβάτοισιν ἐν
Σκώλοισι τὰ πρόσωπα περιειργμένος,
Ἐρινύος ἀπορρώξ.
. . . .
Οὗτος οὖν Τίμων
Ὤιχεθ' ὑπὸ μίσους
Πολλὰ καταρασάμενος ἀνδράσι πονηροῖς.
Οὕτω κεῖνος ὑμῶν ἀντεμίσει
Τοὺς πονηροὺς ἄνδρας ἀεί,
Ταῖσι δὲ γυναιξὶν ἦν φίλτατος.

Ita enim corrigo. Mira ista Timonis vivendi ratio debuit quam maxime Atheniensium oculos in se convertere: et qua erant levitate insignes, non pauci videntur Timonis victum atque cultum secuti esse, quod apparet vel ex Lysiae oratione in Timonem, e qua insigne fragmentum servavit Suidas T. I. p. 875: *Οἱ δ' ἀλαζονεύονται μὲν Τίμωνι παραπλησίως καὶ ἐσχηματισμένοι περιέρχονται ὥσπερ οὗτος.**) Huius solitariae vitae igitur perversitatem ut claro aliquo exemplo ostenderet, Phrynichus illam comoediam docuit.

Phrynichus autem, ut proponeret quam perversum et praeposterum hoc vitae taedium esset, induxit in hac fabula aliquem, qui Timonis more vitam ab hominum communione seiunctam degeret: ipsum Monotropum haud dubie non ita procul a fabulae exordio ita loquentem fecit, vid. Grammat. Bekkeri T. I. p. 344, 32:

— *Ὄνομα δὲ μοὐστὶ Μονότροπος·*
— *Ζῶ δὲ Τίμωνος βίον*

*) Lysias Timone mortuo orationem contra filium eius Timonidem habuisse videtur, ex qua oratione pauca quaedam sed insignia verba servavit Suidas T. I. p. 553: *Πῶς δ' ἂν τῆς διαθέσεως τοῦ τετελευτηκότος ἀμελήσαιμεν, ἣν ἐκεῖνος διέθετο οὐ παρανοῶν οὐδὲ γυναικὶ πεισθείς;*

Ἀπρόσοδον, ὀξύθυμον, ἄγαμον, ἄζυγον,
Ἀγέλαστον, ἀδιάλεκτον, ἰδιογνώμονα.

Ex eadem fabula fortasse petitum est, quod Pollux III. 48 affert, ubi scribendum puto:

Τηλικουτοσὶ γέρων
Ἄπαις, ἀγύναικος.

quae eadem de Monotropo dicta arbitror: conferas Sophoclem in Athamante apud Choerobosc. Bekkeri T. III. p. 1304:

Ὡς ὢν ἄπαις τε κἀγύναιξ κἀνέστιος.

Quamquam autem Phrynichus hanc fabulam eo tempore docuit, quo fracta erat artissimisque vinculis circumdata comicae artis licentia, non tamen abstinuit prorsus a singulorum hominum vellicatione et vituperio. Ita ipsum illum Syracosium, legis illius, quae lascivientem comoediam coercuit, auctorem, acerbissime vexavit, vid. Schol. Aristoph. Avv. 1297. Sed ne Niciae quidem viro optimo et iustissimo pepercit, ut apparet ex versibus, quos Suidas T. III. p. 538 servavit. Quae verba sic scribenda videntur:

Οἶδ'· ἀλλ' ὑπερβέβληκε πολὺ τὸν Νικίαν
Στρατηγίας πλήθει τε κἀξευρήμασιν.

Cum quibus verbis fortasse iungendum est fragmentum, quod fabulae nomine omisso servavit Plutarchus in vita Niciae c. 4: *Ὑποδηλοῖ δὲ καὶ Φρύνιχος τὸ ἀθαρσὲς αὐτοῦ καὶ καταπεπληγμένον ἐν τούτοις·*

Ἦν γὰρ πολίτης ἀγαθός, ὡς εὖ οἶδ' ἐγώ,
Κοὐχ ὑποταγεὶς ἐβάδιζεν ὥσπερ Νικίας.

Nam his quoque versibus ita comparatur nescio quis cum Nicia, ut ei praeferatur. Neque mirum Niciae timiditatem rideri: anno enim ante dissuaserat expeditionem Siculam. Praeterea mentionem quoque fecit Metonis, vid. Schol. Aristoph. Avv. 997, Suidas T. II. p. 544, qui quidem versus iam supra ita restituti sunt:

Α. Τίς δ' ἐστὶν ὁ μετὰ ταῦτα φροντίζων; Β. Μέτων
Ὁ Λευκονοεύς. Β. Ἐγῷδ', ὁ τὰς κρήνας ἄγων.

Is quid fecerit, antequam Athenienses Siciliae bellum inferrent, docet Plutarchus in vita Niciae c. 13: *Εἴτε δὴ ταῦτα δείσας, εἴτ' ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ τὴν στρατείαν φοβηθεὶς ὁ ἀστρολόγος Μέτων, ἦν γὰρ ἐφ' ἡγεμονίας τινὸς τεταγμένος, προσεποιεῖτο τὴν οἰκίαν ὑφάπτειν, ὡς μεμηνώς. Οἱ δέ φασιν, οὐ μανίαν σκηψάμενον, ἀλλὰ νύκτωρ ἐμπρήσαντα τὴν οἰκίαν προελθεῖν εἰς τὴν ἀγορὰν ταπεινόν, καὶ δεῖσθαι τῶν πολιτῶν, ὅπως ἐπὶ συμφορᾷ ποιαύτῃ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, μέλλοντα πλεῖν τριήραρχον εἰς Σικελίαν, ἀφῶσι τῆς στρατείας.* Cf. vit. Alcibiadis c. 17.

Ex eadem scena aliud fragmentum petitum est, quod legitur apud Scholiast. Aristoph. Avv. v. 11: *Ὁ Ἐξηκεστίδης ὡς ξένος κωμῳδεῖται· καὶ Φρύνιχος Μονοτρόπῳ· Μεγάλους πιθήκους, οἱ δὲ ἑτέρους τινὰς λέγειν, Λυκέαν, Τελέαν, Πείσανδρον, Ἐξηκεστίδην·*

ἀνομάλους εἶπας πιθήκους· ὁ μέν γε δεινός, ὁ δὲ κόλαξ, ὁ δὲ νόθος. Id ita constituo:

Α. Μεγάλους πιθήκους. Β. Οἶδ' ἑτέρους τινὰς λέγειν,
Λυκέαν, Τελέαν, Πείσανδρον, Ἐξηκεστίδην.
Α. Ἀνωμάλους εἶπας πιθήκους. (Β. Πῶς; Α. Ὅπως;)
Ὁ μέν γε δειλός, ὁ δὲ κόλαξ, (ὁ δὲ ξένος,)
Ὁ δὲ νόθος.

Versu primo cum Meinekio scripsi οἶδ' ἑτέρους. v. 3 ἀνωμάλους omnino reponendum erat; deinde versum ut redintegrarem addidi πῶς; ὅπως. v. 4 pro δεινός reposui δειλός: hoc enim ad Pisandrum pertinet: neque enim necessarium est, ut eodem ordine enumerentur isti homines, quo recensuerat prior qui erat interlocutus. Satis enim certo sciebant Athenienses hoc crimen in Pisandrum conìici. Eodem nomine Aristophanes quoque in Avibus v. 1553 eum notavit:

Πρὸς δὲ τοῖς Σκιάποσιν λίμνη τις ἔστ' ἄλουτος οὗ
Ψυχαγωγεῖ Σωκράτης·
Ἔνθα καὶ Πείσανδρος ἦλθε
Δεόμενος ψυχὴν ἰδεῖν, ἣ
Ζῶντ' ἐκεῖνον προὔλιπεν.

ubi Scholiast. haec adnotavit: Οὗτος δειλὸς ἦν· ἦλθεν οὖν ψυχὴν ἰδεῖν θέλων, ἐπεὶ οὐκ εἶχεν, ὡς Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις·

Πείσανδρος εἰς Πακτωλὸν ἐστρατεύετο,
Κἀνταῦθα τῆς στρατιᾶς κάκιστος ἦν ἀνήρ.

ἁπανταχοῦ δὲ ἦν δειλὸς κτλ. Verba ὁ δὲ κόλαξ haud dubie ad Teleam referenda sunt, ita etiam ab Aristophane in Pace v. 1007 τένθης vocatur:

Καὶ Κωπάδων ἐλθεῖν σπυρίδας,
Καὶ περὶ ταύτας ἡμᾶς ἀθρόους
Ὀψωνοῦντας τυρβάζεσθαι
Μορύχῳ, Τελέᾳ, Γλαυκέτῃ, ἄλλοις
Τένθαις πολλοῖς.

Deinde ὁ δὲ ξένος adieci, quod vel Scholiastae propositum flagitat, qui Execestidem hic tanquam peregrinum hominem notari asserit, quod fecit Aristophanes et in illo versu Avium:

ΕΥ. Ἐντευθενὶ τὴν πατρίδ' ἂν ἐξεύροις σύ που;
ΠΕΙ. Οὐδ' ἂν μὰ Δία γ' ἐντεῦθεν Ἐξηκεστίδης.

et rursus infra v. 764:

Εἰ δὲ δοῦλός ἐστι καὶ Κάρ, ὥσπερ Ἐξηκεστίδης,
Φυσάτω πάππους παρ' ἡμῖν καὶ φανοῦνται φράτορες.

Fuit autem hic Execestides citharoedus: in errore enim versatur qui distinguere videtur, interpres Aristophanis: Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος ἔχων λύραν ἔργον Εὐδόξου, τιταίνει ψίθυρον εὐήθη νόμον· μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Πολέμων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας, λέγων· „Ὁ δὲ Ἐξηκεστίδης κιθαρῳδὸς Πυθιονίκης· νικᾷ δὲ καὶ τὸν τῶν Καρνείων ἀγῶνα τὸν ἐν Λακεδαίμονι καὶ Παναθήναια δίς.“ qui quidem error fortasse ex eo ortus, quod quae in antiquis scholiis auctiora legebantur, hic in

brevius contracta sunt: deprehendisse autem mihi videor in his comici nescio cuius versus, quibus Execestidae carmina et modos ridet:

Ἔχων λύραν
Ἔργον Εὐδόξου, τιταίνει ψίθυρον εὐήθη νόμον.

Execestidem autem ut plurimos, qui istam artem profitebantur, peregrinae fuisse originis satis est probabile; citharoedum autem pravum hunc hominem fuisse confirmatur etiam Hesychii adnotatione: Ἐξηκεστίδης μοχθηρός, συκοφάντης. Ἐξήκεστος· ἡταιρηκώς· ὅθεν καὶ τοὺς πρωκτοὺς ὁμωνύμως Ἐξηκέστους ἔλεγον. Ἐξηκεστιδαλκίδαι (legendum Ἐξηκεστιδαλκεῖδαι·) οἱ περὶ τὸν Ἐξηκεστίδην καὶ Ἀλκίδην (Ἀλκείδην) τοὺς κιθαρῳδούς. Ex quibus intelligimus hunc hominem ne sycophantiae quidem probro liberum fuisse; et nisi fallit coniectura, ea quae s. v. Ἐξήκεστος dicuntur, ad eundem sunt referenda: nam idem est Ἐξήκεστος et Ἐξηκεστίδης: ita statim in sequenti glossa Ἀλκείδης dicitur is, qui alius Ἀλκαῖος. Verissime enim Meinekius Quaest. Scen. II. p. 55 monuit Athenis fuisse citharoedum eius nominis. Hesychius: Ἀλκεόν· (Ἀλκαῖον) ὅπλον ἢ ἀλεξιφάρμακον φυτόν. Ἐρατοσθένης δὲ ὄνομα εἶναί τινος ἀνθρώπου κωμῳδουμένου. Fuit is Peloponnesius, sed diutius in Sicilia vixisse videtur, ut colligo ex Eupolide apud Scholiast. Aristoph. Thesmophoriaz. v. 161: ubi haec leguntur: Ἀλλαχοῦ δὲ ὁ Δίδυμός φησιν, ἡ μὲν γραφὴ δύναται μὲν εἶναι· οὐκ ἂν δὲ τούτου μελοποιοῦ μέμνηται, πάλιν τὸ αὐτὸ λέγων, ὅτι οὐκ ἐπεπόλαζε τὰ μέλη, Ἀλκαίου δὲ τοῦ κιθαρῳδοῦ, οὗ καὶ Εὔπολις ἐν Χρυσῷ Γένει μέμνηται·

Ὠλκαῖε Σικελιῶτα Πελοποννήσιε.

Τί δὲ ἐνταῦθα κιθαρῳδοῦ, περὶ ποιητοῦ ὄντος τοῦ λόγου; Ultimum denique ὁ δὲ νόθος ad Lyceam referendum est: hic autem quis fuerit, ignoro.

Ex Mystis Phrynichi hunc versum affert Photius p. 583, 10: τευτάζειν — Φρύνιχος Μύσταις·

Μάστιγα δ' ἐν χερσὶν ἔχων τευτασθαι.

quem Ruhnkenius ad Timaeum p. 254 hoc modo emendat:

Μάστιγα δ' ἐν χεροῖν ἔχων τευτάζεται.

Ita saepius χερσὶν et χεροῖν confusa reperiuntur. Choerilus apud Athenaeum XI. p. 464 A:

Χερσὶν ὄλβον ἔχω κύλικος τρύφος ἀμφὶς ἐαγός,
Ἀνδρῶν δαιτυμόνων ναυάγιον, οἷά τε πολλὰ
Πνεῦμα Διωνύσοιο πρὸς Ὕβριος ἔκβαλεν ἀκτάς.

Fortasse legendum: Χεροῖν ὄλβον ἔχω. et in alio carmine ibid. XIV. p. 636 D: Δηλοῦσθαι δ' ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ᾄσματι, οὗ ἐστιν ἀρχὴ Ἄρτεμι σοί με τι φρὴν ἐφίμερον ὕμνον ὑεναι τε ὅθεν ᾇδέ τις ἀλλὰ χρυσοφανία κρέμβαλα χαλκοπάραα χερσίν. legendum est:

Κρέμβαλα χαλκοπάραα χεροῖν.

Sed non probandum existimo τευτάζεται, quod Ruhnkenius reposuit: nam apud antiquos scriptores forma activa sola reperitur; ita

semper comici, ut Plato in Xantriis apud Photium (Etym. Suidam) ibidem:

Ἦν δὴ θόρυβος τευταζόντων.

Teleclides:

Πάντες δὲ τευτάζουσιν οἱ διάκονοι.

et Pherecrates:

Ὁ δὲ παῖδα καλεῖ καὶ τευτάζει τούτῳ δεῖπνον παραθεῖναι.

Formam mediam solus Lucianus servavit in Lexiphane c. 21: Οὐδέπω τὸ ἴκταρ ἐμήμεκας, οὐδὲ τὸ σκορδινᾶσθαι, οὐδὲ τὸ τευτάζεσθαι. ex quo loco non iniuria colligas sophistas illius temporis ab antiquo usu recedentes hanc formam praetulisse. Hinc non intercedam si quis cum Ruhnkenio in Themistio Orat. XIII. p. 161 C: scribat: Οὐ μὲν γὰρ τευτάζεσθαι μόνον, οὐδὲ ζητεῖν, οὐδὲ διώκειν. In Phrynicho autem scribendum videtur:

Μάστιγα δ' ἐν χεροῖν ἔχων ἐπεύτασεν.

Recte autem ibi ἐν Μύσταις numero plurali scribitur: Eustathius quidem p. 1172, 23: Φρύνιχος ἐν Μύστῃ·

Ἐβουλόμην ἂν ἡμῖν ὥσπερ καὶ προτοῦ.

sed ibi quoque Μύσταις legendum. Nihil enim moror Suidae auctoritatem, apud quem in indice fabularum Phrynichi legitur Μύστης: ipse enim hunc indicem confecit, in quem, quum alicubi Φρύνιχος ἐν Μύστῃ corrupte citatum vidisset, retulit Μύστην. Consentaneum autem est fabulae chorum constitisse ex mystis, prorsus ut in Aristophanis Ranis. Ab hoc autem choro mystarum censeo cantatum esse versum, quem non adiecto comoediae titulo servavit Hephaestion p. 67: Καὶ παρὰ Φρυνίχῳ τῷ κωμικῷ·

Ἃ δ' ἀνάγκα'σθ' ἱερεῦσιν καθαρεύειν φράσομεν.

Etiam in Aristophanis Ranis mystarum chorus inde a versu 324 — 336 et a v. 340 — 353 versibus ionicis utitur, omninoque hoc metrum initiatis convenientissimum est, Mystas autem poeta docuit, quo tempore Alcibiades restituerat Eleusinia sacra, bello interrupta, quod quidem etiam Aristoph. in Ranis tangit. Cf. Plut. Alcib. 34.

Lamprum musicum non ignobilem quomodo Phrynichus riserit, docet Athenaeus L. II. p. 44 D: Ὑδροπότης δ' ἦν καὶ Λάμπρος ὁ μουσικός· περὶ οὗ Φρύνιχός φησι·

Λάρους θρηνεῖν, ἐν οἷσι Λάμπρος ἐναπέθνησκεν,
Ἄνθρωπος ὢν ὑδατοπότας, μινυρὸς ὑπερσοφιστής,
Μουσῶν σκελετός, ἀηδόνων ἠπίαλος, ὕμνος Ἅιδου.

ubi parum aptum est illud Λάρους θρηνεῖν, ἐν οἷσιν ἐναπέθνησκεν. Nisi fallor, ita scripserat Phrynichus:

Καὶ νιγλάρους θρηνεῖν, ἐν οἷσι Λάμπρος ἐναπέθνησκεν.

Θρηνεῖν cum accusativo iunctum est, ut Aeschylus dixit in Bekkeri Anecdotis p. 349, 6:

Θρηνεῖ δὲ γόον τὸν ἀηδόνιον.

Νίγλαροι autem qui sint docet Photius: Νιγλάρους· τερετισμούς· ibidem: Νίγλαροι· τερετίσματα καὶ περίεργα κρούματα. Et: νιγλα-

ρεύων· τερετίζων· καὶ ὁ νίγλαρος κρουματικῆς διαλέκτου ὄνομα· Εὔπολις Δήμοις·

Τοιαῦτα μέν τοι νιγλαρεύων κρούματα.

Pollux L. II. 82: *Μέλη δὲ αὐλημάτων κρούματα, συρίγματα, τερετίσματα, τερετισμοί, νίγλαροι.* adde IV. 82. Pherecrates apud Plutarch. de Musica c. 30:

Εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς γὰρ εἰσηνέγκατο
Ἐξαρμονίους ὑπερβολαίους τ' ἀνοσίους
Καὶ νιγλάρους.

Aristophanes Acharn. v. 554: *Αὐλῶν, κελευστῶν, νιγλάρων, συριγμάτων.* Videtur autem, si licet coniecturam periclitari, hoc fragmentum ex Phrynichi Musis depromptum esse, in quibus aliquis, fortasse Euripides, dixerit Sophoclem in re musica nihil egregium protulisse, sed usum esse modis querulis, secutum Lampri praeceptoris exemplum. Lamprus enim fuit Sophoclis in re musica magister, vid. Athenaeus I. p. 20 F: *Σοφοκλῆς — καὶ ὀρχηστικὴν δεδιδαγμένος καὶ μουσικὴν ἔτι παῖς ὢν παρὰ Λάμπρῳ.* Et auctor vitae Sophoclis p. XVII: *Ἐδιδάχθη δὲ τὴν μουσικὴν παρὰ Λάμπρῳ.* Pervulgatum autem et celebre Lampri nomen fuisse satis apparet vel ex Cornelio Nepote vit. Epamin. c. 2, quamquam Plato quidem illum videtur reprehendere; verum Socrates, ubi illum Conno, Metrobii filio postponit, more suo contrarium sentit, significatque Lampri tunc Athenis maximam fuisse auctoritatem, cum Connus omnibus esset ludibrio; vid. in Menex. p. 235 E: *Καὶ ἐμοὶ μέν γε, ὦ Μενέξενε, οὐδὲν θαυμαστὸν οἵῳ τ' εἶναι εἰπεῖν, ᾧ τυγχάνει διδάσκαλος οὖσα οὐ πάνυ φαύλη περὶ ῥητορικῆς, ἀλλ' ἥπερ καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἐποίησε ῥήτορας, ἕνα δὲ καὶ διαφέροντα τῶν Ἑλλήνων, Περικλέα τὸν Ξανθίππου. ΜΕΝ. Τίς αὕτη; ἢ δῆλον ὅτι Ἀσπασίαν λέγεις; ΣΩ. Λέγω γάρ· καὶ Κόννον γε τὸν Μητροβίου· οὗτοι γάρ μοι δύο εἰσὶ διδάσκαλοι· ὁ μὲν μουσικῆς, ἡ δὲ ῥητορικῆς· οὕτω μὲν οὖν τρεφόμενον ἄνδρα οὐδὲν θαυμαστὸν δεινὸν εἶναι λέγειν. Ἀλλὰ καὶ ὅστις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθείς, ῥητορικὴν δ' ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου, ὅμως κἂν οὗτος οἷός τ' εἴη Ἀθηναίους γε ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινῶν εὐδοκιμεῖν.* quibuscum conferendus est Athenaeus XI. p. 507 A: *Ἐν δὲ τῷ Μενεξένῳ οὐ μόνον Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος χλευάζεται, ἀλλὰ καὶ ὁ Ῥαμνούσιος Ἀντιφῶν καὶ ὁ μουσικὸς Λάμπρος.* qui quidem Platonis ironiam parum perspexit. In Musis enim, quas Phrynichus una cum Aristophanis Ranis docuit, consimilem atque ille spectantibus imaginem videtur exhibuisse; nam propter recentem Euripidis atque Sophoclis defunctorum memoriam propterque summam Atheniensium dubitationem, utrumque poetam videtur sub iudicium vocasse, ut uter utro maior palmaque dignior esset tandem aliquando decerneret. Certamen illud ad iudicii similitudinem conformatum fuisse satis apparet ex illis versibus, qui sunt apud Photium p. 120, 10 et Harpocrat.

p. 104, 4: Καδίσκος — ἀγγεῖόν τι εἰς ὃ ἐψηφοφόρουν οἱ δικασταὶ οὕτως ἔλεγον· Φρύνιχος Μούσαις·

Ἰδού, δέχου τὸν ψῆφον· ὁ καδίσκος δέ σοι
Ὁ μὲν ἀπολύων οὗτος, ὁ δ' ἀπολλὺς ὁδί.

fuit igitur in hac quoque parte Phrynichi comoedia non adeo dispar Aristophaniae fabulae. Primas autem, ut par est, Sophocli detulit, quod vel ex illis versibus conficias:

Μάκαρ Σοφοκλέης, ὃς πολὺν χρόνον βιοὺς,
Ἀπέθανεν εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ δέξιος,
Πολλὰς ποιήσας καὶ καλὰς τραγῳδίας
Καλῶς ἐτελεύτησ', οὐδὲν ὑπομείνας κακόν.

qui versus leguntur in Argumento Sophoclis Oedipi Colon. Sophoclis placidae morti Phrynichus Euripidis violentum letum videtur opposuisse, ut indicaret, utrumque prout vitam degerit, ita etiam de vita decessisse, divina quasi providentia aequa lance suum cuique fatum pensitante. Et ad eandem hanc fabulam refero, quod est apud Diogen. Laert. IV. 20 de Polemone: Ἦν δὲ καὶ φιλοσοφοκλῆς καὶ μάλιστα ἐν ἐκείνοις, ὅπου κατὰ τὸν κωμικὸν (i. e. Aristophanem) τὰ ποιήματα αὐτῷ κύων τις ἐδόκει συμποιεῖν Μολοττικός, καὶ ἵνα ἦν κατὰ τὸν Φρύνιχον·

Οὐ γλύξις, οὐδ' ὑπόχυτος, ἀλλὰ Πράμνιος.

Archippi fragmentum ex Hercule servavit Grammaticus in Bekkeri Anecd. T. I. p. 371, 28: Ἀκροβελίδας· τὰ ἄκρα τῶν ὀβελίσκων Ἄρχιππος Ἡρακλεῖ γαμοῦντι·

Τὸ πῦρ πολὺ λίαν· ὕπαγε τὰς ἀκροβελίδας
Ἄκρας.

ubi scribendum est deleto isto ἄκρας·

Τὸ πῦρ πολὺ λίαν· ὕπαγε τὰς ἀκροβελίδας.

Verba haec sunt coqui coenam Herculis nuptiis apparantis. Lautae enim in hac fabula epulae exhibebantur, ut apparet ex Athenaeo XIV. p. 656 B: Καὶ Ἄρχιππος ἐν Ἡρακλεῖ γαμοῦντι·

Τὰ δ' ἄλλα χοίρων ἀκροκώλια μικρῶν,
Ταύρου δ' ὑψικέρω φλογίδες,
Αἱ δολιχαί τε κάπρου.

ita enim corrigo; et eodem libro p. 640 F: Ἅπερ Ἄρχιππος ἐν Ἡρακλεῖ γαμοῦντι ἐπιφορήματα καλεῖ διὰ τούτων· Ἰτρίοις ἐπιφορήμασι τ' ἄλλοις γέμουσα. Scribendum videtur (de mensa autem accipiendum est): Ἰτρίοις
Ἐπιφορήμασίν τε τοῖς ἄλλοις γέμουσα.

et libro VII. p. 307 D: Ὅτι δὲ εἶδος κεστρέων οἱ νήστεις Ἄρχιππος Ἡρακλεῖ γαμοῦντί φησι·

Νήστεις, κεστρέας, κεφάλους.

Ex Archippi Piscibus hoc fragmentum affert Athenaeus VII. p. 322 A: ubi de salpe loquitur: Ἄρχιππος δὲ ἐν Ἰχθύσιν ἀρσενικῶς εἶπεν ὁ σάλπης·

Ἐκήρυξεν βόαξ,
Σάλπης δ' ἐσάλπιγξ', ἑπτ' ὀβολοὺς μισθὸν φέρων.

Ita ex Meinekii coniectura edidit Dindorfius. Mihi, cum in codice A κῆρυξ μὲν ἐβόαξ in B C κῆρυξ μὲν ἐβόασεν in P ἢ κῆρυξ μὲν ἢ βόαξ legatur, scribendum videtur:

Κῆρυξ μὲν ἐβόησεν βόαξ·
Σάλπης δ' ἐσάλπιγξ', ἑπτ' ὀβολοὺς μισθὸν φέρων.

Ludit enim poeta in nomine βόαξ, quod a βοᾶν repetit, sicut etiam infra dicit Σάλπης ἐσάλπιγξε. conf. Athenaeus L. VII. p. 286 F: Σπεύσιππος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἀττικοὶ βόακας· Ἀριστοφάνης Σκηνὰς Καταλαμβανούσαις·

Ἀλλ' ἔχουσα γαστέρα
Μεστὴν βοάκων ἀπεβάδιζον οἴκαδε.

Ὠνομάσθη δὲ παρὰ τὴν βοήν· διὸ καὶ Ἑρμοῦ ἱερὸν εἶναι λόγος τὸν ἰχθύν, ὡς τὸν κίθαρον Ἀπόλλωνος. Φερεκράτης δ' ἐν Μυρμηκανθρώποις εἰπών·

Ἀλλὰ φωνὴν οὐκ ἔχειν
Ἰχθύν γε φασι τὸ παράπαν (ἐπιφέρει). Νὴ τὼ θεώ,
Οὐκ ἔστιν ἄλλος ἰχθὺς οὐδεὶς ἢ βόαξ.

Talis autem lusus minime abhorret ab Archippi ingenio, qui frigidis iocis quantopere sit delectatus, haec ipsa fabula documento est: quemque constat propterea ab aequalibus reprehensum esse, vid. Scholiast. ad Aristoph. Vesp. 481: Τῶν τρυχαινίκων ἐπῶν) ἀντὶ τοῦ τῶν εὐτελῶν· τὰ τοιαῦτα παρὰ τὰς φωνὰς παίζει, φορτικοῦ ὄντος· ἐφ' οἷς μάλιστα τῶν ποιητῶν σκώπτουσιν Ἄρχιππον. Ita in fragmento apud Athenaeum L. VII. p. 301 A: Ἄρχιππος Ἰχθύσιν·

Καὶ τὴν μὲν ἀφύην καταπέπωκεν ἐντυχὼν
Ἑψητός.

Recte enim Meinekius existimat poetam respicere ad meretricem aliquam, nomine Aphyam: cui cognomines meretrices plures recenset Athenaeus L. XIII. p. 586 B: Ἑταιρῶν ἐπωνυμία αἱ ἀφύαι· περὶ ὧν ὁ προειρημένος Ἀπολλόδωρός φησι· „Σταγόνιον καὶ Ἄνθις ἀδελφαί· αὗται Ἀφύαι ἐκαλοῦντο ὅτι καὶ λευκαὶ καὶ λεπταὶ οὖσαι τοὺς ὀφθαλμοὺς μεγάλους εἶχον." Ἀντιφάνης δ' ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν Νικοστρατίδα φησὶν Ἀφύην κληθῆναι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Etiam in voce ἑψητὸς iocum poeta quaesivisse videtur; nam ea videtur etiam de hominibus lascivis usurpata fuisse, ut coniici licet ex Nicophonte apud Athenaeum IX. p. 389 A, ubi de perdice loquitur: Τὸ δὲ ζῷον ἐπὶ λαγνείας συμβολικῶς παρείληπται. Νικοφῶν ἐν Χειρογάστορσι·

Τοὺς ἑψητοὺς καὶ τοὺς πέρδικας ἐκείνους.

Sed nihil frigidius dici potest aut fingi, quam pacis inter pisces atque Athenienses restitutae conditiones: in eo enim iocum quaesivit, ut nomina eligeret, quae cum piscium appellationibus similitudinem quandam haberent. Aliquam partem istius decreti servavit Athenaeus VII. p. 329 B: Ἐπεὶ δ' ἐνταῦθα τοῦ λόγου ἐσμέν, προδιειλέγμεθά τε περὶ θρισσῶν, φέρε εἴπωμεν τίνες εἰσὶν αἱ παρὰ Ἀρχίππῳ ἐν Ἰχθύσι τῷ δράματι θρᾶτται. Κατὰ τὰς συγγραφὰς γὰρ τῶν ἰχθύων καὶ Ἀθηναίων ταυτὶ πεποίηκεν·

Ἀποδοῦναι δ' ὅσα ἔχομεν ἀλλήλων· ἡμᾶς μὲν τὰς Θράττας, καὶ Ἀθερίνην τὴν αὐλητρίδα, καὶ Σηπίαν τὴν Θύρσου, καὶ τοὺς Τριγλίας, καὶ Εὐκλείδην τὸν ἄρξαντα, καὶ Ἀναγυρουντόθεν τοὺς Κορακίωνας, καὶ Κωβιοῦ τοῦ Σαλαμινίου τόκον, καὶ Βάτραχον τὸν πάρεδρον τὸν ἐξ Ὠρεοῦ. Scripsi haec omnia litteris maiusculis. Quam ambiguum sit *Θράττας* apparet ex Athenaeo; erat enim etiam piscis nomen. *Ἀθερίνη* erat piscis nomen, sed haud dubie etiam nomen vel cognomen mulieris; de pisce videndus est Dorion apud Athen. L. VII. p. 300 F: *Ἑψητοὺς εἶναι μὲν δεῖ ἐγκρασιχόλους, ἢ ἴωπας, ἢ ἀθερίνας, ἢ κωβιούς, ἢ τριγλίδας μικράς, σηπίδιά τε καὶ τευθίδια καὶ καρκίνια.* Cf. Athenaeus eodem libro p. 285 A: *Δωρίων δ' ἐν τῷ περὶ ἰχθύων κωβίτην τινὰ ἑψητὸν λέγει καὶ τὸν ἐξ ἀθερίνης· ἰχθυδίου δ' ὄνομα ἀθερίνη.* Sepia, Thyrsi uxor, fuit meretrix, vid. Hesychius: *Θύρσος· αὐλητὴς ἦν, γυναῖκα ἔχων ἑταίραν.* et: *Θύρσου γυνή· Ἀριστοφάνης ἐν Νήσοις· οὐ τοῦ αὐλητοῦ μνημονεύων, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ φύλλα εἰπεῖν καὶ κλάδους.* Sepia illi haud dubie fuit cognomen, ut plurimae meretrices variis nominibus appellabantur. *Κορακιῶνας* legitur in codice C; vulgo *κορακιῶντας*; sed praestiterit fortasse *κορακινίωνας*; respexisse enim videtur poeta ad coracinum, de quo vid. Athen. L. VII. p. 308 D seq. aliisque in locis. *Κωβιοῦ* autem filius quinam intelligendus sit, ignoro: sed hoc certissimum est Cobium hominem fuisse Athenis: quamquam non ausim decernere, utrum is Cobius sit, quem mediae comoediae poetae saepe notaverunt, an diversus. Sed probabilius est, alium quendam ab Archippo notari: nam haec fabula non ita multo post Euclidis annum docta videtur: quae opinio etiam eo confirmatur, quod risit Melanthium tragicum: (inter pacis enim conditiones haec quoque erat, ut Melanthius, quia plurimos pisces devoravisset, traderetur piscibus, vid. Athenaeus VIII. p. 343 C: *Ἐν δὲ τοῖς Ἰχθύσιν Ἄρχιππος τῷ δράματι ὡς ὀψοφάγον δήσας* [Melanthium] *παραδίδωσι τοῖς ἰχθύσιν ἀντιβρωθησόμενον.* Is autem Melanthius vixit tempore antiquae comoediae, vide quae dixi supra.) et quod Anyti quoque fecit mentionem, vid. Scholiast. Platonis p. 330: *Καὶ Ἄρχιππος Ἰχθύσιν εἰς σκυτέα αὐτὸν (Ἄνυτον) σκώπτει.* Cobius autem iste, cuius poetae mediae comoediae non semel mentionem fecerunt, parasitus fuit. Athenaeus L. VI. p. 242 C: *ἐν δὲ τῷ Παγκρατιαστῇ Ἄλεξις τρεχεδείπνους καταλέγων φησί·*

Πρῶτον μὲν ἦν σοι Καλλιμέδων ὁ Κάραβος,
Ἔπειτα Κόρυδος, Κωβιός, Κυρηβίων,
Ὁ Σκόμβρος, ἡ Σεμίδαλις. Β. Ἡράκλεις φίλε,
Ἀγοράσματ', οὐ συμπόσιον εἴρηκας, γύναι.

Scripsi enim *Κωβιός* ex codice C, cum vulgo legeretur *Κωβίων.* Athenaeus L. IV. p. 134 C: *Ἄλεξις δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἰσοστάσιόν φησιν*

Ἀπὸ συμβολῶν ἔπινον ὀρχεῖσθαι μόνον
Βλέποντες, ἄλλο δ' οὐδέν· ὄψων ὀνόματα

Καὶ σιτίων ἔχοντες, Ὄψων, Κάραβος.
Καὶ Κωβιός, Σεμίδαλις.

Ita enim videtur scribendum esse pro *ὄψων, κάραβος, κωβιὸς καὶ σεμίδαλις, καὶ* etiam Dindorfius delevit. Fuit autem amator Pythionicae, celebris illo tempore meretricis. Antiphanes in *Ἁλιευομένῃ* apud Athenaeum L. VIII. p. 339 A. in nominis ambiguitate ludens:

Ἀνδρῶν τ' ἄριστον Κωβιὸν πηδῶντ' ἔτι
Πρὸς Πυθιονίκην τὴν καλὴν πέμψαι με δεῖ·
Ἁδρὸς γάρ ἐστιν· ἀλλ' ὅμως οὐ γεύσεται·
Ἐπὶ τὸ τάριχός ἐστιν ὡρμηκυῖα γάρ.

de quibus versibus ita commentatus est Athenaeus *Πυθιονίκην δέ φησι φιλήδειν ταρίχῳ, ἐπεὶ ἐραστὰς εἶχε τοὺς Χαιρεφίλου τοῦ ταριχοπώλου υἱούς. — πρὸ τούτων δ' ἦν ἐραστὴς αὐτῆς Κωβιός τις ὄνομα.*

Denique Batrachus, cui poeta originem peregrinam obiicit, is est intelligendus, qui sub triginta tyrannis fuit delator: ut apparet ex Lysia in Eratosthenem §. 48: *Καίτοι, εἴπερ ἦν ἀνὴρ ἀγαθός, ἐχρῆν ἂν πρῶτον μὲν μὴ παρανόμως ἄρχειν, ἔπειτα τῇ βουλῇ μηνυτὴν γενέσθαι περὶ τῶν εἰσαγγελιῶν ἁπασῶν, ὅτι ψευδεῖς εἶεν, καὶ Βάτραχος καὶ Αἰσχυλίδης οὐ τἀληθῆ μηνύουσιν, ἀλλὰ τὰ ὑπὸ τῶν τριάκοντα πλασθέντα εἰσαγγέλλουσι συγκείμενα ἐπὶ τῇ τῶν πολιτῶν βλάβῃ.* Triginta virorum imperio sublato, exul Athenas reliquit. Vid. Lysias in Andocidem §. 45: *Ὁ γοῦν πάντων πονηρότατος Βάτραχος πλὴν τούτου γενόμενος ἐπὶ τῶν τριάκοντα μηνυτὴς καὶ οὐσῶν αὐτῷ συνθηκῶν καὶ ὅρκων, καθάπερ τοῖς Ἐλευσινόθεν, δείσας ὅμως οὓς ἠδίκησεν, ἐν ἑτέρᾳ πόλει ᾤκει, Ἀνδοκίδης δὲ καὶ αὐτὸς τοὺς θεοὺς ἀδικήσας περὶ ἐλάττους αὐτοὺς ἔθετο εἰσιὼν εἰς τὰ ἱερά, ἢ Βάτραχος τοὺς ἀνθρώπους· ὅστις οὖν καὶ πονηρότερος καὶ ἀμαθέστερος Βατράχου ἐστὶ* et quae sequuntur. Is Batrachus videtur postea interfectus esse (fortasse redierat Athenas) eiusque interfectorem defendit fortasse Lysias, cuius oratio *περὶ τοῦ Βατράχου φόνου* citatur ab Harpocratione p. 181, 16.

CAPUT VI.

Platonis Amphiaraum memorat Scholiasta Aristophanis in Plutum v. 174: *Ὁ Πάμφιλος δὲ δημαγωγὸς ἦν οἱονεὶ πολιτευόμενος, καὶ ἔκλεπτε τὰ τοῦ δήμου, ὡς καὶ Πλάτων φησὶν Ἀμφιαράῳ· Καὶ νὴ Δί' εἰ Πάμφιλόν γε φαίης κλέπτειν τὰ κοινά, ἅμα τε συκοφάντην.* Amphiaraum Platonis cum nullus praeterea grammaticus commemoret, correxeram *ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν*, videoque iam hoc occupavisse Meinekium Quaest. Scen. II. p. 15. Ipsi autem versus sic sunt constituendi:

Καὶ νὴ Δί', εἰ Πάμφιλόν γε φαίης
Κλέπτειν τὰ κοίν', ἅμα τε συκοφαντεῖν.

nam *συκοφαντεῖν* orationis aequabilitas satis commendat; praeterea sane metri legibus consulat, qui scripserit *ἅμ τε συκοφαντεῖν.* quam insolentiorem formam restituere voluit Dindorfius Aristophani in Vespis v. 570:

Τὰ δὲ συγκύπτονθ' ἅμ βληχᾶται.

vulgo legitur *ἅμα βληχᾶται*, Ravennas *ἅμ ἅμα βληχᾶται*, Venetus *ἀποβληχᾶται.* Recte Dindorfius sensit vulgatam scripturam non satis iudicio aurium probari, at illud *ἅμ* multo magis ab Atticorum consuetudine abhorret: scripserat Aristophanes:

Τὰ δὲ συγκύπτοντ' ἀμβληχᾶται.

verbum *ἀναβληχᾶσθαι*, etsi alibi non legitur, satis tamen similitudine exemplorum ab omni dubitatione defenditur, qualia sunt *ἀναβοᾶν, ἀνακράζειν*, alia: neque formas eiusmodi repudiaverunt Attici, uti Sophocles dixit *ἄγχαζε· ἀντὶ τοῦ ἀναχώρει*, vid. Grammaticum Bekkeri T. I. p. 340, 22, Pherecrates *ἄγχασκε· ἀντὶ τοῦ ἀνάχασκε* ibidem. Et similiter restituendum est apud Aristophanem in Lysistrata v. 384:

Ἄρδω σ' ὅπως ἀμβλαστάνῃς.

vulgo *ὡς ἂν βλαστάνῃς* legitur. Ad hunc Pamphilum autem aliosque publici aerarii fures pertinere videtur etiam alius eiusdem fabulae versus, qui legitur apud Athenaeum X. p. 446 E, ubi grammaticus de mensura futuri *πίομαι* disserit, *ἐνίοτε δὲ καὶ συστέλλουσι τὸ ῑ, ὡς Πλάτων ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν·*

Οὐδ' ὅστις αὐτῆς ἐκπίεται τὰ χρήματα.

dictus enim hic versus in viros populares, qui publicas opes mala fraude dilapidabant: pronomen enim illud (*αὐτῆς*) ad rem publicam (*πόλιν*) pertinet. Videtur autem Plato ab antiquiorum Atticorum consuetudine recessisse, cum litteram ῑ corriperet, id quod etiam in Syrphace fecit apud Athenaeum ibidem:

Καὶ πίεσθ' ὕδωρ πολύ.

Aristophanes certe producta syllaba dixit in Equitibus v. 1289:

Οὔποτ' ἐκ ταὐτοῦ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίον.

et ibidem v. 1401:

Κἀκ τῶν βαλανείων πίεται τὸ λούτριον.

Nihil autem probat alius Aristophanis versus ab Athenaeo eo loco, quem dixi, adscriptus:

Πικρότατον οἶνον τήμερον πίει τάχα.

sic enim verissime Dindorfius restituit. Produxit vero etiam Theopompus in Nemea ap. Athenaeum XI. p. 470 F:

Φιλοτησίαν δέ σοι προπίομαι.

et Sophocles in Oedipo Colon. v. 622:

Ψυχρός ποτ' αὐτῶν αἷμα θερμὸν πίεται.

Verum ii comici poetae, qui iam minus germani et casti sermonis sunt studiosi, non dubitaverunt corripere, uti Amipsias fecit ap. Athenaeum XI. p. 783 E:

Σὺ δ' ἄδε πρός· τήνδ' ἐκπίομαι δ' ἐγὼ τέως.

et Epicrates apud Athenaeum XIII. p. 570 D:

Ἐξέρχεταί τε πανταχόσ' ἤδη πιομένη.

ubi *πίομαι* propemodum praesentis temporis notionem adscivit, id quod ab Atticorum sermone abhorret, sed Homerus fere ita dixit in Iliade XIII. 443:

Ὡσεί τε μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα
Πιόμεν' ἐκ βοτάνης.

quamquam et in Epicratis et in Homeri versu si quis pro futuro accipiat non repugno: sed futuri significationem retinet in Odyssea X. 160:

Ὁ μὲν ποταμόνδε κατήιεν ἐκ νομοῦ ὕλης
Πιόμενος.

Praesens *πίομαι* est etiam Theognidi v. 956:

Ἄλλης δὲ κρήνης πίομαι ἢ ποταμοῦ

et 1125:

Εἶ πίομαι, πενίης θυμοφθόρου οὐ χαλεπαίνω.

ubi animadvertas itidem primam syllabam correptam esse. Pindarus denique Olymp. VI. 35 dixit:

Τᾶς ἐρατεινὸν ὕδωρ πίομαι.

Aliud huius Platonicae fabulae fragmentum satis corruptum vulgo legitur apud Pollucem X. 190: *Ἐπιπόρπαμα δὲ κιθαρῳδοῦ σκεῦος, ὡς Πλάτων ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν. Δότω τις ἔνδοθεν καὶ ἐπιπόρπαμα.* Et sic fere Codex A: sed emendatiora haec leguntur in codd. Voss. et Pal.: *ἐπιπόρπαμα δὲ κιθ. σκευή, ὡς Πλάτων ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν· Δότω τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν καὶ τοῦ πιπορπάματα.* Scribendum vero est:

Δότω δὲ τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν
Καὶ τοὐπιπόρπαμα.

Compares Aristophanem in Cocalo Fr. IV:

Ἐκδότω δέ τις
Καὶ ψηφολογεῖον ὧδε καὶ δίφρω δύο.

Compares praeterea cum hoc genere dicendi Aristophanem, qui in Heroibus dixit Fr. III:

Τρέχ' εἰς τὸν οἶνον ἀμφορέα κενὸν λαβὼν
Τῶν ἔνδοθεν καὶ βύσμα καὶ γευστήριον.

Citharoedus autem iubet intus sibi efferri citharam et fibulis aptam vestem: citharoedi enim plerumque satis superbo ornatu prodire solebant: itaque eorum luxuriem exagitat Aristophanes in Nubibus v. 331:

Οὐ γὰρ μὰ Δί' οἶσθ' ὅτιὴ πλείστους αὗται βόσκουσι σοφιστάς.
Θουριομάντεις, ἰατροτέχνους, σφραγιδονυχαργοκομήτας,
Κυκλίων τε χορῶν ᾀσματοκάμπτας, ἄνδρας μετεωροφένακας,
Οὐδὲν δρῶντας βόσκουσ' ἀργούς, ὅτι ταύτας μουσοποιοῦσιν.

haec enim arctissime copulanda sunt. Et accurate citharoedi ornatum sub oculos quasi subiicit Apuleius Floril. XV: „Adulescens est visenda pulcritudine, crinibus fronte parili separata per malas revulsis: pone aurem coma prolixior interlucentem cervicem scapularum finibus obumbrat: cervix succi plena, malae uberes, genae teretes, ac medio mento lacuna, eique prorsus citharoedicus status Deam conspiciens, canenti similis, tunicam picturis variegatam deorsus ad pedes deiectus ipsos, Graecanico cingulo, chlamyda velat utrumque brachium adusque articulos palmarum: cetera decoris in striis dependent: cithara balteo caelato apta, strictim sustinetur, manus eius tenerae, procerulae, laeva distantibus digitis nervos molitur, dextera psallentis gestu pulsabulum citharae admovet, ceu parata percutere."

Ex Platonis *Grypibus* attulit fragmentum Bekkeri Grammaticus T. I. p. 360, 6 in quo corrigendo non satis recte doctissimus editor versatus est: *Αἲ αἴ· ἠθικὸν τοῦτο· Πλάτων Γρυψίν·*

Αἲ αἴ, γελῶν δ' ἐπηκροώμην πάλαι.

ἔστι δὲ πολὺ παρὰ τοῖς τῆς μέσης κωμῳδίας καὶ νέας ποιηταῖς. ita scripsit Bekkerus, codex vero *γελῶ δ' ἐπικροώμην* exhibet: at non scripserat Plato, *ridens dudum audivi*, verum *Hahahae, risum tuum dudum audivi*, itaque corrigas:

Αἰαῖ· γέλων δ' ἐπηκροώμην σου πάλαι.

uti Aristophanes dixit in Equitibus v. 319:

Νὴ Δία, κἀμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταὐτόν, ὥστε καταγέλων
Πάμπολυν τοῖς δημόταισι καὶ φίλοις παρασχεθεῖν.

ubi fortasse recte Elmsleius *καὶ γέλων* coniecit: et in Ecclesiazusis v. 1156:

Τοῖς γελῶσι δ' ἡδέως, διὰ τὸν γέλων κρίνειν ἐμέ.

Ex Platonis *Hellade* sive *Insulis* memorabile servavit fragmentum Scholiasta ineditus ad Homer. Iliad. I. 137 apud Koenium ad Gregor. Corinth. p. 46 et sine fabulae nomine apud Eustathium ad Homer. p. 66, 32: *Εἰ μέν σοι τὴν θάλασσαν ἀποδώσει ἑκών, εἰ δὲ μή, ταῦτα πάντα συντριαινῶν ἀπολέσω.* quae quidem ita restituenda arbitror:

Εἰ μὲν οὖν σὺ τὴν θάλατταν αὐτὸς ἀποδώσεις ἑκών,
Εἰ δὲ μή γε, ταῦτα πάντα συντριαινῶν ἀπολέσω.

Neptuni autem haec sunt verba, qui cum Lacedaemoniis faveat, Athenienses imperium maritimum deponere iubet.

Platonis ex *Festis diebus* fragmentum, quo Euripidem nimio usu litterae sibilantis magnopere delectatum castigavit, servatum est apud Scholiastam Euripidis Medeae v. 463: *Πλεονάζει ὁ στίχος τῷ σ· ὅθεν καὶ ὁ Πλάτων ἐν ταῖς Ἑορταῖς φησιν·*

Ἔσωσας ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου.

Scribendum esse *ἐκ τῶν σίγμα τῶν Εὐριπίδου* recte animadvertit Porsonus, confirmatque Choeroboscus in Bekkeri Anecdotis T. III. p. 1169: *Τινὲς παραναγιγνώσκουσιν ἐν τῇ κωμῳδίᾳ· ἔσωσά σ' ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου· τὸ δὲ ἀληθέστερον κατὰ διάστασιν ἀναγινώσκεται, οἷον ἔσωσά σ' ἐκ τῶν σῖγμα, καὶ ἐπιφέρεται τῶν Εὐριπίδου, ἵνα εὑρέθῃ τὸ ἄρθρον ἐπιφερόμενον, λέγω δὲ τὸ τῶν.* Paullo auctius hoc fragmentum videtur Eustathius alio loco reperisse, ita enim scribit p. 1379, 56: *Ὅτι δὲ ὁ τοῦ σίγμα ἦχος καὶ ἄλλως λυπεῖν οἶδεν ἀκρόασιν διὰ τὸ συχνὸν τοῦ σίγμου, ὅτι στοιβάζεται, ὡς ἐν τῷ, ἔσωσά σ' ὡς ἴσασι καὶ ἑξῆς τὸ τοῦ Εὐριπίδου, δηλοῖ καὶ ὁ πρός τινα ἐν διπλασιασμοῖς τοῦ τ ἀττικίζοντα εἰπών, ὡς εὖ γέ σοι, ὅτι ἀπήλλαξας ἡμᾶς τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου.* et idem p. 813, 44: *Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἱστορεῖ τοὺς κωμικοὺς μάλιστα ἐκκλίνειν πᾶν τὸ ἔχον σιγμὸν καὶ ἐξήχησιν καὶ ψόφον, ἃ τῇ τραγῳδίᾳ μάλιστα ἂν ἁρμόττοι. Διὸ καὶ διασύροντες τοὺς τραγικοὺς ὡς μὴ τοιούτους, προσπαίζουσιν ἐν τῷ· Ἔσωσας ἡμᾶς ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου.* et rursus p. 896, 55: *Καὶ ἡ κωμῳδία μετὰ τὴν εὕρεσιν τῆς χρήσεως τοῦ τ ἀντὶ τοῦ σ ἐπισημαίνεταί χαίρειν, ὡς ἀπαλλαγεῖσα σῶν σιγμάτων Εὐριπίδου.* Platonem igitur ita fere scripsisse arbitror:

Εὖ γέ σοι γένοιθ', ἡμᾶς ὅτι
Ἔσωσας ἐκ τῶν σῖγμα τῶν Εὐριπίδου.

quae quidem comicus dixit in aliquem, qui Atticum illud *ταῦ* apto ineptove modo in locum litterae sibilantis substituit: conferas simillimum illud exemplum, quod Lucianus in iudicio litterarum exhibet, maxime c. 7, ubi sibilans littera graviter de littera *Ταῦ* conqueritur: *Ὁπότε δὲ καὶ ἐκ τούτων ἀρξάμενον ἐτόλμησε καττίτερον εἰπεῖν καὶ κάττυμα καὶ πίτταν, εἶτα ἀπερυθριάσαν καὶ βασίλιτταν ὀνομάζειν, οὐ μετρίως ἐπὶ τούτοις ἀγανακτῶ, καὶ πίμπραμαι, δεδιὼς μὴ τῷ χρόνῳ καὶ τὰ σῦκα τῦκα τις ὀνομάσῃ κτλ.* Ceterum *εὖ γέ σοι γένοιτο* ita dictum est, ut apud Euripidem in Teleph. Fr. XVI:

Εὖ σοὶ γένοιτο· Τηλέφῳ δ' ἁγὼ φρονῶ.

Platonis ex Cleophonte fragmentum legitur apud Grammaticum in Bekkeri Anecdotis T. I. p. 418, 25: *Πλάτων Κλεοφῶντι·*

Ἀλλ' αὔτ' ἀπαρτὶ τἀλλότρι' οἰχήσει φέρων.

sed in codice legitur *αὐτο:* scripserat poeta:

Ἀλλ' αὐτὸς ἀπαρτὶ τἀλλότρι' οἰχήσει φέρων.

Cleophonti enim aliquis crimini vertit, quod alienas opes h. e. publicas mala fraude surripuerit: eodemque nomine reprehenditur a Platone etiam in alio huius fabulae fragmento, quod servavit Eustathius p. 1441, 26: *Καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐξ ὑπερθετικῶν τῶν εἰς στος ὑπερθετικὰ ἢ συγκριτικά. καὶ Πλάτων ἐν Κλεοφῶντι·*

Ἵν' ἀπαλλαγῶμεν ἀνδρὸς ἁρπαγιστάτου.

Cf. de hoc versu Etymolog. Magn. p. 31, 12: *Ὥσπερ δὲ οὗτοι διὰ τοῦ εσ σχηματίζουσιν, οὕτω καὶ οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ισ ποτίστατον λέγουσι, καὶ λαγνίστατον καὶ ψευδίστατον, καὶ λαλίστερον εὕρηκά σε καὶ πτωχίστερον, Ἀριστοφάνης Πλατανισταῖς· Ἵν' ἀπαλλαγῶμεν ἀνδρὸς ἁρπαγιστάτου.* at ibi quidem legendum est: *Καὶ πτωχίστερον Ἀριστοφάνης* (intellexit grammaticus versum Acharnensium 425:

Οὐκ· ἀλλὰ τούτου πολὺ πολὺ πτωχιστέρου.)

Πλάτων· Ἵν ἀπ. Est autem hic quoque versus in ipsum Cleophontem dictus: plurimum enim pecuniae illum in suos usus convertisse arguebant, id quod Lysias quoque in orat. pro bonis Aristoph. indicat 48: *Κλεοφῶντα δὲ πάντες ἴστε, ὅτι πολλὰ ἔτη διεχείρισε τὰ τῆς πόλεως πάντα καὶ προσεδοκᾶτο πάμπολλα ἐκ τῆς ἀρχῆς ἔχειν· ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ οὐδαμοῦ δῆλα τὰ χρήματα, ἀλλὰ καὶ οἱ προσήκοντες καὶ οἱ κηδεσταί, παρ' οἷς κατέλιπεν, ὁμολογουμένως πένητές εἰσιν.* Nec mirum, cum Cleophon non tam ut ipse se suosque ditaret, publicis opibus usus sit, sed ut potentium gratiamque, qua fruebatur apud populum, firmaret, et quidquid vellet exsequeretur. Pecuniae autem publicae augendae maxime eo consuluit, quod exulum bona publicanda curavit, id quod Aristides indicat Orat. XLVI. T. II. p. 235 ed. Dindf.: *Ἀλλ' οἷα δὴ τὰ τῆς δημοκρατίας ἐπιχώρια, φαίνειν, ἐνδεικνύναι, δημεύειν, ὥσπερ Κλέωνα καὶ Κλεοφῶντα καὶ Ὑπέρβολον καὶ ἑτέρους ἀνθρώπους κτλ.* Ita Cleophon Andocidis domum, homine illo in exilium eiecto, occupavisse arguitur, vid. Andocides de mysteriis 146: *Καίτοι οὐκ ὄνειδος ὑμῖν ἐστιν ἡ Ἀνδοκίδου καὶ Λεωγόρου οὖσα, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τότ' ἦν ὄνειδος, ὅτ' ἐμοῦ φεύγοντος Κλεοφῶν αὐτὴν ὁ λυροποιὸς ᾤκει.* Maximam autem partem pecuniae publicae dilargitus est, ut imperitae plebis pauperumque favorem sibi conciliaret, itaque Aeschines de falsa legat. 76 de eo ita dicit: *καὶ διεφθαρκὼς νομῇ χρημάτων τὸν δῆμον.* Et ob hanc praecipue causam tantopere studebat bellum continuare gliscensque inimicitiarum incendium suscitare; pace enim restituta se, ut antea, ex animi libidine civitatem administrare posse desperabat. Et hoc nomine eum notari puto ab Aristophane in Ranis v. 359:

Ἢ στάσιν ἐχθρὰν μὴ καταλύει μηδ' εὔκολός ἐστι πολίταις,
Ἀλλ' ἀνεγείρει καὶ ῥιπίζει, κερδῶν ἰδίων ἐπιθυμῶν.

quibus versibus Cleophontem exagitari facile quilibet e spectantibus intellexit; fuit enim ille vir eo tempore, quo Aristophanes Ranas docuit, in civitate potentissimus et unus omnium maxime obstitit, quominus pax, multorum flagranti desiderio expetita, re-

conciliaretur: et infra quoque v. 675 Aristophanes nimiam honoris cupiditatem in Cleophonte notavit:

Μοῦσα χορῶν ἱερῶν ἐπίβηθι καὶ ἔλθ' ἐπὶ τέρψιν ἀοιδᾶς ἐμᾶς,
Τὸν πολὺν ὀψομένη λαῶν ὄχλον, οὗ σοφίαι μυρίαι κάθηνται,
Φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος, ἐφ' οὗ δὴ χείλεσιν ἀμφιλάλοις
Δεινὸν ἐπιβρέμεται Θρῃκία χελιδὼν
Ἐπὶ βάρβαρον ἑζομένη πέταλον,
Ῥύζει δ' ἐπίκλαυτον ἀηδόνιον νόμον, ὡς ἀπολεῖται, κἂν ἴσαι γένωνται.

et in extrema fabula v. 1530 satis acerbe eiusdem bellandi cupiditatem castigat:

Πρῶτα μὲν εὐοδίαν ἀγαθὴν ἀπιόντι ποιητῇ,
Ἐς φάος ὀρνυμένῳ δότε δαίμονες οἱ κατὰ γαῖαν,
Τῇ τε πόλει μεγάλων ἀγαθῶν ἀγαθὰς ἐπινοίας·
Πάγχυ γὰρ ἐκ μεγάλων ἀχέων παυσαίμεθ' ἂν οὕτως,
Ἀργαλέων τ' ἐν ὅπλοις ξυνόδων· Κλεοφῶν δὲ μαχέσθω
Κἄλλος ὁ βουλόμενος τούτων πατρίοις ἐν ἀρούραις.

Dissuaserat enim pacis conditiones, quas Lacedaemonii Atheniensibus obtulerant: itaque Scholiasta ad hunc locum: *Παρόσον, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, μετὰ τὴν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίαν Λακεδαιμονίων βουλομένων ἐκ Δεκελείας ἀπιέναι, ἐφ' οἷς ἔχουσιν ἑκάτεροι, καὶ εἰρήνην ἄγειν ἐπὶ τοῦ Καλλίου, Κλεοφῶν ἔπεισε τὸν δῆμον μὴ προσδέξασθαι, ἐλθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν μεθύων καὶ θώρακα ἐνδεδυκώς, οὐ φάσκων ἐπιτρέπειν, ἐὰν μὴ πάσας ἀφῶσι τὰς πόλεις οἱ Λακεδαιμόνιοι.* quocum consentit Aeschines de falsa legat. 76: *Καὶ τὴν τελευταίαν ἀβουλίαν φυλάξασθαι, ὅθ' ἡττημένοι τῷ πολέμῳ προκαλουμένων αὐτοὺς Λακεδαιμονίων εἰρήνην ἄγειν, ἔχοντας πρὸς τῇ Ἀττικῇ Λῆμνον καὶ Ἴμβρον καὶ Σκῦρον, δημοκρατουμένους κατὰ τοὺς νόμους, τούτων μὲν οὐδὲν ἤθελον ποιεῖν, πολεμεῖν δὲ προῃροῦντο, οὐ δυνάμενοι, Κλεοφῶν δέ, ὁ λυροποιός, ὃν πολλοὶ δεδεμένον ἐν πέδαις ἐμνημόνευον, παρεγγραφεὶς αἰσχρῶς πολίτης, καὶ διεφθαρκὼς νομῇ χρημάτων τὸν δῆμον ἀποκόψειν ἠπείλει μαχαίρᾳ τὸν τράχηλον, εἴ τις εἰρήνης μνησθήσεται.* Adde orat. in Ctesiphont. 150: *Ἦ μήν, εἴ τις ἐρεῖ, ὡς χρὴ πρὸς Φίλιππον εἰρήνην ποιήσασθαι, ἀπάξειν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐπιλαβόμενος τῶν τριχῶν, ἀπομιμούμενος τὴν Κλεοφῶντος πολιτείαν, ὃς ἐπὶ τοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου, ὡς λέγεται, τὴν πόλιν ἀπώλεσεν.* Etiam Lysias idem narrat contra Agoratum §. 8: *Πρῶτον μὲν οὖν Κλεοφῶντι ἐπέθεντο ἐκ τρόπου τοιούτου· ὅτε γὰρ ἡ πρώτη ἐκκλησία περὶ τῆς εἰρήνης ἐγίγνετο, καὶ οἱ παρὰ Λακεδαιμονίων ἥκοντες ἔλεγον, ἐφ' οἷς ἕτοιμοι εἶεν τὴν εἰρήνην ποιεῖσθαι Λακεδαιμόνιοι, εἰ κατασκαφείη τῶν τειχῶν τῶν μακρῶν ἐπὶ δέκα στάδια ἑκατέρου, τότε ὑμεῖς τε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ ἠνέσχεσθε ἀκούσαντες περὶ τῶν τειχῶν τῆς κατασκαφῆς, Κλεοφῶν τε ὑπὲρ ὑμῶν πάντων ἀναστὰς ἀντεῖπεν, ὡς οὐδενὶ τρόπῳ οἷόν τε εἴη ποιεῖν ταῦτα.* Non ita multo post, cum dominatus triginta virorum praepararetur, Theramenis amici atque socii eum accusaverunt atque morte multaverunt, vid. Lysias in Agoratum §. 12: *Οἱ δ' ἐνθάδε ὑπομένοντες*

καὶ ἐπιβουλεύοντες καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν εἰς ἀγῶνα Κλεοφῶντα καθιστᾶσιν, πρόφασιν μέν, ὅτι οὐκ ἦλθεν εἰς τὰ ὅπλα ἀναπαυσόμενος, τὸ δ᾽ ἀληθές, ὅτι ἀντεῖπεν ὑπὲρ ὑμῶν μὴ καθαιρεῖν τὰ τείχη. Ἐκείνῳ μὲν οὖν δικαστήριον παρασκευάσαντες, καὶ εἰσελθόντες οἱ βουλόμενοι ὀλιγαρχίαν καταστήσασθαι, ἀπέκτειναν ἐν τῇ προφάσει ταύτῃ. et uberius eandem rem narrat in oratione in Nicomachum §. 10, unde cognoscimus illius quoque Nicomachi fuisse partes in condemnando Cleophonte: *Ἐπειδὴ γὰρ ἀπολομένων τῶν νεῶν ἡ μετάστασις ἐπράττετο, Κλεοφῶν τὴν βουλὴν ἐλοιδόρει φάσκων συνεστάναι καὶ οὐ τὰ βέλτιστα βουλεύειν τῇ πόλει. Σάτυρος δὲ Κηφισιεὺς βουλεύων ἔπεισε τὴν βουλὴν δήσαντας αὐτὸν ἀπολέσαι· δεδιότες μὴ οὐκ ἀποκτείνωσιν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, πείθουσι Νικομαχίδην νόμον ἀποδεῖξαι, ὡς χρὴ καὶ τὴν βουλὴν συνδικάζειν, καὶ ὁ πάντων οὗτος πονηρότατος οὕτω φανερῶς συνεστασίασεν, ὥστε τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ἡ κρίσις ἐγένετο, ἀποδεῖξαι τὸν νόμον. Κλεοφῶντος τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἕτερα μὲν ἄν τις ἔχοι κατηγορῆσαι· τοῦτο δὲ παρὰ πάντων ὁμολογεῖται, ὅτι οἱ καταλύοντες τὸν δῆμον ἐκεῖνον ἐβούλοντο μάλιστα τῶν πολιτῶν ἐκποδὼν γενέσθαι, καὶ ὅτι Σάτυρος καὶ οἱ τῶν τριάκοντα γενόμενοι, οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν ὀργιζόμενοι Κλεοφῶντος κατηγόρουν, ἀλλ᾽ ἵνα ἐκεῖνον ἀποκτείναντες αὐτοὶ ὑμᾶς κακῶς ποιῶσι. Καὶ ταῦτα διεπράξαντο διὰ τὸν νόμον, ὃν Νικόμαχος ἀπέδειξεν* et quae seq.

Aliud eiusdem fabulae fragmentum legitur apud Phrynichum in Bekkeri Anecd. T. I. p. 9, 6: *Ἀναψαθάλλειν τὸ πέος· ἀνατρίβειν καὶ ἀνακνᾶν καὶ ψηλαφᾶν οἷον πρὸς τὸ πλησιάζειν. Ἕρμιππος ἄνευ προθέσεως λέγει ψαθάλλειν ἀντὶ τοῦ κνᾶν·*

Σὺ δὲ τὴν κεφαλὴν ψάθαλλέ μου.

Ἀντὶ τοῦ ψηλάφα. Καὶ Πλάτων ἐν Κλειτοφῶντι·

Ἐψάθαλλε λεῖος ὤν.

Nam ibi *Κλεοφῶντι* legendum esse apparet: videtur autem hoc quoque fragmentum de ipso Cleophonte intelligendum esse, nam haec optime conveniunt in istum, quem cinaedum fuisse dicit Scholiasta Aristophan. Thesmophoriaz. v. 805:

Καὶ μὲν δὴ καὶ Κλεοφῶν χείρων πάντως δήπου Σαλαβακχοῦς.

haec enim ibi adscripsit: *Κλεοφῶντα λέγει τὸν λυροποιόν· διαβάλλει δὲ αὐτὸν ὡς κίναιδον.*

Aliud eiusdem fabulae fragmentum legitur apud Athenaeum L. VII. p. 315 C. *Πλάτων Κλεοφῶντι·*

Σὲ γάρ τις, ὦ γραῦ, συγκατῴκισεν σαπρὰν
Ὀρφοῖσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βορὰν;

Probabiliter Porsonus addidit verba *τίς, ὦ.* Ceterum, ut coniicio, alloquitur ita aliquis (fortasse ipse Cleophon) matrem Cleophontis; videtur enim Plato illam piscibus pabulum expositam esse finxisse, prorsus ut in Eupolidis Marica mater Hyperboli obiecta est belluae marinae, vid. Aristophanes Nubibus v. 553:

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
Ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς,

Προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην τοῦ κόρδακος οὕνεχ', ἣν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.

nam haec verba extrema ad Eupolidis Maricam referenda censeo, etsi simul ad Phrynichum pertinere non improbabile est, ut vult Scholiasta: *Εἰσῆγε γραῦν Φρύνιχος ὑπὸ κήτους ἐσθιομένην, κατὰ μίμησιν Ἀνδρομέδας, διὰ γέλωτα τῶν θεατῶν.* Matrem autem Cleophontis in scenam esse productam docet etiam Scholiasta Aristophanis Ran. v. 581: *Καὶ Πλάτων ἐν Κλεοφῶντι δράματι, βαρβαρίζουσαν πρὸς αὐτὸν πεποίηκε τὴν μητέρα. Καὶ αὐτὴ δὲ Θρᾷσσα ἐλέγετο.* Saepe autem ob id ipsum, quod Thressa matre natus esset vexatus videtur, hinc Aristophanes l. l.:

ἐφ' οὗ δὴ χείλεσιν ἀμφιλάλοις
Δεινὸν ἐπιβρέμεται Θρῃκία χελιδὼν,
Ἐπὶ βάρβαρον ἑζομένη πέταλον.

ubi Scholiasta: *Τοῦτον κωμῳδεῖ ὡς ξένον καὶ φλύαρον καὶ δυσγενῆ. Θρᾷκα γὰρ αὐτὸν ἔλεγεν· ἀντεποιεῖτο δὲ τῶν πρωτείων τῆς πόλεως.* et rursus: *Ἵνα διαβάλλῃ αὐτὸν ὡς βάρβαρον· κωμῳδεῖται δὲ ὡς υἱὸς Θρᾴσσης. οὗτος δὲ ἦν ὁ καλούμενος Κλεοφῶν ὁ τυροποιός.* ubi corrigendum *ὁ λυροποιός*, ut Scholiast. ad Thesmophoriazusas versu laudato, Aeschines et Andocides. Et rursus ad v. 1500:

Καὶ δὸς τουτὶ Κλεοφῶντι φέρων.

Ὡς ξένος δὲ ὁ Κλεοφῶν κωμῳδεῖται. et v. 1505:

Κλεοφῶν δὲ μαχέσθω
Κἄλλος ὁ βουλόμενος τούτων πατρίοις ἐν ἀρούραις.

Atque hoc ipso nomine eum notasse Euripides dicitur in Oreste v. 902:

Κἀπὶ τῷδ' ἀνίσταται
Ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει,
Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος ἠναγκασμένος,
Θορύβῳ τε πίσυνος κἀμαθεῖ παρρησίᾳ,
Πιθανὸς ἔτ' αὐτοὺς περιβαλεῖν κακῷ τινι.

ubi Scholiasta Cleophontem irrisum esse dicit propter barbaram originem: verum mihi verba ista *Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος* nihil aliud significare videntur, nisi ***Argivus natione, sed ingenio et oratione non Argivus:*** Argivi enim pariter atque Lacedaemonii erant paucorum verborum, ille vero, ut ipse Euripides dicit, *ἀθυρόγλωσσος.* Ita Pindar. Isthm. V. 58:

Τὸν Ἀργεῖον τρόπον
Εἰρήσεταί πα χ' ἐν βραχίστοις.

ubi Scholiasta: *Σύντομοι δ' οὐ μόνον Λάκωνες, ἀλλὰ καὶ Ἀργεῖοι· Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ·*

Πάντ' οἶσθα, πάντ' ἔλεξα τἀντεταλμένα·
Μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς.

Et idem Tragicus in Acrisio apud Stobaeum LXXIV. 28:

Ἄλλως τε καὶ κόρη τε κἀργεία γένος,
Αἷς κόσμος ἡ σιγή τε καὶ τὰ παῦρ' ἔπη.

Virginem enim decet silere, Argivam pauca loqui.

Platonis Πρέσβεις scriptos esse in Epicratem et Phormisium, qui legationem ad Persarum regem susceperant, docet insigne fragmentum huius fabulae apud Athenaeum VI. p. 229 F: *Πλάτων δ' ἐν Πρέσβεσιν·*

Κατέλαβον Ἐπικράτης τε καὶ Φορμίσιος
Παρὰ τοῦ βασιλέως πλεῖστα δωροδοκήματα,
Ὀξύβαφα χρυσᾶ καὶ πινακίσκους ἀργυροῦς.

Epicratem plurimis donis a rege Persarum corruptum esse, ipse dicit Athenaeus VI. p. 251 A: *Ἐπικράτης δ' ὁ Ἀθηναῖος πρὸς βασιλέα πρεσβεύσας, ὥς φησιν Ἡγήσανδρος, καὶ πολλὰ δῶρα παρ' ἐκείνου λαβών, οὐκ ᾐσχύνετο κολακεύων οὕτως φανερῶς καὶ τολμηρῶς τὸν βασιλέα, ὡς καὶ εἰπεῖν, δεῖν κατ' ἐνιαυτὸν οὐκ ἐννέα ἄρχοντας, ἀλλ' ἐννέα πρέσβεις αἱρεῖσθαι πρὸς βασιλέα. Θαυμάζω δὲ ἔγωγε τῶν Ἀθηναίων, πῶς τοῦτον μὲν ἄκριτον εἴασαν, Δημάδην δὲ δέκα ταλάντοις ἐζημίωσαν, ὅτι θεὸν εἰσηγήσατο Ἀλέξανδρον, καὶ Τιμαγόραν δ' ἀπέκτειναν, ὅτι πρεσβεύων ὡς βασιλέα προσεκύνησεν αὐτόν.* Adde Plutarch. Pelopida c. 30: *Ἀλλ' ἔοικεν οὐχ ἡ δωροδοκία μάλιστα παροξῦναι τοὺς Ἀθηναίους· Ἐπικράτους γοῦν ποτὲ τοῦ σακεσφόρου, μήτ' ἀρνουμένου δῶρα δέξασθαι παρὰ βασιλέως, ψήφισμά τι γράψειν φάσκοντος, ἀντὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων χειροτονεῖσθαι κατ' ἐνιαυτὸν ἐννέα πρέσβεις τῶν δημοτικῶν καὶ πενήτων, ὅπως λαμβάνοντες εὐπορῶσιν, ἐγέλασεν ὁ δῆμος.* Pariter Phormisium a comicis poetis exagitatum esse, quod donis se corrumpi passus sit, etiam Scholiasta Aristophanis Ran. v. 992 dicit: *Κωμῳδεῖται δὲ εἰς δωροδοκίαν*, hanc ipsam ut videtur Platonis fabulam respiciens. Etsi igitur Epicrates et Phormisius ne ipsi quidem negaverunt, donis se a rege Persarum tentatos esse, tanta tamen illorum fuit auctoritas, tanta audacia et impudentia, ut nullas darent poenas. In ius quidem vocati sunt, extatque etiamnunc Lysiae oratio qua Epicratem ceterosque legationis socios graviter incusat eaque ipsa crimina in illos confert, quae comici poetae notaverunt, vid. p. 363 ed. Bekk.: *Κατηγόρηται μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Ἐπικράτους ἱκανὰ καὶ τῶν συμπρεσβευτῶν· ἐνθυμεῖσθαι δὲ χρὴ ὅτι πολλάκις ἠκούσατε τούτων λεγόντων, ὁπότε βούλοιντό τινα ἀδίκως ἀπολέσαι, ὅτι εἰ μὴ καταψηφιεῖσθε ὧν αὐτοὶ κελεύουσιν, ὑπολείψει ὑμᾶς ἡ μισθοφορά· καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον ἐνδεῖ, ὥστε τὸ μὲν πλῆθος καὶ ἡ αἰσχύνη ἡ διὰ τούτων ἡμῖν γίγνεται, ἡ δ' ὠφέλεια τούτοις· πεπείρανται γὰρ ὅτι, ὁπότε ἂν οὗτοι καὶ οἱ τούτων λόγοι δοκῶσιν αἴτιοι εἶναι ψηφιεῖσθαι ὑμᾶς παρὰ τὸ δίκαιον, ῥᾳδίως παρὰ τῶν ἀδικούντων χρήματα λαμβάνουσι· καίτοι τίνα χρὴ ἐλπίδα ἔχειν σωτηρίας, ὁπόταν ἐν χρήμασιν ἢ καὶ σωθῆναι τῇ πόλει καὶ μή, ταῦτα δὲ οὗτοι φύλακες ὑφ' ὑμῶν καταστάντες, οἱ τῶν ἀδικούντων κολασταί, κλέπτωσί τε καὶ καταδωροδοκῶσι;* Idem illic addit Epicratem non tunc primum a rege Persarum pecunia corruptum esse, sed iam ante ob illud ipsum crimen in ius vocatum esse: *Καὶ οὐ νῦν πρῶτον ὤφθησαν ἀδικοῦντες, ἀλλὰ καὶ πρότερον ἤδη δώρων ἐκρίθησαν*: quod quidem tunc factum esse puto, cum Tithraustes

satrapa Timocratem Rhodium cum quinquaginta talentis in Graeciam misit, qui viros potentissimos tentaret populique animos contra Lacedaemoniorum potentiam exacerbaret, quod factum Olymp. XCVI. 1. Xenophon quidem in Hellenicis III. 5, 1 Athenienses dicit nihil pecuniae a Timocrate accepisse, sed sua sponte promtoque animo arma contra Lacedaemoniorum dominationem sumsisse: *Ὁ μέντοι Τιθραύστης καταμαθεῖν δοκῶν τὸν Ἀγησίλαον καταφρονοῦντα τῶν βασιλέως πραγμάτων καὶ οὐδαμῇ διανοούμενον ἀπιέναι ἐκ τῆς Ἀσίας, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλπίδας ἔχοντα μεγάλας αἱρήσειν βασιλέα, ἀπορῶν τί χρῷτο τοῖς πράγμασι, πέμπει Τιμοκράτην τὸν Ῥόδιον εἰς Ἑλλάδα, δοὺς χρυσίον εἰς πεντήκοντα τάλαντα ἀργυρίου, καὶ κελεύει πειρᾶσθαι πιστὰ τὰ μέγιστα λαμβάνοντα διδόναι τοῖς προεστηκόσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐφ' ᾧτε πόλεμον ἐξοίσειν πρὸς Λακεδαιμονίους — Ἀθηναῖοι δὲ καὶ οὐ μεταλαβόντες τούτου τοῦ χρυσίου ὅμως πρόθυμοι ἦσαν εἰς τὸν πόλεμον.* At Xenophonti, qui saepius pro arbitrio ira ductus aut studio rerum memoriam interpolare solet, parum fidei est habendum: Pausaniae potius crediderim, qui et Epicratem et Cephalum a Timocrate dicit corruptos esse III. 9, 8: *Οἱ δὲ τῶν χρημάτων μεταλαβόντες Ἀργείων μὲν Κύλων τε εἶναι λέγονται καὶ Σωδάμας, ἐν Θήβαις δὲ Ἀνδροκλείης καὶ Ἰσμηνίας καὶ Ἀμφίθεμις· μετέσχε δὲ καὶ Ἀθηναῖος Κέφαλος καὶ Ἐπικράτης.* Tunc igitur existimo Epicratem in iudicium vocatum esse, iudicum tamen sententia absolutus est, vid. Lysias l. l.: *Καὶ ὑμῖν ἔχω ἐπικαλέσαι ὅτι τοῦ αὐτοῦ ἀδικήματος ὀνομάσαντος**) *μὲν κατεψηφίσασθε, τούτου δ' ἀπεψηφίσασθε, τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς ἁπάντων κατηγοροῦντος, καὶ τῶν αὐτῶν καταμαρτυρούντων.* Epicrates autem, tunc periculo liberatus, paulo post circa bellum Corinthium videtur ab Atheniensibus una cum Phormisio, aliis ad Artaxerxem regem Persarum missus esse, a quo magnifice exceptus est donaque pretiosissima accepit, alia vero publica munera mala fraude sibi vindicavit; itaque a Lysia in ista oratione duo potissimum crimina in illum coniiciuntur, quod pecunia corrumpi se passus sit et quod publicas opes surripuerit, cf. p. 365 seq. Quamquam autem in extrema oratione orator flagitat, ut ultimo supplicio afficiant Epicratem: *Νῦν τοίνυν ὦ ἄνδρες δικασταί, καταψηφισάμενοι Ἐπικράτους τῶν ἐσχάτων τιμήσατε, καὶ μή, ὥσπερ ἐν τῷ τέως χρόνῳ εἰθισμένοι ἐστέ, ἐν τῷ τιμήματι ἀζημίους ἀφίετε, ἔχθραν, οὐ δίκην παρὰ τῶν ἀδικούντων λαμβάνοντες.* tamen, id quod ille veretur, videtur effectum esse, ut iudicum sententiis liberarentur, quod cave mireris: nam non

---

*) *Ὀνομάσαντος* aperte corruptum; illud dubium utrum aliquis intelligendus sit, qui tunc una cum Epicrate eiusdem criminis fuerit reus, an exemplum aliunde petitum proponatur. Erat cum *Ὀνομακλέους* corrigendum censerem, qui quadringentorum imperio sublato propter legationem, quam illorum iussu Lacedaemona susceperat, condemnatus est, vid. Plutarch. vit. dec. orat. Antiphont. in fin., ceterum de Onomacle cf. Thucydid. VIII. 25.

solum Epicrates, quem Pausanias una cum Cephalo principem obtinuisse locum significat, sed etiam Phormisius plurimum gratia atque auctoritate apud populum valebat; erat enim unus ex iis, qui Peloponnesio bello extremo Athenas in libertatem vindicaverunt, cf. Dionysius Halicarn. de Lysia c. 32: *Τοῦ γὰρ δήμου κατελθόντος ἐκ Πειραιῶς καὶ ψηφισαμένου διαλύσασθαι πρὸς τοὺς ἐν ἄστει, καὶ μηδενὸς τῶν γεγενημένων μνησικακεῖν, δέους δὲ ὄντος μὴ πάλιν τὸ πλῆθος εἰς τοὺς εὐπόρους ὑβρίζῃ, τὴν ἀρχαίαν ἐξουσίαν κεκομισμένον, καὶ πολλῶν ὑπὲρ τούτου γεγενημένων λόγων, Φορμίσιός τις τῶν συγκατελθόντων μετὰ τοῦ δήμου, γνώμην εἰσηγήσατο, τοὺς μὲν φεύγοντας κατιέναι, τὴν δὲ πολιτείαν μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς τὴν γῆν ἔχουσι παραδοῦναι, βουλομένων ταῦτα γενέσθαι καὶ Λακεδαιμονίων.* Sed Lysias tunc homini alicui potenti orationem scripsit, qua hanc Phormisii sententiam reiiceret, vid. Dionys. ibid. c. 33: sicuti etiam postea illam contra Epicratem illiusque legationis socios orationem alii cuidam suppeditavisse videtur. Ipse Lysias quidem Epicrate familiariter usus est, quod quidem apparet ex Platonis Phaedro p. 227 B: *Ἀτὰρ Λυσίας ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐν ἄστει. ΦΑΙ. Ναί, παρ' Ἐπικράτει, ἐν τῇδε τῇ πλησίον τοῦ Ὀλυμπιείου οἰκίᾳ τῇ Μορυχίᾳ.* ubi non mirum est quod Epicrates in Morychi aedibus sedem cepisse dicitur, nam viri populares illo tempore optimatium divitumque bonis potiti erant: atqui Epicratem magnas aedes sibi comparasse apparet ex ipso Lysia p. 365: *Καὶ γάρ τοι εἰς τοσοῦτον ἥκομεν, ὥσθ' οἱ πρότερον ἐν τῇ εἰρήνῃ οὐδὲ σφᾶς αὐτοὺς ἐδύναντο τρέφειν, νῦν ὑμῖν εἰσφορὰν εἰσφέρουσι καὶ χορηγοῦσι καὶ οἰκίας μεγάλας οἰκοῦσι.*

Dixi Epicratem ceterosque legationis socios iudicum sententiis liberatos esse ad verisimilitudinis speciem proxime accedere: at adversari videtur Demosthenes, qui Epicratem morte damnatum esse prodidit memoriae de falsa legat. 277: *Κατὰ τουτὶ τὸ ψήφισμα ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν πρέσβεων ἐκείνων ὑμεῖς θάνατον κατέγνωτε, ὧν εἷς ἦν Ἐπικράτης, ἀνήρ, ὡς ἐγὼ τῶν πρεσβυτέρων ἀκούω σπουδαῖος καὶ πολλὰ χρήσιμος τῇ πόλει καὶ τῶν Πειραιῶς καταγαγόντων τὸν δῆμον καὶ ἄλλως δημοτικός· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτὸν ὠφέλησε τούτων, καὶ δικαίως.* Infra autem 280 affirmat Epicratem urbe exterminatum esse: *Τούτων οὕτως ἐχόντων ὑμεῖς ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ὄντες, οἱ δὲ καί τινες αὐτῶν ἔτι ζῶντες, ὑπομενεῖτε τὸν μὲν εὐεργέτην τοῦ δήμου καὶ τὸν ἐκ Πειραιῶς, Ἐπικράτην ἐκπεσεῖν καὶ κολασθῆναι.* Et tamen Plutarchus in vita Pelopidae c. 30 (vide supra) satis certo asserit absolutum esse Epicratem: at haec dissensio facile conciliari potest: nam Demosthenem non de illa Epicratis ad Artaxerxem legatione loqui apparet: nam quae dicit Epicratem atque socios commisisse 279: *Καὶ ἠλέγχθησάν τινες αὐτῶν ἐν τῇ βουλῇ οὐ τἀληθῆ ἀπαγγέλλοντες οὐδ' ἐπιστέλλοντες καὶ καταψευδόμενοι τῶν συμμάχων καὶ δῶρα λαμβάνοντες,* ea ex parte tantum congruunt cum illis criminibus, quae Lysias in ista oratione in legatos confert, magna vero ex parte discrepant. Intel-

lexit autem Demosthenes, ut coniicio, illam legationem, quam Epicrates ad Tiribazum suscepit, Olymp. XCVIII. 2. Epicratem enim pacis Antalcideae suasorem fuisse prodit Scholiasta Aristidis, qui in Panathenaico T. I. p. 283 ed. Dindf. dicit Athenienses tam aegre tulisse ignominiam, quae ipsis pace Antalcidea illata esset, ut auctores huius foederis supplicio affecerint: *Οὕτω προὐδόθησαν καὶ οὐδ' οὕτως ἁπάσαις ταῖς ψήφοις ὑπέμειναν, ἀλλὰ τῶν γε πεισάντων κατέγνωσαν, ἡγούμενοι παρὰ τὴν αὐτῶν εἶναι φύσιν καὶ οὐ θεμιτὸν πρὸ τῶν τροπαίων ὁντινοῦν τῶν Ἑλλήνων βασιλέων ἀκροᾶσθαι συγχωρῆσαι.* ubi Scholiasta: *Εἰς Ἐπικράτην αἰνίττεται, ὃς ἔπεισεν Ἀθηναίους δι' ἅσπερ ἴσμεν αἰτίας δέξασθαι τὴν εἰρήνην.* Iam omnia, quae sibi adversari videbantur, optime congruunt: post hanc enim pacem, Epicrates cum pecunia corruptus et ipsos Athenienses et socios prodidisset, condemnatus et exilio multatus est. Tunc autem non videtur denuo Phormisium legationis socium habuisse, siquidem aliquot annos post Olymp. C. 2 Phormisius inter eos fuit, qui Boeotis, cum Cadmeam expugnarent Lacedaemoniorumque imperium tollerent subsidio venerunt, vid. Dinarchus in Demosth. 38: *Ἀλλὰ ταυτὶ τὰ μικρὸν πρὸ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας γεγενημένα ὑπὸ Κεφάλου τοῦ ῥήτορος καὶ Θράσωνος τοῦ Ἐρχιέως καὶ Ἡλίου Φορμισίου* (fortasse *καὶ Θρασυδαίου Ἠλείου καὶ Φορμισίου* legendum est), *καὶ ἑτέρων ἀνδρῶν ἀγαθῶν, ὧν ἐνίων ἔτι καὶ νῦν ζῇ τὰ σώματα· τούτων γὰρ οἱ μὲν φρουρουμένης ὑπὸ Λακεδαιμονίων τῆς Καδμείας βοηθήσαντες τοῖς εἰς Θήβας κατιοῦσι τῶν φυγάδων τοῖς ἰδίοις κινδύνοις ἠλευθέρωσαν πόλιν ἀστυγείτονα.*

At Epicrates et Phormisius etsi primum a iudicibus absoluti sunt, eo graviores poenas comicis poetis dederunt, et Plato quidem in hac fabula in istis versibus, quibus iam supra usus sum, aperte illos dicit a Persarum rege corruptos esse:

Κατέλαβον Ἐπικράτης τε καὶ Φορμίσιος
Παρὰ τοῦ βασιλέως πλεῖστα δωροδοκήματα,
Ὀξύβαφα χρυσᾶ καὶ πινακίσκους ἀργυροῦς.

Pertinet vero eodem etiam illud fragmentum apud Athenaeum X. p. 424 A: *Κύαθον δ' ἐπὶ τοῦ ἀντλητῆρος Πλάτων εἴρηκεν ἐν Φάωνι οὕτως — καὶ ἐν Πρέσβεσιν· Κυάθους ὅσους ἐκλέπτεθ' ἑκάστοτε.* Plato ita videtur scripsisse:

Κυάθους ὅσους ἐκλεπτέτην ἑκάστοτε.

quae de Epicrate et Phormisio accipienda sunt: simile crimen Leuco in Legatis in Hyperbolo notat, vid. Hesychius v. *Πάαπις:*

Ἀτάρ, ὦ Μεγάκλεες, οἶσθά που, Παάπιδος
Ὑπέρβολος τἀκπώματα κατεδήδοκεν.

Eodem refero etiam illud, quod est apud Harpocrationem p. 27, 16: *Ἀποκηρύττοντες, ἀντὶ τοῦ πιπράσκοντες. Δημοσθένης κατ' Ἀριστοκράτους· Πλάτων Πρέσβεσιν·*

Σκευάρια δὴ κλέψας ἀπεκήρυξ' ἐκφέρων.

ἐπώλησεν. Et propter magnam cum hoc versiculo similitudinem ad eandem comoediae partem etiam illud refero, quod sine fabulae

nomine servavit Pollux VII. 210: *Καὶ χάρτας δὲ τοὺς γεγραμμένους Πλάτων εἴρηκεν ὁ κωμικός·*

Τὰ γραμματεῖα τούς τε χάρτας ἐκφέρων.

litteras enim publicas, quas legatus ad Persarum regem perferendas acceperat, dicitur prae nimia habendi cupiditate et impudentia vendidisse: similiter non illepide Aristophanes in Gerytade de legatis fame enectis dixit Fr. IX:

Τὴν μάλθαν ἐκ τῶν γραμματείων ἤσθιον.

Praeterea vero Plato in illis hominibus id notavit, quod barbam nimis prolixam alerent: nam huc pertinet fragmentum illud, quod legitur apud Aspasium ad Aristotel. Ethic. Nicomach. IV. 7: *Οἷον ἡ τῶν Λακώνων ἐσθὴς εὐτελὴς ἄγαν ἱστορεῖται Ξενοφῶντι· διὰ ταῦτα σκώπτουσιν αὐτοὺς οἱ κωμῳδοποιοί· ὡς Πλάτων ἐν Πρέσβεσι·*

Χαίρεις, οἶμαι, μεταπεττεύσας αὐτὸν διακλιμακίσας τε,
Τὸν ὑπηνόβιον, σπαρτιοχαίτην, ῥυποκόνδυλον, ἑλκετρίβωνα.

τοῦτο γὰρ Λάκωνες ἐποίουν, ἐγκράτειάν τινα καὶ καρτερίαν ἐπαγγελλόμενοι. neque enim haec sunt, quod fortasse quispiam ex Aspasii verbis coniiciat, de Lacedaemonio aliquo dicta, sed accipienda aut de Epicrate, aut de Phormisio; de alterutro certe sunt dicta: uterque enim more Lacedaemoniorum barbam alebat. Epicratem Aristophanes in Ecclesiazusis v. 68 propterea hoc modo risit:

Ἔχετε δὲ τοὺς πώγωνας, οὓς εἴρητ' ἔχειν
Πάσαισιν ἡμῖν, ὁπότε συλλεγοίμεθα;
ΓΥΝΗ. Δ. Νὴ τὴν Ἑκάτην, καλόν γ' ἔγωγε τουτονί.
ΓΥΝΗ. Ε. Κἄγωγ' Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ καλλίονα.

ubi Scholiasta: *Οὗτος κωμῳδεῖται εἰς δασύτητα: ἦν δὲ ῥήτωρ καὶ δημαγωγός· οὗτος μέγαν πώγωνα ἔχων ἐπεκαλεῖτο σακεσφόρος. καὶ Πλάτων ὁ Κωμικός φησιν·*

Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε.

quem versum ex Legatis Platonis depromptum esse iam Meinekius statuit. Est autem ad tragicorum similitudinem compositus: ita Aeschylus in Persis v. 384:

Πᾶς ἀνὴρ κώπης ἄναξ
Εἰς ναῦν ἐχώρει πᾶς θ' ὅπλων ἐπιστάτης.

et Euripides in Telepho Fr. XX:

Κώπης ἀνάσσει κἀποβὰς εἰς Μυσίαν
Ἐτραυματίσθη πολεμίῳ βραχίονι.

Σακεσφόρος autem vocatur Epicrates etiam a Plutarcho vit. Pelopid. l. l. Cf. Etymol. M. p. 361, 3: *Ἐπικράτης Ἀθηναῖος δημαγωγὸς ὁ καὶ ἔφορος* (lego *σακεσφόρος*) *καλούμενος· ἔστι δὲ ὁ Αἰσχίνου κηδεστὴς καὶ ἄλλος, οὗ μέμνηται Λυκοῦργος.* Male confudit eum cum Epicrate Aeschinis cognato, qui fuit prorsus diversus: nisi forte scribendum: *ἔστι δὲ καὶ ὁ Αἰσ.* i. e. *est vero etiam* (Epicrates) *qui fuit cognatus Aeschinis*, de quo cf. Photius p. 190, 16. De Epicrate cf. praeterea Epistol. Socrat. p. 29. Phormisius pariter barbam prolixam gerebat, vid. Aristophanes in Ranis v. 964:

Γνώσει δὲ τοὺς τούτου τε κἀμοῦ γ᾽ ἑκατέρου μαθητάς.
Τουτουμενὶ Φορμίσιος Μεγαίνετος δ᾽ ὁ Μάγνης,
Σαλπιγγολογχυπηνάδαι, σαρκασμοπιτυοκάμπται,
Οὑμοὶ δὲ Κλειτοφῶν τε καὶ Θηραμένης ὁ κομψός.

ubi Scholiasta: *Δίδυμός φησιν, ὅτι Φορμίσιος δραστικὸς ἦν, καὶ τὴν κόμην τρέφων, καὶ φοβερὸς δοκῶν εἶναι· διὸ καὶ Αἰσχύλου μαθητὴν φησὶν αὐτὸν εἶναι· δασὺς δὲ ἦν καὶ καθίει τὸν πώγωνα.* et verbum *σαλπιγγολογχυπηνάδαι* interpretans: *Σάλπιγγας καὶ λόγχας καὶ ὑπήνας ἔχοντες· τοῦτο δὲ εἰς τὸν Φορμίσιον ἀποτείνει.* Adde Scholiastam ad versum Ecclesiazus. 95:

Οὐκοῦν καλά γ᾽ ἂν πάθοιμεν, εἰ πλήρης τύχοι
Ὁ δῆμος ὤν, κἄπειθ᾽ ὑπερβαίνουσά τις
Ἀναβαλλομένη δείξειε τὸν Φορμίσιον.

Φορμίσιος· καὶ οὗτος δασὺς ἦν· αἰνίττεται δὲ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Alterutrum igitur, aut Epicratem, aut Phormisium notavit Plato. *Μεταπεττεύσας* dixit poeta metaphora sumta ab aleae ludo; conferas Photium p. 261, 25: *Μεταπεττεύειν· τὸ μεταβάλλεσθαι καὶ μεταβαίνειν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πεττευόντων, οἵτινες πολλάκις μεταβάλλονται ἐν τῇ παιδιᾷ. Διακλιμακίσας* autem dixit similitudine a pugilibus ducta: *κλίμαξ* enim erat luctae genus, quod commemorat Sophocles in Trachiniis v. 520:

Ἦν δ᾽ ἀμφίπλεκτοι
Κλίμακες, ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα
Πλήγματα καὶ στόνος ἀμφοῖν.

ubi Hermannus: „Nemo exposuit, quale hoc genus luctae esset. Positum erat, ni fallor, in eo, ut quis averteret adversarium, atque a tergo complexus quasi per scalam dorsum eius conscenderet. Apud Ovidium Achelous, in descriptione huius ipsius certaminis, Met. IX. 51: Quarto Exuit amplexus, adductaque bracchia solvit, Impulsumque manu (certum est mihi vera fateri) Protinus avertit, tergoque onerosus inhaesit. Si qua fides, (neque enim ficta mihi gloria voce Quaeritur) imposito pressus mihi monte videbar.“ Erant autem tunc plurimi qui externum cultum habitumque Laconum imitabantur, maxime optimates et qui optimatium partibus favebant, vid. Aristoph. Avv. 1281:

Ἐλακωμάνουν ἅπαντες ὄρνιθες τότε,
Ἐκόμων, ἐπείνων, ἐρρύπων, ἐσωκράτουν,
Σκυτάλι᾽ ἐφόρουν.

Adde Vesp. v. 474:

Σοὶ λόγους ὦ μισόδημε καὶ μοναρχίας ἐρῶν
Καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ καὶ φορῶν κράσπεδα
Στεμμάτων, τήν θ᾽ ὑπήνην ἄκουρον τρέφων;

adde Platonem in Protagora p. 342 C: *Νῦν δὲ ἀποκρυψάμενοι ἐκεῖνο ἐξηπατήκασι τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι λακωνίζοντας καὶ οἱ μὲν ὦτα τε κατάγνυνται μιμούμενοι αὐτοὺς καὶ ἱμάντας περιειλίττονται καὶ φιλογυμναστοῦσι καὶ βραχείας ἀναβολὰς φοροῦσιν, ὡς δὴ τούτοις κρατοῦντας τῶν Ἑλλήνων τοὺς Λακεδαιμονίους.* Sed posteriore

quoque tempore illa consuetudo Athenis viguit, vid. Schol. Aristoph. Plut. v. 84: *Πατροκλῆς· εἷς ἦν τῶν τὸν Λακωνικὸν βίον ζηλούντων Ἀθηναίων κτλ.*

Ex eadem huius comoediae parte depromtum esse puto fragmentum, quod fabulae nomine omisso servavit Athenaeus L. II. p. 48 A: *Νῦν δὲ τὴν τῶν στρωμάτων σύνθεσιν περιβολῇ χωρίζουσι καὶ ὑποβολῇ, φησὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος· ὁ δ' ὁμώνυμος αὐτῷ ποιητής φησι·*

Κᾆτ' ἐν κλίναις ἐλεφαντόποσιν καὶ στρώμασι πορφυροβάπτοις
Κἀν φοινικίσι Σαρδιαναῖσιν κοσμησάμενοι κατάκεινται.

Hic enim legati notantur, quod apud Artaxerxem Persarum modo et more luxuriaverint: conferas quae de Timagora Cretensi narrat Athenaeus L. II. p. 48 D: *Τὸν οὖν Κρῆτα Τιμαγόραν ἢ τὸν ἐκ Γόρτυνος, ὥς φησι Φανίας ὁ περιπατητικός, Ἔντιμον, ὃς ζήλῳ Θεμιστοκλέους ἀνέβη ὡς βασιλέα, τιμῶν Ἀρταξέρξης, σκηνήν τε ἔδωκεν αὐτῷ διαφέρουσαν τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, καὶ κλίνην ἀργυρόποδα, ἔπεμψε δὲ καὶ στρώματα πολυτελῆ καὶ τον ὑποστρώσοντα, φάσκων οὐκ ἐπίστασθαι τοὺς Ἕλληνας ὑποστρωννύειν· καὶ ἐπὶ τὸ συγγενικὸν ἄριστον ἐκαλεῖτο ὁ Κρὴς οὗτος, τὸν βασιλέα ψυχαγωγήσας· — τῷ δ' Ἐντίμῳ τοιαῦτα πολλὰ ἐποίει, καὶ ἐπὶ τὸ συγγενικὸν ἄριστον ἐκάλει, ἐφ' ᾧ οἱ Πέρσαι χαλεπῶς ἔφερον, ὡς τῆς τε τιμῆς δημευομένης, καὶ στρατείας ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πάλιν ἐσομένης. Ἔπεμψε δὲ καὶ κλίνην αὐτῷ ἀργυρόποδα καὶ στρωμνὴν καὶ σκηνὴν οὐρανόροφον ἀνθινήν, καὶ θρόνον ἀργυροῦν καὶ ἐπίχρυσον σκιάδειον, καὶ φιάλας λιθοκολλήτους χρυσᾶς, καὶ ἀργυρᾶς δὲ μεγάλας ἑκατὸν καὶ κρατῆρας ἀργυροῦς, καὶ παιδίσκας ἑκατόν, καὶ παῖδας ἑκατόν, χρυσοῦς τε ἑξακισχιλίους, χωρὶς τῶν εἰς τὰ ἐπιτήδεια καθ' ἡμέραν διδομένων.* De Timagora illo vid. etiam Gramm. Bekkeri T. I. p. 307, 27, qui Atheniensem vocat, ita etiam Photius p. 589, 7 seqq. Et consentire videtur ipse Athenaeus infra VI. p. 251 B.

CAPUT VII.

Theopompi comoediam, quae Venus fuit inscripta, Athenaeus VII. 324 B. adhibet: Θεόπομπος Ἀφροδίτῃ·

Ἀλλ' ἔντραγε
Τὴν σηπίαν τηνδὶ λαβοῦσα καὶ τοδὶ
Τὸ πουλυπόδειον.

Verum non ita inscripsit comicus fabulam, sed Ἀφροδίσια, sicuti etiam Scholiasta Aristoph. Plut. v. 179 appellat: ipsum autem fragmentum quod affert Athenaeus, satis commendat hunc titulum *Aphrodisia*. Sunt enim haec verba meretricis, quae amicam aliquam hortatur, ut sepiam atque polypum comedat die festo Aphrodisiorum: nam Athenis diebus festis in convivio opiparo sepiae potissimum et polypodes apponebantur. Ita in Thesmophoriis inter cibos conquisitos referuntur, vid. Aristoph. Thesmophoriazusis alteris Fr. III:

Α. Ἰχθὺς ἐώνηταί τις ἢ σηπίδιον
Ἢ τῶν πλατειῶν καρίδων ἢ πουλύπους,
Ἢ νῆστις ὀπτᾶτ' ἢ γαλεὸς ἢ τευθίδες;
Β. Μὰ τὸν Δί' οὐ δῆτ'. *Α.* Οὐδὲ βατίς; *Β.* Οὐδ', ἠμὶ ἐγώ.
Α. Οὐδὲ χόρι', οὐδὲ πῦος, οὐδ' ἧπαρ κάπρου,
Οὐδὲ σχαδόνας, οὐδ' ἠτριαῖον δέλφακος
Οὐδ' ἐγχέλειον, οὐδὲ κάραβον μέγαν
Γυναιξὶ κοπιώσαισιν ἐπεκουρήσατε;

Ita enim ista emendo.*) Item in Amphidromiis, sicut dilucide ostendit Ephippus in Geryone apud Athenaeum IX. p. 370 D. aut Eubulus, ex quo ille mutuo hos versus transtulisse videtur conf. Athenaeus II. p. 65, 10:

Ἀμφιδρομίων ὄντων, ἐν οἷς νομίζεται
Ὀπτᾶν τε τυροῦ Χερσονησίτου τόμους,
Ἕψειν τ' ἐλαίῳ ῥάφανον ἠγλαϊσμένην,

---

*) Legebatur v. 4 οὐδέ φημ' ἐγώ: restitui antiquam formam, qua usi sunt Sappho et Alcman apud Grammaticum Crameri T. I. p. 190, 20: Ἠσί· Δώσομεν, ἠσὶ πατήρ, φησὶν ἡ Σαπφώ· ἠτὶ δὲ λέγει Ἀλκμὰν ἀντὶ τοῦ ἠσίν. et infra: τὸ δὲ θέμα ἠμὶ γέγονε παρὰ τὸ φημὶ κατ' ἀφαίρεσιν. Sed etiam Attici poetae non aspernati sunt hanc formam, uti Hermippus apud Photium p. 62, 1: Παρὸ δὴ καὶ Ἕρμιππος ἐν Ἀθήνης γοναῖς ἠσὶν ἀντὶ τοῦ φησίν·

Ὁ Ζεύς, δίδωμι Παλλάς, ἠσί, τοὔνομα.

v. 5 legebatur οὐδὲ χόριον, corrigunt οὐ χόριον. at χόρια potius scribi debebat, quod vocabulum fere plurali numero dici solet.

Πνίγειν τε παχέων ἀρνίων στηθύνια,
Τίλλειν τε φάττας καὶ κίχλας ὁμοῦ σπίνοις,
Κοινῇ τε χναύειν τευθίσιν σηπίδια,
Πιλεῖν τε πολλὰς πλεκτάνας ἐπιστρόφως.

haec enim extrema de polypodibus sunt explicanda; hoc enim die festo amici et familiares solebant sepias et polypodes praeter cetera munera mittere, vid. Apostolius II. 89 et Harpocratio p. 35, 6: *Ἀμφιδρόμια· Λυσίας ἐν τῷ περὶ ἀμβλώσεως, εἰ γνήσιος ὁ λόγος· ἡμέρα τις ἤγετο ἐπὶ τοῖς νεογνοῖς παιδίοις, ἐν ᾗ τὸ βρέφος περὶ τὴν ἑστίαν ἔφερον τρέχοντες καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων καὶ φίλων πολύποδας καὶ σηπίας ἐλάμβανον.* Inde etiam licet Aristophanis comoediam, quam Daedalum inscripsit, illustrare. In hac enim fabula Iovem induxit, qui in varias formas mutaretur hominesque mala fraude deciperet, vid. Fr. II apud Suidam v. *Εὐρύβατος* T. I. p. 908: *Καὶ Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ ὑποθέμενος τὸν Δία εἰς πολλὰ ἑαυτὸν μεταβάλλοντα καὶ πλουτοῦντα καὶ πανουργοῦντα·*

Εἰ δή τις ὑμῶν εἶδεν Εὐρύβατον Δία.

quorsum respicit etiam Scholiasta Luciani Alexandri c. 4 in cod. Vindob.: *Ὁ δὲ Εὐρύβατος ὡς πονηρὸς καὶ πανοῦργος πρὸς δὲ καὶ προδότης εἰσάγεται Ἀριστοφάνει τῷ Κωμικῷ καὶ Δημοσθένῃ τῷ ῥήτορι· ὡσαύτως καὶ ὁ Φρυνώνδας ἐπὶ πονηρίᾳ βοᾶται Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις, Δήμοις. Ἀριστοφάνῃ δὲ Πραγῶνι, Ἀμφιαράῳ, Θεσμοφοριαζούσαις.* Formas autem illas varias Iuppiter induit, ut coniicio, Daedali usus ope, unde ipsa fabula nomen traxit: quorsum pertinet Fr. I, ubi *Δαιδάλεια* commemorantur et Fr. X *ἀρχιτεκτονεῖν.* Verum non videtur huc referendum esse Fr. III:

Ὁ μηχανοποιός, ὁπότε βούλει τὸν τροχὸν
Ἐᾶν ἀνέκας, λέγε, χαῖρε φέγγος ἡλίου.

nam hoc quidem puto dictum esse iculariter ab histrione ad eum, qui machinas in theatro curabat. Simillimus locus est in Pace v. 174:

Ὦ μηχανοποιέ, πρόσεχε τὸν νοῦν ὡς ἐμέ·
Ἤδη στροφεῖ τι πνεῦμα περὶ τὸν ὀμφαλόν,
Κεἰ μὴ φυλάξεις, χορτάσω τὸν κάνθαρον.

Ceterum in Daedali illo fragmento scribendum censeo: *ὁπότε βούλει τὸν τροχὸν Ἐλᾶν ἀνέκας. ἐλᾶν* infinitivus praesentis temporis est, qua forma etiam Attici poetae usi sunt, uti Euripides in Phaëthonte Fr. V:

Πατὴρ δ' ὄπισθε νῶτα σειραίου βεβὼς
Ἵππευε, παῖδα νουθετῶν· ἐκεῖσ' ἔλα,
Τήρει, στρέφ' ἅρμα τῇδε.)*

*) Sic corrigo illos versus, vulgo *τῇ ῥα στρέφ' ἅρμα τῇδε*: at neque *τῇ* ferri potest, neque *ῥά*, quod ab Atticorum consuetudine prorsus abhorret: neque multum tribuo Photio, qui p. 480, 18 dicit: *Ῥά· ἀντὶ τοῦ δή· οὕτως Πλάτων.*

Daedali igitur arte Iuppiter usus cum alias mulieres falsa imagine decepit, tum vero Ledam, non cycnum quidem, quod fabulae ferunt, sed gallum simulans, ut omni gravitate et dignitate detracta lepidissima imago ante spectantium oculos poneretur, quo referendum est Fr. VI:

Ὠιὸν μέγιστον τέτοκεν, ὡς ἀλεκτρυών.

et illud:

Ἐνίοτε πολλαὶ τῶν ἀλεκτορίδων βίᾳ
Ὑπηνέμια τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις.

quae nisi de Ledae et Iovis concubitu non possunt explicari: exhibueratque simillimam imaginem iam multo ante Cratinus in Nemesi, ubi itidem Iuppiter gallum simulat, vid. Athenaeum IX. p. 373 D; ubi docet gallos eximie ὄρνιθας vocari: *Ὁ αὐτὸς Κρατῖνος ἐν τῷ αὐτῷ δράματι (Νεμέσει) φησίν·*

Ὄρνιθα φοινικόπτερον

καὶ πάλιν·

Ὄρνιθα τοίνυν δεῖ σε γίγνεσθαι μέγαν.

et ibidem p. 373 F. aliud ex eadem Cratini fabula affertur fragmentum, quod magis etiam rem illustrat, ubi Iuppiter ita Ledam compellat:

Λήδα σὸν ἔργον, δεῖ σ' ὅπως εὐσχήμονος
Ἀλεκτρυόνος μηδὲν διοίσεις τοὺς τρόπους,
Ἐπὶ τῷδ' ἐπῴζουσ', ὡς ἂν ἐκλέψῃς καλὸν
Ἡμῖν τι καὶ θαυμαστὸν ἐκ τοῦδ' ὄρνεον.

Et ad Iovis cum Leda consuetudinem pertinet Daedali Fr. V:

Πάσαις γυναιξὶν ἐξ ἑνός γέ του τρόπου
Ὥσπερ παροψὶς μοιχὸς ἐσκευασμένος.

Iam Leda cum pueros peperisset, eius rei causa Amphidromia celebrari Aristophanes finxit, huc pertinent quae apud Athenaeum VII. p. 316 B. leguntur (Fr. IV): *Τὸ δὲ πώλυπον λέγειν Αἰολικόν· Ἀττικοὶ γὰρ πουλύπουν λέγουσιν· Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ·*

Καὶ ταῦτ' ἔχοντα πουλύπους καὶ σηπίας.

καὶ πάλιν·

Τὸν πουλύπουν μοὖθηκε.

καὶ πάλιν·

Πληγαὶ λέγονται πουλύπου πιλουμένου.

haec enim prorsus illi Atticorum consuetudini conveniunt. Quod infra apud Athenaeum p. 323 C. primus versus ex Aristophanis Danaidibus affertur, id errore factum arbitror, legendum enim est *Δαιδάλῳ*, idemque vitium eximendum censeo etiam alii loco Athenaei ibid. p. 324 B: *Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις — καὶ ἐν Δαναΐσιν·*

Ὀσμύλια καὶ μαινίδια καὶ σηπίδια.

corrigas *ἐν Δαιδάλῳ*: eadem auctiora, sed fabulae titulo omisso exhibet Pollux II. 76:

Τραπόμενον εἰς τοὖψον λαβεῖν
Ὀσμύλια καὶ μαινίδια καὶ σηπίδια.

nam haec verba dicit aliquis, qui ipsis Amphidromiis solemnia munera Iovi quasi amico cuidam ac familiari missurus est. Et maenides inter cibos solemnes huius festi diei refert etiam Eubulus apud Athenaeum II. p. 65 C:

Κοινῇ τε χναύειν μαινίσιν σηπίδια,
Πιλεῖν τε πολλὰς πλεκτάνας ἐπιστρεφῶς.

Sed ut illuc revertar, easdem dapes Theopompus etiam Aphrodisiis appositas fuisse finxit: Aphrodisia autem Athenis a meretricibus potissimum celebrari sunt solita; itaque etiam comicum poetam meretricum convivium in hac fabula repraesentavisse coniicio, compares quod Macho dicit apud Athenaeum XIII. p. 579 E:

Πρὸς τὴν Γνάθαιναν Δίφιλος κληθείς ποτε
Ἐπὶ δεῖπνον, ὡς λέγουσι, τοῖς Ἀφροδισίοις,
Τιμώμενος μάλιστα τῶν ἐρωμένων
Λήθῃ δ' ὑπ' αὐτῆς ἐκτενῶς ἀγαπώμενος
Παρῆν.

Adde Plautum in Poenulo I. 2, 43:

Diem pulcrum et celebrem et venustatis plenum,
Dignum Veneri pol, quoi sunt Aphrodisia hodie.

et ibidem v. 53 sic loquitur meretrix:

Turba est apud aram: An te ibi vis inter istas versarier
Prosedas pistorum amicas, reliquias alicarias,
Miseras scoeno delibutas, servolicolas sordidas,
Quae tibi olent stabulum statumque sellam et sessibulum merum,
Quas adeo haud quisquam unquam liber tetigit, neque duxit domum,
Servolorum sordidulorum scorta diobolaria.

et V. 4, 1:

Fuit hodie operae pretium eius, qui amabilitati animum adiiceret,
Oculis epulas dare, delubrum qui hodie ornatum invisere venit,
Deamavi eccastor illi ego lepidissima munera meretricum.

et quae sequuntur, quae etsi de Calydoniis Aphrodisiis dicuntur, sunt tamen ad illam urbem translata ab Atheniensium festo: Atheniensem enim poetam, Menandrum, sequitur Plautus: ac Menander etiam in Parasito Aphrodisia fecit celebrari, vid. Athenaeus XIV. p. 659 D: *Διόπερ Μένανδρος ἐν Κόλακι τὸν τοῖς τετραδισταῖς διακονούμενον μάγειρον ἐν τῇ τῆς πανδήμου Ἀφροδίτης ἑορτῇ ποιεῖ ταυτὶ λέγοντα·*

Σπονδή· δίδου σὺ σπλάγχν' ἀκολουθῶν· ποῖ βλέπεις;
Σπονδή· φέρ' ὦ παῖ Σωσία· σπονδή· καλῶς
Ἔγχει· θεοῖς Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα,
Ὀλυμπίαισι, πᾶσι, πάσαις· λάμβανε
Τὴν γλῶτταν ἐν τούτῳ· διδόναι σωτηρίαν,
Ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλά, τῶν ὄντων τε νῦν
Ἀγαθῶν ὄνησιν πᾶσι, ταῦτ' εὐχώμεθα.

Celebrabantur autem Aphrodisia cum alibi in Graecia, tum praecipue Corinthi a meretricibus, vid. Athenaeus XIII. p. 574 B:

Ὅτι δὲ καὶ Ἀφροδίσια ἴδια ἄγουσιν αὐτόθι (Corinthi) *αἱ ἑταῖραι Ἄλεξις ἐν Φιλούσῃ φησίν·*

Ἀφροδίσι' ἦγε ταῖς ἑταίραις ἡ πόλις,
Ἕτερα δὲ χωρίς ἐστι ταῖς ἐλευθέραις·
Ταῖς ἡμέραις ταύταις δὲ κωμάζειν ἔθος
Ἔστιν νόμος τε τὰς ἑταίρας ἐνθάδε
(Κοινῇ) μεθ' ἡμῶν.

Et fortasse haec quoque Aphrodisia, quae Theopompus exhibuit, non Athenis sed Corinthi celebrantur: etenim videtur poeta in hac Aphrodisiorum solemnitate Philonidi homini libidinoso et abiecto quasdam tribuisse partes, graviter quidem eum vexat duobus versibus, qui leguntur apud Schol. Aristoph. Plut. v. 179: *Καὶ Θεόπομπος Ἀφροδισίοις·*

Ὄνος μὲν ὠγκᾶθ' ὁ Μελιτεὺς Φιλωνίδης,
Ὄνῳ δὲ μιγείσης μητρὸς ἔβλαστε τῇ πόλει.

legebatur *ὀγκᾶθ'*, quod tolerari nequit, et *ὄνῳ μιγείσης*, at requiritur copulae alicuius vinculum, quod haec coniungat cum praegressis, nisi forte malis: *Ὃς ὄνῳ μιγείσης μητρὸς ἔβλαστε τῇ πόλει.* Theopompus autem cum Philonidem tanquam asinum rudere dixit, non tam ingentem corporis magnitudinem notasse videtur, quod censet Scholiasta: *Κωμῳδεῖται δὲ ὡς εὔπορος καὶ ὡς μέγας τῷ σώματι καὶ ἠλίθιος*, verum turpitudinem insignem ei exprobravit: et ob id ipsum a Philyllio camelus vocatur:

Ἥτις κάμηλον ἔτεκε τὸν Φιλωνίδην.

apud eundem Scholiastam: male autem vulgo legitur *κάμηλος*: quod ego restitui commendat vel Platonis ex Laio locus, qui ibidem legitur, ita corrigendus:

Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι
Φιλωνίδην αὖ τέτοκεν ἡ μήτηρ ὄνον
Τὸν Μελιτέα, κοὐκ ἔπαθεν οὐδέν;

Plato autem hoc nomine non solum turpitudinem Philonidis notavit, sed eundem etiam propter stuporem castigavit: nam eo modo *ὄνος* saepissime in opprobriis dictum est; Plato autem in illo loco nihil aliud egisse videtur, quam ut stultos et ignavos quosdam homines recenseret, qui quidem satis commendationis ab ipsa mentis stupiditate haberent, quorsum spectant illi versus, quos ad Anacreontem p. 257 redintegravi:

Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι
Ὁ μὲν Λέαγρος, Γλαύκωνος ὢν μεγάλου γένους
Ἀβελτεροκκόκυξ ἠλίθιος περιέρχεται
Σικύου πέπονος εὐνουχίου κνήμας ἔχων.

Philonidem autem natura tardum et hebetem neque liberaliter excultum fuisse indicat etiam Nicochares in Galatea:

Ἦ γὰρ ἔτ' ἀπαιδευτότερος εἶ Φιλωνίδου
Τοῦ Μελιτέως.

ita haec emendanda sunt. Atque Theopompus quoque cum illum tanquam asinum rudere, matrem autem cum asino concubuisse dixit,

eius stultitiam notavit: iam quod ἔβλαστε τῇ πόλει ait, Philonidem subindicat etiam ad res publicas administrandas accessisse. Opibus autem et divitiis cum abundaret, et parasitorum numero maximo fuit stipatus et vero meretricibus plurimum dedit pecuniae. Et Laidis quidem amore Philonidem perditum fuisse, quae quamvis deformem hominem aspernaretur, auro tandem victa est, Aristophanes in Pluto v. 199 dicit, ubi pecuniae vim Cario celebrat:

'Ερᾷ δὲ Λαῒς οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου;

quamquam hic ipse locus magna aliqua difficultate laborat, quandoquidem Aristophanes de Laide tanquam viva, de re tanquam praesente loquitur: atqui Lais tunc, cum iterum Aristophanes Plutum doceret, iam fuit mortua: sensit hanc difficultatem etiam Scholiasta, homo doctus, qui haec adnotavit: Ὅτι Ἀριστοφάνης οὐ λέγει σύμφωνα κατὰ τοὺς χρόνους. ληφθῆναι γάρ φησιν αὐτὴν ἐν Σικελίᾳ πολιχνίου τινὸς ἁλόντος ὑπὸ Νικίου ἑπτέτιν, ὠνηθῆναι δὲ ὑπὸ Κορινθίου τινὸς καὶ πεμφθῆναι δῶρον τῇ γυναικὶ εἰς Κόρινθον· ἵνα δὴ ἐπὶ Χαβρίου τις ταῦτα γενέσθαι δῷ, ὅτε εὖ ἔπραττον Ἀθηναῖοι ἐν Σικελίᾳ· ἔστι δὲ ὡς Διοκλέους ἔτη ιδ', ὥστε ἄλογον διὰ ὀνόματος αὐτὴν ἐπαίρειν· ἐμφαίνει δὲ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ (recte Meinekius Φάωνι) ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει ὕστερον διδαχθέντι ἐπὶ Διοκλέους (librarii hic est error, recte iam Hemsterhusius Φιλοκλέους scripsit) ὡς μηκέτι αὐτῆς οὔσης· δύναται μέντοι καὶ αὐτῆς ζώσης λέγεσθαι. Prudenter sane ille grammaticus rationem subducit, ita ut etiam iis, quae aliorum testimoniis non confirmantur, fides sit habenda. Laidem Hyccaris, oppido Siciliae oriundam esse, inde bello captam et Corinthum abductam esse Athenaeus quoque narrat auctore Polemone XIII. p. 588 B: Λαΐδος τε τῆς ἐξ Ὑκκάρων, πόλις δ' αὕτη Σικελική, ἀφ' ἧς αἰχμάλωτος γενομένη ἧκεν εἰς Κόρινθον, ὡς ἱστορεῖ Πολέμων ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον· ἧς καὶ Ἀρίστιππος ἦρα καὶ Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ Διογένης τε ὁ κύων — οὐχ Ὑπερίδης μνημονεύει ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας δευτέρῳ; et rursus p. 589 A. teste Nymphodoro usus Νυμφόδωρος δ' ὁ Συρακούσιος ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ἐξ Ὑκκάρου φησὶ Σικελικοῦ φρουρίου εἶναι τὴν Λαΐδα. Recte vero ille grammaticus Laidem dicit captam esse Chabria praetore, Olymp. XCI. 2, hoc enim anno Nicias Hyccara expugnavit incolasque captivos abduxit, vid. Thucydides VI. 62: Καὶ ἐν τῷ παράπλῳ αἱροῦσιν Ὕκκαρα, πόλισμα Σικανικόν, Ἐγεσταίοις δὲ πολέμιον· ἦν δὲ παραθαλασσίδιον· καὶ ἀνδραποδίσαντες τὴν πόλιν παρέδοσαν Ἐγεσταίοις (παρεγένοντο γὰρ αὐτῶν ἱππῆς) αὐτοὶ δὲ πάλιν τῷ μὲν πεζῷ ἐχώρουν διὰ τῶν Σικελῶν, ἕως ἀφίκοντο ἐς Κατάνην, αἱ δὲ νῆες περιέπλευσαν, τὰ ἀνδράποδα ἄγουσαι· Νικίας δὲ εὐθὺς ἐξ Ὑκκάρων ἐπὶ Ἐγέστης παραπλεύσας κτλ. Quod autem grammaticus ille septennem dicit fuisse Laidem, id cum cetera congruant, non est in dubitationem vocandum: iam recte deinde ratiocinatur, Aristophanem non potuisse in priore Pluto Laidis mentionem facere, cum illo tempore, utpote puella nondum adulta,

vix magnam satis nominis celebritatem nacta fuerit. Aristophanis Plutus prior doctus est Diocle praetore, Olympiad. XCII. 4, id quod Scholiasta supra quoque docet ad v. 173: *Δῆλον δὲ ἐκ τοῦ ἐν δευτέρῳ φέρεσθαι, ὅς ἔσχατος ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ εἰκοστῷ ἔτει ὕστερον.* atqui altera editio cadit in Antipatri annum, h. e. Olymp. XCVII. 4 ita ut viginti intersint anni, vid. didascal. *ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου κτλ.* Dioclis autem anno, quo docebat Aristophanes Plutum priorem, Lais annum agebat tertium vel quartum decimum, quandoquidem sexto anno ante, cum captiva patria urbe abduceretur, Olymp. XCI. 2 septennis fuerat. Redarguere igitur voluit grammaticus eorum sententiam, qui haec ex priore Pluto in posteriorem translata esse opinabantur, cum dicit: *ἔστι δὲ ἕως Διοκλέους ἔτη ιδ'* (hoc est ab eo anno, quo nata est, usque ad Dioclis praeturam anni sunt quatuordecim) *ὥστε ἄλογον διὰ ὀνόματος αὐτὴν ἐπαίρειν.* Iam demonstrare idem studet, quam parum haec ei tempori conveniant, quo posteriorem Plutum docuerit Aristophanes, cum Lais quatuor vel quinque annis ante iam fuerit mortua, siquidem Plato in Phaone, quae fabula docta est praetore Philocle Olymp. XCVII. 1 eam tanquam mortuam commemoraverit: *Ἐμφαίνει δὲ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φάωνι ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει ὕστερον διδαχθέντι ἐπὶ Φιλοκλέους, ὡς μηκέτι αὐτῆς οὔσης.* nam inter Dioclem et Philoclem interiecti sunt anni septendecim, rectius igitur *ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει* scripseris. De veritate tamen huius quod ex Platone petiit testimonii ipse videtur dubitare, quandoquidem subiicit: *Δύναται μέντοι καὶ αὐτῆς ζώσης λέγεσθαι.* hoc est si recte interpretor: *illud quod Plato dicit, potest etiam de viva Laide dictum esse.* Et de Platonis quidem testimonio non possumus iudicare, quandoquidem grammaticus ipsa comici poetae verba non adscripsit: et potuit sane comicus dicere meretricem mortuam esse, quae flore aetatis privata esset: at id quidem non cadebat in Laidem, quae tunc, si viveret, vix tricesimum ageret annum. Itaque cum nullus idoneus sit testis, qui Laidem ultro produxisse vitam arguat, sane non derogem fidem Platoni: fuit igitur Lais in ipso aetatis curriculo, ante annum tricesimum exstincta. Tum igitur sane non congruit, quod dicit Aristophanes:

Ἐρᾷ δὲ Λαῒς οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου;

atque hoc ipsum Athenaeum videtur commovisse, ut emendationem ingeniosissimam proponeret; scribendum enim censuit *Ναΐς*, quam meretricem amatam fuisse ab hoc Philonide Lysiae testimonio confirmat, vid. XIII. p. 592 C: *Καθάπερ καὶ Ἀλκιδάμας ὁ Ἐλαΐτης ὁ Γοργίου μαθητὴς ἔγραψε καὶ αὐτὸς ἐγκώμιον Ναΐδος τῆς ἑταίρας· τὴν δὲ Ναΐδα ταύτην Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλωνίδου βιαίων, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, φησὶ γενέσθαι Φιλωνίδου ἐρωμένην, γράφων ὧδε. Ἔστιν οὖν γυνὴ ἑταίρα, Ναῒς ὄνομα, ἧς Ἀρχίας ὁ κύριος ἐστίν· ὁ δ' Ὑμέναιος ἐπιτήδειος· ὁ Φιλωνίδης δ' ἐρᾶν φησί· μνημονεύει αὐτῆς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γηρυτάδῃ· μήποτε δὲ κἂν τῷ Πλούτῳ, ἐν ᾧ λέγει·*

'Ερᾷ δὲ Λαΐς οὐ διά σε Φιλωνίδου;
γραπτέον Ναῒς καὶ οὐ Λαΐς. Cf. Harpocratio s. v. *Ναΐς.* De Naide conferas Athenaeum XIII. p. 586 F. et Philetaerum comicum ibid. p. 587 F. Sane apparet Philonidem Naidis civis Atticae, eiusque meretricis amore incensum eaque vi potitum et propterea a Lysia in ius vocatum esse, qua de re docte exposuit Hanovius in Exercitatt. Critt. p. 31 seqq., non tamen adducor, ut Athenaeo Laidem expellenti in eiusque locum Naidem substituenti assentiar: etenim alius eiusdem fabulae locus satis ab omni dubitatione defendit Laidis commemorationem: nam infra v. 302 Aristophanes rursus Philonidis cum Laide consuetudinem attigit, atque ita tractat, ut rem tunc recentem et omnium ore tritam fuisse appareat:

'Εγὼ δὲ τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ' ἀνακυκῶσαν,
Ἣ τοὺς ἑταίρους τοῦ Φιλωνίδου ποτ' ἐν Κορίνθῳ
Ἔπεισεν, ὡς ὄντας κάπρους
Μεμαγμένον σκῶρ ἐσθίειν, αὐτὴ δ' ἔματτεν αὐτοῖς,
Μιμήσομαι πάντας τρόπους,
Ὑμεῖς δὲ γρυλλίζοντες ὑπὸ φιληδίας
Ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι.
ΧΟΡ. Οὐκοῦν σὲ τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρμακ' ἀνακυκῶσαν
Καὶ μαγγανεύουσαν μολύνουσάν τε τοὺς ἑταίρους
Λαβόντες ὑπὸ φιληδίας
Τὸν Λαρτίου μιμούμενοι τῶν ὄρχεων κρεμῶμεν,
Μινθώσομέν θ' ὥσπερ τράγου
Τὴν ῥῖνα· σὺ δ' Ἀρίστυλλος ὑποχάσκων ἐρεῖς·
Ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι.

Circem illam Corinthiam Laidem esse, recte animadvertunt Scholiastae: *Φιλωνίδου· δέον εἰπεῖν 'Οδυσσέως, ὁ δὲ Φιλωνίδου εἶπε· κωμῳδεῖ δὲ αὐτὸν ὡς πλούσιον καὶ παρασίτους ἔχοντα καὶ διὰ τὸν Λαΐδος ἔρωτα ἐν Κορίνθῳ διάγοντα· κωμῳδεῖται δὲ καὶ ὡς συώδης σὺν τοῖς ἑταίροις αὐτούς, οὓς κάπρους εἶπε· τὴν δὲ Λαΐδα Κίρκην εἶπε, ἐπεὶ τοὺς ἐραστὰς ἐφαρμάκευεν*: item alius: *Ὥσπερ καὶ Κίρκην, φησὶ παίζων τὴν Λαΐδα φαρμάσσουσαν τοὺς ἐρῶντας· τροπικῶς δὲ παίζει εἰς ταύτην ἐκεῖθεν ἄγων τὴν ἱστορίαν· δῆλον δὲ ἐκ τοῦ περὶ Φιλωνίδου διειληφέναι· κάπρους δέ φησι τοὺς ἑταίρους τοῦ Φιλωνίδου τῷ ὅλῳ ἤθει· καὶ ταῦτα δὲ εἰς Φιλωνίδην τὸν Μελιτέα, ὡς οὐ μόνον μέγαν, ἀλλὰ καὶ ἀμαθῆ καὶ ὑώδη κτλ.**)

*) Similiter, ut coniicio, etiam Anaxilas in Circe aliquam meretricem, fortasse hanc ipsam Laidem, spectantibus ridendam propinavit: maxime vero Cinesiam, hominem libidinosum et plane perditum exagitavit, vid. Athenaeus III. p. 95 B: *'Αναξίλας δ' ἐν Κίρκῃ·*
Δεινὸν μὲν γὰρ ἔχειν σ' ὑὸς
Ῥύγχος, ὦ φίλε Κινησία.
ita enim haec corrigo; Cinesiam enim, propter spurcitiem et foeditatem finxit a Circe meretrice in suem mutatum esse: sed supersedeo hic de Cinesia disserere, quoniam haec accuratam explicationem requirunt. Ad eandem

Itaque hic locus satis illum versum ab omni dubitatione defendit, neque scribendum est *Ναΐς*, praesertim cum ignoremus, quo tempore Naidem amaverit Philonides, quod aut multo ante, aut etiam post accidisse potest. Sed cum Lais illa nobilissima meretrix iam aliquot annos fuerit mortua, de hac quidem Aristophanes nequit cogitasse: itaque haec omnia refero ad Laidem iuniorem, Corinthiam, cuius consuetudine usus sit Philonides. Eius aetatem autem in hoc tempus incidere consentaneum est, cum mater eius apud Alcibiadem sit versata, vid. Athenaeus XII. p. 535 C, qui de Alcibiade dicit: *Στρατηγῶν δὲ συμπεριήγετο αὐτῷ τήν τε Λαΐδος τῆς Κορινθίας μητέρα Τιμάνδραν καὶ Θεοδότην τὴν Ἀττικὴν ἑταίραν.* et rursus XIII. p. 574 E: *Καὶ ἑτέρας δὲ δύο ἑταίρας ἐπήγετο ἀεὶ ὁ Ἀλκιβιάδης, Δαμασάνδραν τῆς Λαΐδος τῆς νεωτέρας μητέρα καὶ Θεοδότην.* Mater autem, cum proprio nomine Timandra uteretur, postea, quoniam multos habuit amatores, Damasandra videtur appellata esse. Hyccarica autem Lais cum maximam esset nacta nominis celebritatem, iunioris famam ita oblitteravit, ut propemodum prorsus delitesceret. Verum de utraque Laide dicam commodiore loco. Huius igitur iunioris Laidis consuetudine cum Philonides

---

Circen pertinet aliud fragmentum huius fabulae, quod legitur apud Athenaeum IX. p. 374 E: *Καὶ Ἀναξίλας δ' ἐν Κίρκῃ ἀρσενικῶς εἴρηκε τὸν δέλφακα καὶ ἐπὶ τοῦ τελείου τέθεικε τοὔνομα εἰπών·*

Τοὺς μὲν ὀρειονόμους ὑμῶν ποιήσει δέλφακας ὑλιβάτας,
Τοὺς δὲ πάνθηρας, ἄλλους ἀγρώστας λύκους,
Ἄλλους λέοντας.

Ita enim haec constituenda sunt. In hunc gregem fortasse etiam Platonem retulit, vid. Diog. Laert. III. 28: *Χλευάζει δ' αὐτὸν* (*Πλάτωνα*) *καὶ Ἀναξίλαν ἐν Βοτρυλίωνι καὶ Κίρκῃ καὶ Πλουσίαις.* Et poterat sane hoc nomine notare Platonem, quem Antisthenes ob id ipsum vexavit, vid. Athenaeus V. p. 220, E: *Καὶ Πλάτωνα δὲ μετονομάσας* (*Ἀντισθένης*) *Σάθωνα ἀσυρῶς καὶ φορτικῶς τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἐπιγραφὴν διάλογον ἐξέδωκε κατ' αὐτοῦ.* cf. Diog. Laert. III. 35. Et ipse Plato Archeanassae Colophoniae meretricis amore se captum esse carminibus professus est, vid. Athenaeus XIII. p. 589 C. Diog. Laert. III. 31, obiterque etiam Aristophanes Platonis notavit libidines in Ecclesiazusis v. 994:

ΝΕ. Ἀλλ' ὦ μέλ', ὀρρωδῶ τὸν ἐραστήν σου. ΓΡ. Τίνα;
ΝΕ. Τὸν τῶν γραφέων ἄριστον. ΓΡ. Οὗτος δ' ἐστι τίς;
ΝΕ. Ὃς τοῖς νεκροῖσι ζωγραφεῖ τὰς ληκύθους·
Ἀλλ' ἄπιθ', ὅπως μή σ' ἐπὶ θύραισιν ὄψεται.

sed hic Platonem intelligi, pariter atque supra v. 647 et in Pluto v. 314 alias ostendam. Non dissimilem prorsus imaginem Anaxilas in Calypso exhibuisse videtur, namque illud quod legitur apud Athenaeum III. p. 95 C: *Ἀναξίλας — καὶ ἐν Καλυψοῖ·*

Ῥύγχος φορῶν ὕειον ᾐσθόμην τότε.

refero ad Cinesiam, qui apud Calypsonem, quid ipse a Circe perpessus sit, exponit: idemque ex periculo, quod olim subiit, cautior factus, non vult poculum attingere, itaque Calypso dicit (Athenaeus IV. p. 172 A: *Ἀναξίλας δ' ἐν Καλυψοῖ φησιν*)·

Παραγενήσεταί σοι πρῶτον ἡ γραῦς τοῦ ποτοῦ.

uteretur et ob id ipsum plurimum tempus Corinthi transigeret, sane potuit Theopompus ita instituere, ut Aphrodisia ista, quibus Philonides interesset, Corinthi celebrarentur.

Admeti comoediae, quam scripsit Theopompus, tenuis exstat memoria apud Athenaeum XV. p. 690 A, sed videtur ad eandem fabulam aliud fragmentum pertinere, quod legitur ibidem VI. p. 264 A: *Θετταλῶν δὲ λεγόντων Πενέστας τοὺς μὴ γόνῳ δούλους, διὰ πολέμου δ' ἡλωκότας, Θεόπομπος κωμικὸς ἀποχρησάμενος τῇ φωνῇ φησί·*

. . Δεσπότου πενέστου ῥυσὰ βουλευτήρια.

Refero hunc versum ad Admetum, potissimum quoniam *δεσπότης πενέστης* de rege Thessalo, qui quamvis herus, inferior tamen servis esset, satis lepide et facete dictum est: servum autem loqui arbitror, qui senes ab Admeto in consilium adhibitos ita compellat: et apud Euripidem quoque in cognomine fabula chorus ex senibus Thessalis constat: ipsa vero haec oratio prorsus ad tragicam gravitatem ridendam composita est, compares Aeschylum in Persis v. 175:

Πρὸς τάδ', ὡς οὕτως ἐχόντων τῶνδε σύμβουλοι λόγου
Τοῦδέ μοι γενέσθε Περσῶν γηραλέα πιστώματα.

Theopompum autem verisimillimum est in hac fabula tractavisse illud de Admeto et Alcestide reduce, deque Hercule argumentum, quo quidem argumento iam Euripides ita usus erat, ut ad comicam levitatem prope accederet. Pertinet autem haec fabula ad mediam, non ad antiquam comoediam et una ex postremis Theopompi fabulis est, id quod arguit Peronis unguentarii commemoratio, vid. Athenaeus XV. p. 690 A: *Μνημονεύει τοῦ μυροπώλου τούτου τοῦ Πέρωνος καὶ Θεόπομπος ἐν Ἀδμήτῳ καὶ ἐν Ἡδυχάρει.* Peronem istum commemorat etiam Anaxandrides in Protesilao apud Athenaeum eo loco, quem dixi, et XII. p. 553 D:

Μύρῳ δὲ παρὰ Πέρωνος, οὔπερ ἀπέδοτο
Ἐχθὲς Μελανώπῳ, πολυτελοῦς, Αἰγυπτίου,
Ὧι νῦν ἀλείφει τοὺς πόδας Καλλιστράτου.

qui versus ita sunt explicandi: ***Unguento a Perone, pretioso, Aegyptio, quod hesterno die Melanopo vendidit, nunc eodem Callistrati pedes permulcet.*** Compositi autem hi versus sunt ad ipsius ut videtur Peronis inconstantiam castigandam, qui modo Melanopo faverit, modo a Callistrati partibus steterit: Melanopus enim et Callistratus in republica administranda gravissimas exercuerunt inimicitias: nisi forte ultimus versus ita est explanandus, ut non de Perone dicatur verum de Melanopo, quem poeta fortasse propterea notare voluit, quod parum firmo esset animo, ita ut Callistrato modo assentiret, modo adversaretur: Melanopus enim ille, etsi diversam sequebatur sententiam, tamen saepe a Callistrato pecunia corruptus cessit adversario: quam avaritiam ei exprobrat Plutarchus in vita Demosthenis v. 13: *Καὶ Μελάνωπος, ἀντιπολιτευόμενος Καλλιστράτῳ καὶ πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ χρήμασι μετατι-*

θέμενος, εἰώθει λέγειν πρὸς τὸν δῆμον· Ὁ μὲν ἀνὴρ ἐχθρός, τὸ δὲ τῆς πόλεως νικάτω συμφέρον. Hic Melanopus legatus missus est Lacedaemona, qui pacem cum Thebanis conciliaret, Olymp. CI. 1 Alcisthene praetore, vid. Xenophon in Hellenicis VI. 3, 2: *Ἔπειτα δὲ ἐξέπεμψαν καὶ αὐτοὶ πρέσβεις· ἦν δὲ τῶν αἱρεθέντων Καλλίας Ἱππονίκου, Αὐτοκλῆς Στρομβιχίδου, Δημόστρατος Ἀριστοφῶντος, Ἀριστοκλῆς, Κηφισόδοτος, Μελάνωπος, Λύκανθος.* Interfuit vero huic concilio etiam Callistratus, vid. Xenoph. VI. 3, 3, qui orationem quoque habuit, vid. ibid. 10 et quae seqq. Restituendum est Melanopi nomen in epistola IV, quae Aeschinis nomine fertur p. 474 ed. Bekkeri: *Καὶ εἰ μηδενὸς ἔτι τῶν παρὰ Μαντίᾳ μνημονεύεις, ἐν γοῦν ταῖς ἐκκλησίαις Μελανώπου* (ita etiam unus codex, vulgo *Μελανίππου*) *ἑκάστοτε ἀκούεις λέγοντος Ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμ' Ἀθᾶναι**) *καὶ ὅτι Πινδάρου τοῦ Θηβαίου τὸ ἔπος τοῦτό ἐστι λέγοντος, καὶ ὅτι ἐζημίωσαν αὐτὸν Θηβαῖοι τοῦτο ποιήσαντα τὸ ἔπος, οἱ δὲ ἡμέτεροι πρόγονοι διπλῆν αὐτῷ τὴν ζημίαν ἀπέδοσαν, μετὰ τοῦ καὶ εἰκόνι χαλκῇ τιμῆσαι.* Quod ille de Melanopo dicit, nequaquam fictum aut commenticium arbitror, cum illa aetate, qua Athenienses inter atque Thebanos gravissima intercessit invidia et discordia, satis apte orator illius rei memoriam renovare potuerit. Pindari autem praeconio alii quoque oratores iam ante ad Atheniensium animos deleniendos usi erant; quod propter Aristophanes levitatem popularium suorum perstringit, qui facile talibus illecebris capiantur, vid. Acharn. v. 633:

Φησὶν δ' εἶναι πολλῶν ἀγαθῶν ἄξιος ὑμῖν ὁ ποιητής,
Παύσας ὑμᾶς ξενικοῖσι λόγοις μὴ λίαν ἐξαπατᾶσθαι,
Μηδ' ἥδεσθαι θωπευομένους μήτ' εἶναι χαυνοπολίτας.
Πρότερον δ' ὑμᾶς ἀπὸ τῶν πόλεων οἱ πρέσβεις ἐξαπατῶντες
Πρῶτον μὲν ἰοστεφάνους ἐκάλουν· κἀπειδὴ τοῦτό τις εἴπε,
Εὐθὺς διὰ τοὺς στεφάνους ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε.

---

*) Ita olim haec correxi, vid. Zimmermanni Annales. Vulgo enim legitur *αἵ τε λιπαραί*, confirmatque hoc ex parte unus Aeschinis codex, in quo *αὖ τε* exstat: prorsus autem emendationem confirmat Eustathius in vita Pindari p. 20 ed. Schneidewin: *Ἐχθρὰ δέ φασι φρονούντων ἀλλήλοις Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων, ἐπεὶ ἔγραψέ που·*

Ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ μεγαλοπόλιες Ἀθῆναι.

κατὰ δέ τινας ἐπεὶ ἔρεισμα Ἑλλάδος ἔφη τὰς Ἀθήνας, ἐζημίωσαν αὐτὸν οἱ Θηβαῖοι χιλίαις δραχμαῖς, ἃς ἐξέτισαν ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀθηναῖοι ὡς φιλαττικοῦ. At vero augere etiam licet carmen illud iis, quae Scholiasta Aristidis T. III. p. 341 ed. Dindorf. conservavit: Aristides enim cum in Panathenaico dixisset *ἀκούων τὸ τῆς σοφίας πρυτανεῖον καὶ τὴν τῆς Ἑλλάδος ἑστίαν καὶ τὸ ἔρεισμα*, haec interpres adscripsit: *τὸ δὲ ἔρεισμα πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι καὶ Πίνδαρος δέ φησιν· Ἔρεισμ' Ἀθήνας δαιμόνιον πτολίεθρον*, ubi codex D *Ἀθηναίων* praebet: alius autem Scholiasta in codice C: *Τὸ δὲ ἔρεισμα Πίνδαρός φησιν οὕτως· Ἔρεισμα Ἀθήνας δαιμόνιον πτολίεθρον.* Itaque eximium illud Pindari praeconium hunc in modum conformandum est:

Ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀοίδιμοι,
Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθᾶναι, δαιμόνιον πτολίεθρον.

Εἰ δέ τις ὑμᾶς ὑποθωπεύσας λιπαρὰς καλέσειεν Ἀθήνας,
Εὕρετο πᾶν ἂν διὰ τὰς λιπαράς, ἀφύων τιμὴν περιάψας.

quibus Gorgiam maxime petit; quem ipse secutus dixit in Equitibus v. 1329, ubi Chorus:

Ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι,
Δείξατε τὸν τῆς Ἑλλάδος ὑμῖν καὶ τῆς γῆς τῆσδε μόναρχον.

In Melanopum Callistrati orationem commemorat Aristoteles Rhetor. I. 14: *Ἀδικήματα δὲ μείζονα, ὅσα ἂν ἀπὸ μείζονος ᾖ ἀδικίας· διὸ καὶ τὰ ἐλάχιστα, μέγιστα, οἷον ὃ Μελανώπου Καλλίστρατος κατηγόρει, ὅτι παρελογίσατο τρία ἡμιωβέλια ἱερὰ τοὺς ναυποιούς· ἐπὶ δικαιοσύνης δὲ τοὐναντίον· ἔστι δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ ὑπερέχειν τῇ δυνάμει· ὁ γὰρ τρία ἱερὰ ἡμιωβέλια κλέψας, κἂν ὁτιοῦν ἀδικήσειεν.* Verum quae de Callistrato disseri possunt, accuratiorem disputationem requirunt. Illud ex his versibus Anaxandridis satis apparet, Peronem unguentarium fuisse Melanopi et Callistrati aequalem: iam Theopompus in Admeto cum Peronem commemoraverit, illam fabulam non ante Olympiadem C docuisse censendus est: usque ad illam aetatem Theopompum comoedias scripsisse satis superque arguit quod in Medo dixit de eodem hoc Callistrato apud Athenaeum XI. p. 485 C:

Ὥς ποτ' ἐκήλησεν Καλλίστρατος υἷας Ἀχαιῶν
Κέρμα φίλον διαδούς, ὅτε συμμαχίαν ἐρέεινεν,
Οἷον δ' οὐ κήλησε δέμας λεπτὸν Ῥαδάμανθυν
Λύσανδρον, κώθωνα πρὶν αὐτῷ δῶκε λεπαστήν.

Ceterum nescio an Peronis nomen etiam restituendum sit in versibus Antiphanis, quos Athenaeus statim subiungit eo loco, quo Theopompi Admetum adhibet, *Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἀντείᾳ·*

Πρὸς τῷ μυροπώλῃ γενόμενον κατελίμπανον
Αὐτὸν περὶ μύρον· μέλλει δὲ συνθεὶς σοι φέρειν
Τὰ κινναμώμινα ταῦτα καὶ τὰ νάρδινα.

nam haec plane non possunt ad primarium Athenaei consilium referri, quod in animo habuit quodque supra professus est: *Ὅτι δὲ διὰ σπουδῆς ἦν τοῖς παλαιοτέροις ἡ τῶν μύρων χρῆσις δῆλον ἐκ τοῦ καὶ ἐπίστασθαι ποῖόν τι ἑκάστῳ τῶν μελῶν ἡμῶν ἐστιν ἐπιτήδειον:* consentaneum igitur est ea pertinuisse ad Peronis memoriam illustrandam: fortasse scripserat Antiphanes:

Πρὸς τῷ μυροπώλῃ γενόμενον κατελίμπανον
Αὐτὸν Πέρωνι περὶ μύρον· μέλλει δέ σοι
Συνθεὶς φέρειν τὰ κινναμώμινα ταῦτα καὶ
Τὰ νάρδινα.

Ex Theopompi Cauponis insigne sed satis depravatum fragmentum servavit Scholiasta Aristophanis Avium v. 1406: *Τινὲς δὲ ὅτι κοῦφος καὶ χλωρὸς ἦν Λεωτροφίδης ὡς ἐοικέναι ὄρνιθι· Θεόπομπος δὲ ἐν ταῖς Καπηλίσι Λεωτροφίδης τρίμετρος ὡς Λεόντινος εὔχρως τε φᾶναι καὶ χαρίεις ὥσπερ νεκρός.* Nescio an scribendum sit:

Λεωτροφίδης ὁ τρίμετρος, ὡς Λεόντιος,
Εὔχρως τεθνάναι τε καὶ χαρίεις ὥσπερ νεκρός.

si is versus Achaei est, nam idem Sophoclem in Momo dixisse testatur Choeroboscus in Bekkeri Anecdotis T. III. p. 1364. Et tragicos poetas imitatus Aristophanes dixit in Vespis v. 1081:

Εὐθέως γὰρ ἐκδραμόντες σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι.

et in Pace v. 357:

Ἐς Λύκειον κἀκ Λυκείου σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι.

vindicavitque Hermannus saepius rectissime Sophocli, uti in Aiace factum est v. 1055. At sunt alia, quae sane minus Attica sunt, in Theopompi reliquiis, uti in Pantaleonte apud Pollucem X. 41 dixit, si haec recte restitui in epistola ad Schill. Andoc. p. 137:

Ῥάψας ὅλον γναφάλλων
Ἔσαξε.

Attici enim *κνέφαλλον* dixerunt, uti Aristophanes et Plato comici poetae apud Herodianum *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 39 at *γνάφαλλον* vulgaris est forma, qua usus est Alcaeus apud Athenaeum X. p. 430 B, nisi is forte Aeolensium more *γνόφαλλον* dixit; atque *γνάφαλλον* in nonnullis codicibus Cratini lectum esse testatur Herodianus ibidem: verum apud Athenaeum, qui hoc ipsum ex Effeminatis attulit fragmentum licet satis depravatum III. p. 111 E, *κνέφαλλον* legitur: et videtur etiam in hoc ipso Theopompi loco varietas lectionis fuisse, quod ipsius produnt Pollucis codices, in quibus legitur: *Ῥάψας ὅλον κνέφαλον σάξαι γναφάλῳ.* ita ut sane coniicere possis, Theopompum scripsisse: *Ῥάψας ὅλον κνεφάλλων Ἔσαξε.* sed ambigo propterea maxime, quod veteres grammatici hanc comoediam Theopompo abiudicaverunt, uti Pollux illo loco indicat: *προσχρήσεται τῷ ῥηθέντι ἐν Πανταλέοντι Θεοπόμπου, εἰ καὶ ἀμφισβητεῖται τὸ δρᾶμα.* supra tamen sine dubitatione dixit IX. 16: *Καὶ Θεόπομπος δὲ ἐν Πανταλέοντι καὶ σπηλάδιον εἴρηκεν.* At *μεθύση γυνὴ* quod dixit, non est improbandum, vid. Pollux VI. 25: *Ἡ γυνὴ δὲ μεθύση καὶ μεθύστρια παρὰ Θεοπόμπῳ τῷ κωμικῷ· ὁ γὰρ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρῶν Μενάνδρῳ δεδόσθω.* ipsa Theopompi verba supra attulit II. 18: *Γεραιτέρα, γραῖα, καὶ ὡς Θεόπομπος ὁ κωμικός, πρεσβῦτις, φίλοινος, μεθύση, οἰνοκάχλη, κοχώνη.* verum haec sic videntur restituenda esse:

Γραῖα, πρεσβῦτις, φίλοινος, μέθυσος, οἰνομάχλη, κοχώνη.

siquidem etiam *μέθυσος γυνὴ* dictum est, vid. Phrynichum p. 151 ed. Lobeck.: *Μέθυσος ἀνήρ, οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ μεθυστικός· γυναῖκα δὲ ἐρεῖς μέθυσον καὶ μεθύσην.* et sic ipse Phrynichus loquitur in Bekkeri Anecdotis T. I. p. 51, 26: *Μεθυσοχάρυβδις· ἐπὶ γυναικὸς μεθύσου, οὐκ ἐπὶ ἄρρενος.* Aristophanes in Vespis v. 1402 dixit:

Θρασεῖα καὶ μεθύση τις ὑλάκτει κύων.

At non satis Atticum est *κυνάριον,* quo utitur poeta, vid. Phrynichus p. 180: *Κυνίδιον λέγε, Θεόπομπος δ' ὁ κωμικὸς ἅπαξ που κυνάριον εἶπεν.* Abhorrent enim omnino deminutiva ista, quae in *άριον* cadunt a cultiore Atticorum sermone, sed cum vulgi ore maxime frequentarentur, non prorsus abstinuerunt comici poetae, maxime ii, qui ad mediam et recentem comoediam pertinent, et vero omnino serioris

aevi scriptores: ita *κυνάριον* dixit Alcaeus comicus, vid. Antiatticista Bekkeri T. I. p. 104, 30: *Κυνάριον οὐ μόνον κυνίδιον. Ἀλκαῖος κωμικός.* et Timotheus comicus poeta hoc nomine fabulam inscripsit, vid. Athenaeus VI. p. 243 D. Et Plato quoque philosophus, qui non semper lecto sermonis genere utitur, in Euthydemo p. 298 D. eandem formam admisit, et postea multi, uti Athenaeus XII. p. 518 F: *κυνάρια Μελιταῖα*, sed infra p. 519 B: *ἔχαιρον τοῖς Μελιταίοις κυνιδίοις* dixit. Antiquiores vero comici poetae non temere his formis usi sunt, certe Aristophanes in Babyloniis, ut nescio quem rideret, talia frequentavit, vid. Aristoteles Rhetor. III. 2, 15: *Ἔστι δὲ ὁ ὑποκορισμός, ὃς ἔλαττον ποιεῖ καὶ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθόν, ὥσπερ καὶ Ἀριστοφάνης σκώπτει ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις ἀντὶ μὲν χρυσίου χρυσιδάριον, ἀντὶ δ' ἱματίου ἱματιδάριον, ἀντὶ δὲ λοιδορίας λοιδορημάτιον καὶ νοσημάτιον· εὐλαβεῖσθαι δὲ δεῖ καὶ παρατηρεῖν ἐν ἀμφοῖν τὸ μέτριον.* In eadem fabula *βοιδάριον* dixit Fr. X et fortasse *βιβλιδάριον*, vid. Pollux VII. 210, et in Daetalensibus *κλινάριον* vid. Fr. XXXIII, sed *κυνίδιον* ibid. XVIII, uti etiam Eupolis apud Scholiastam Aristoph. Av. 1297; at *ἀνδράριον* Aristophanes dixit in Acharnensibus v. 517, sed ibi aptissime, ut virorum popularium pravitatem notaret:

Ἀλλ' ἀνδράρια μοχθηρά, παρακεκομμένα,
Ἄτιμα καὶ παράσημα καὶ παράξενα.

Eupolis vero apud Eustathium ad Odyss. p. 1680, 29 dixit:

Ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, μὴ φθονερὸν ἔσθ' ἀνδρίον.

Quos Aristophanes in Pace v. 363 *ἀνθρώπια* vocat, et ibid. v. 751 *ἀνθρωπίσκους*, eos *ἀνθρωπάρια* dicit Athenaeus XII. p. 518 E. Apparet ex his, et iamsi non omnia ab Atticorum consuetudine abhorreant, Theopompum minus locupletem puri et integri sermonis auctorem esse. Sed missa ista disputatione, sane si quis in hoc Theopompi loco tueatur *γεμίσω*, formam minus atticam, non repugno: nam etiam in Cauponis simillimam usurpavit formam, vid. Grammaticum Bekkeri T. I. p. 461, 19:

Κολάσομαί σ' ἐγὼ
Καὶ τὸν σὸν Ἄττην.

sive *Ἄττιν* malis: vulgo haec satis corrupta leguntur: *κολάσομεγ' ἔσω κτλ.* at Aristophanes ex Attico more dixit in Vespis v. 243:

Ἥκειν ἔχοντας ἡμερῶν ὀργὴν τριῶν πονηρὰν
Ἐπ' αὐτὸν ὡς κολωμένους ὧν ἠδίκηκεν.

Eiusmodi autem forma hoc minus offensioni est in Nemeae isto fragmento, quoniam ibi servi loquuntur, quos minus puro et liberali sermone uti consentaneum est: atque sic etiam in extrema parte huius fragmenti reperiuntur quae non satis attica sunt: ita autem haec corrigenda esse censeo:

Α. Ἵν' ἀσπάσωμαι. Δεῦρο παρ' ἐμὲ Θεολύτη,
Παρὰ τὸν νέον ξύνδουλον, οὑτοσὶ καλῶς
Πῖν. ΘΕΟ. Θὴρ τάλας, πειρᾷς με. Α. Ναὶ τοιοῦτό τι
Ποιῶ. Φιλοτησίαν δέ σοι προπίομαι.

Δέξαι· πιοῦσα δ' ὁπόσον ἄν σοι θυμὸς ᾖ,
Περίδος τὸ πρῶτον.

Πῖν forma plebeia est, pro *πιεῖν*, quae non dedecet servum, qui Theolytem arcessit, ut secum bibat. Servo autem Theolyte regerit, ***male me tractas, tentas me, homo impudentissime***; *θῆρα* enim cum apellat, idem est ac si *σάτυρον* vocavisset, vid. Hesychius: *Θῆρας· τοὺς σατυρικούς.* et hoc nomine etiam Euripides in Cyclope v. 624 Satyros vocat:

Σιγᾶτε πρὸς θεῶν, θῆρες, ἡσυχάζετε,
Συνθέντες ἄρθρα στόματος.

Deinde *περίδος* substitui in locum vulgatae lectionis *παράδος*, quod vix potest ferri: servorum enim exhibetur convivium, atque ille, qui primas agit partes, iubet Theolyten, ubi ipsa quantum collibuerit biberit, poculum porro epulantibus tradere, vide de hoc usu Athenaeum XI. p. 503 F: *Τοσαῦτα εἰπὼν ὁ Πλούταρχος καὶ ὑπὸ πάντων κροταλισθεὶς ᾔτησε φιάλην, ἀφ' ἧς σπείσας ταῖς Μούσαις καὶ τῇ τούτων μητρὶ Μνημοσύνῃ προὔπινε πᾶσιν φιλοτησίαν — ἔδωκε τῷ παιδί, περισοβεῖν ἐν κύκλῳ κελεύσας, τὸ κύκλῳ πίνειν τοῦτ' εἶναι λέγων, παρατιθέμενος Μένανδρον ἐκ Περινθίας κτλ.*

Athenaeus IV. p. 165 A, ubi de Chaerephonte loquitur, hos Alexidis e Commorientibus versus proponit:

Ἐπὶ δεῖπνον εἰς Κόρινθον ἐλθὼν Χαιρεφῶν
Ἄκλητος, ἤδη γὰρ πέτεται διαπόντιος·
Οὕτω τι τἀλλότρι' ἐσθίειν ἐστὶ γλυκύ.

cum hoc ultimo versu componit Theopompi verba: *Καὶ Θεόπομπος δ' ἐν Ὀδυσσεῖ ἔφη·*

Εὐριπίδου τ' ἄριστον οὐ κακῶς ἔχον,
Τἀλλότρια δειπνεῖν τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

Porsonus non recte voluit *τἀρχαῖον* legere, quod parum apte Theopompus de Euripidis aliqua sententia dixisset, nam penitus diversum est, quod Eriphus, comicus poeta, de antiquo proverbio dixit in Aeolo apud Athenaeum IV. p. 134 B:

Λόγος γάρ ἐστ' ἀρχαῖος οὐ κακῶς ἔχων,
Οἶνον λέγουσι τοὺς γέροντας, ὦ πάτερ,
Πείθειν χορεύειν οὐ θέλοντας.

immo legendum est, una adiecta littera:

Εὐριπίδου 'στ' ἄριστον οὐ κακῶς ἔχον.

haec autem est sententia, ***Euripideum est ientaculum, non sane contemnendum:*** sunt enim haec verba Ulixis, qui socios hortatur, ut Cyclopis caseo et lacte prouti collibuerit fruantur: ille autem versus:

Τἀλλότρια δειπνεῖν τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

ex satyrica aliqua Euripidis fabula petitus videtur. Ceterum componas cum illis verbis quod Aeschylus dixit Fr. 280 ed. Dindf.:

Οἴκοι μένειν χρὴ τὸν καλῶς εὐδαίμονα,
Καὶ τὸν κακῶς πράσσοντα καὶ τοῦτον μένειν.

Adde Cratinum Iuniorem in Omphale apud Athenaeum XV p. 669 B:

Πίνειν μένοντα τὸν καλῶς εὐδαίμονα
Κρεῖττον· μάχης δ' ἄλλοισι καὶ πόνου μέλοι.

ita enim corrigo, aut *μάχαι δ' ἄλλοισι καὶ πόνος μέλοι.* Et praeterea Menandrum in Heautontimorumeno p. 55 ed. Meinek.:

Οἴκοι μένειν χρὴ καὶ μένειν ἐλεύθερον
Ἢ μηκέτ' εἶναι τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

ita ut hoc dicendi genus in proverbium abiisse videatur. Ceterum apud Athenaeum scribendum est *ἐν Ὀδυσσεῦσιν*, non *ἐν Ὀδυσσεῖ*, quod vulgo legitur. Suidas, ubi Theopompi fabulas recenset, recte hanc fabulam *Ὀδυσσεῖς* vocat: atque ita etiam Pollux VII. 74: *Θεόπομπος δ' ἐν Ὀδυσσεῦσιν ἐπὶ διακόνου ἔφη, λάσιον ἐπιβεβλημένος.* Verum corrupta sunt, quae leguntur apud Scholiastam Aristoph. Vesp. v. 1337: *Καὶ παρὰ Θεοπόμπῳ ἐν Ὀδυσσεῖ.* scribendum *ἐν Ὀδυσσεῦσιν*·

Α. Ἵνα μὴ τὸ παλαιὸν τοῦτο καὶ θρυλούμενον
Δι' ἡμετέρων στομάτων εἴπω σόφισμα. Β. Τί;
Α. Ὅ φασι παῖδας Λεσβίων εὑρεῖν ποτε.

Colloquitur aliquis, ut videtur Ulixes, cum Cyclope, et cum turpem istam rem obscuro aliquo verbo significavisset, haec adiecit: *ἵνα μὴ τὸ παλαιὸν κτλ.*, quae cum Cyclops non satis intelligeret, quaerit ex Ulixe, *τί;* tum ille rem explanans, *ὅ φασι παῖδας*, inquit, *Λεσβίων εὑρεῖν ποτε.* Sic enim illi versus conformandi sunt. *Ὀδυσσεῖς* autem numero plurali fabulam inscripsit Theopompus, ut Ulixem una cum sociis comprehenderet. Eadem est ratio Cratineae fabulae, quae et ipsa est inscripta *Ὀδυσσεῖς* eiusdemque fuit argumenti.

Argumentum quod fuerit eius comoediae, quam Theopompus *Παῖδας* appellavit et quae ratio huius nominis, etsi satis obscurum est, possumus tamen coniectura non improbabili assequi, ope potissimum eius fragmenti, quod Pollux VII. 66 et iterum X. 181 ex hac fabula adscripsit:

Τηνδὶ περιζωσάμενος ᾠὰν λουτρίδα
Κατάδεσμον ἥβης περιπέτασον.

Satis enim apparet, his versibus aliquem moneri, ut cingulum induat, quod ipsum ex sene iuvenem reddat. *Κατάδεσμος* enim *incantamentum* est, quo sensu usurpavit hanc vocem Plato de Republ. II. p. 364 B: *Ἀγύρται δὲ καὶ μάντεις ἐπὶ πλουσίων θύρας ἰόντες πείθουσιν, ὡς ἔστι παρὰ σφισιν δύναμις ἐκ θεῶν ποριζομένη, θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς, εἴτε τι ἀδίκημά του γέγονεν αὐτοῦ ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι μεθ' ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν· καὶ ἐάν τιν' ἐχθρὸν πημῆναι ἐθέλῃ, μετὰ σμικρῶν δαπανῶν ὁμοίως δίκαιον ἀδίκῳ βλάψαι, ἐπαγωγαῖς τισὶ καὶ καταδέσμοις τοὺς θεούς, ὥς φασι, πείθοντές σφισιν ὑπηρετεῖν.* et sic Phrynichus in Bekkeri Anecdotis T. I. p. 27, 6: *Ἐπαγωγὴ δ' ἐστὶ κατάδεσμοι καὶ τοιαῦται γοητεῖαι φαρμάκων καὶ ἐπαοιδῶν καὶ δαιμόνων προτροπαί.* et similiter dicitur *κατάδεσις* apud Platonem de Legibus XI. p. 933 D:

Ἐὰν δὲ καταδέσεσιν ἢ ἐπαγωγαῖς ἢ τισιν ἐπῳδαῖς ἢ τῶν τοιούτων φαρμακειῶν ὡντινωνοῦν δόξῃ ὅμοιος εἶναι βλάπτοντι. Cuiusmodi illa incantamenta fuerint satis cognoscimus ex duabus inscriptionibus Atticis quae leguntur apud Boeckhium T. I. n. 538 et 539. Iam Theopompus ita videtur instituisse, ut senes iam decrepiti quasi ope cuiusdam magicae artis iuvenili robore implerentur: habuit enim haec fabula, ut coniicio, summam similitudinem cum Aristophanis *Γήρᾳ*. Pueros autem poeta fabulam propterea appellavit, quia isti senio exuti multa puerilia lascivientes videntur perpetravisse: ita ut in hac quoque parte ista fabula Aristophaniae comoediae non dissimilis fuerit: haec enim ex Aristophanis senectute attulit Athenaeus III. p. 109 F: *Κριβανίτης· τούτου μνημονεύει Ἀριστοφάνης ἐν Γήρᾳ· ποιεῖ δὲ λέγουσαν ἀρτόπωλιν διηρπασμένων αὐτῆς τῶν ἄρτων ὑπὸ τῶν τὸ γῆρας ἀποβαλόντων·*

Α. Τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα; Β. Θερμούς, ὦ τέκνον.
Α. Ἀλλ' ἦ παραφρονεῖς; Β. Κριβανίτας, ὦ τέκνον.

Simile facinus perpetrat Philocleo, iuvenum more lasciviens, postquam ob insana illa litium diiudicandarum cupiditate liberatus et quasi ex sene in adolescentem mutatus erat, in Vespis v. 1388 et quae sequuntur. In hos igitur senes repuerascentes dictus est, ut coniicio, ille versus, qui sine fabulae nomine legitur apud Clementem Alex. Strom. VI. p. 748 sive p. 625 C. ed. Sylb., ubi de imitatione veterum scriptorum disserit: *Πρὸς τούτοις Θεοπόμπου ποιήσαντος·*

Δὶς παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῷ τῷ λόγῳ,

καὶ πρός γε τούτοις Σοφοκλέους ἐν Πηλεῖ·

Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη
Γεροντογωγῶ κἀναπαιδεύω πάλιν·
Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.

Ἀντιφῶν ὁ ῥήτωρ λέγει· Γηροτροφία γὰρ προσέοικε παιδοτροφίᾳ· ἀλλὰ καὶ ὁ φιλόσοφος Πλάτων, Ἆρ' ὡς ἔοικεν ὁ γέρων δὶς παῖς γένοιτ' ἄν. Et Scholiasta ad Aristophanis Nubes v. 1421: *Δὶς παῖδες οἱ γέροντες) Παῖδές τε γὰρ τὴν ἀρχὴν ἦσαν ἄφρονες· καὶ νῦν ὑπὸ τοῦ τῶν ἐτῶν πλήθους παρατραπέντος αὐτοῖς τοῦ λογισμοῦ παῖδές εἰσι, τῷ νῷ πάλιν ληροῦντες· καὶ Σοφοκλῆς Πηλεῖ — καὶ Θεόπομπος — καὶ Πλάτων·*

Ἆρ', ὡς ἔοικε, δὶς γένοιτ' ἂν παῖς γέρων;

καὶ Ἀντιφῶν· Γηροτροφία γὰρ προσέοικε παιδοτροφίᾳ. Est autem ille versus huic fabulae accommodatissimus. Neque vero possum Meinekio assentiri, qui in Quaestionibus Scen. II. p. 69 sic de hoc versu disserit: „Ubi cum Antiphon Rhamnusius locum quendam Theopompi imitatione expressisse dicatur, manifestum est, Theopompum iam ante Olymp. XCII. 2, quo anno obiisse Antiphontem Ruhnkenius Opusc. p. 240 docuit, in fabulis edendis occupatum fuisse.“ sed hoc quidem argumentum mihi satis infirmum videtur: nam primum Clementis exigua est auctoritas, qui Antiphontem dicit imitatum esse Theopompum. Quidni Theopompus potuerit se ad

Antiphontis exemplum applicare? deinde nulla vel certe exigua similitudo intercedit inter utriusque verba, et aptius quis Antiphontis sententiam cum Sophocleis versibus composuerit: sed ipsa haec sententia ita fuit pervulgata et omnium trita ore, ut nihil impediat, quo minus statuamus, plures seorsum ea usus esse. Immo si recte hunc versum retulimus ad *Παῖδας*, ne potuit quidem Antiphon hac Theopompi fabula uti, quippe quae docta sit post Antiphontis maioris, cuius ista est sententia, infaustum obitum. Nam quamquam quo tempore poeta hanc comoediam docuerit, ignoramus, tenue tamen superest vestigium. Scholiasta enim Aristophanis Avium v. 1588 a Theopompo illic Laespodiam dicit irrisum esse: *Μέμνηται δὲ αὐτοῦ Φρύνιχος ἐν Κωμασταῖς ὡς πολεμικοῦ γεγονότος, Φιλύλλιος δὲ ἐν ταῖς Πλυντρίαις ὡς φιλοδίκου· ἔχει δὲ καὶ περὶ τὰς κνήμας τινὰς αἰτίας, ὥς φησι Στράττις ἐν Κινησίᾳ· διὸ καὶ κατὰ σκελῶν ἐφόρει τὸ ἱμάτιον, ὡς Θεόπομπος ἐν Παισίν.* ita corruptissimus ille locus corrigendus, in quo cum alia prava legebantur, tum *Θεόπ. ἐν Παιᾶσιν*. Inde facile colligere possumus, cum Laespodias maxime Olympiade XCI et XCII bello inclaruerit, neque ante, neque multo post hanc comoediam compositam fuisse, id quod etiam Meinekius eo loco, quem dixi, animadvertit. Vix enim probabile est in fabula, quae multo post docta fuerit, Theopompum attigisse Laespodiam: is enim cum staret a partibus quadringentorum, (fortasse ipse in horum numerum fuit relatus,) missus erat legatus cum Aristophonte et Melesia Lacedaemona, sed in ipso itinere a Paralis, qui legatos maxime odissent, quoniam praeter ceteros populum liberum oppressissent, correptus et Argivis traditus est, vid. Thucydid. VIII. 86: *Ἀφίκοντο δὲ οἱ Ἀργεῖοι μετὰ τῶν Παράλων, οἳ τότε ἐτάχθησαν ἐν τῇ στρατιώτιδι νηῒ ὑπὸ τῶν τετρακοσίων περιπλεῖν Εὔβοιαν καὶ ἄγοντες Ἀθηναίων εἰς Λακεδαίμονα ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμπτοὺς πρέσβεις, Λαισποδίαν καὶ Ἀριστοφῶντα καὶ Μελησίαν, οἳ ἐπειδὴ ἐγένοντο πλέοντες κατ' Ἄργος, τοὺς μὲν πρέσβεις συλλαβόντες τοῖς Ἀργείοις παρέδοσαν, ὡς τῶν οὐχ ἥκιστα καταλυσάντων τὸν δῆμον ὄντας.* Postea vero Quadringentorum dominatu deiecto Laespodiam in patriam restitutum esse, parum verisimile est, cum in plerosque, principes praesertim, horum virorum satis acriter Athenienses libertate recepta animadverterent. Sed misso Laespodia, etiam ex ipso argumento comoediae, si illud recte satis indagavi, possumus de tempore coniecturam facere. Neque enim Theopompus temere aut ut spectantium animos tantum delectaret hilari aliqua et ludicra imagine, hanc fabulam composuisse censendus est, verum aliud quod consilium subtilius et maius, quod sub ista senum repuerascentium imagine quasi sub involucro quodam absconditum delitesceret, secutus est. Etenim mutatio illa senum aetate iam provectorum, qui subito pristinas vires reciperent, nihil aliud fuit nisi imago civitatis torpore quodam et situ quasi obductae, sed iam denuo excitatae et in melius restitutae. Hoc autem spectaculum non semel antiquae comoediae auctores proposuerunt, uti Aristophanes in Se-

nectute; similiter etiam in Pace v. 335 agricolae ita se gaudere dicunt, quod a belli calamitatibus liberati sint, ac si senium exuissent:

Ἥδομαι γὰρ καὶ γέγηθα καὶ πέπορδα καὶ γελῶ
Μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδὺς ἐκφυγὼν τὴν ἀσπίδα.

Iam si quaeris, quo tempore acciderit, ut Atheniensium res publicae ex perditis revocarentur et emendarentur, illud ego maxime intelligendum censeo, quum quadringentis expulsis temperata quaedam libertas est restituta: tunc enim res publica motibus continuis atque gravissimis concussa aliquamdiu requievit, quod Thucydides quoque VIII. 97 indicat: *Ἐγίγνοντο δὲ καὶ ἄλλαι ὕστερον πυκναὶ ἐκκλησίαι, ἀφ᾽ ὧν καὶ νομοθέτας καὶ τἄλλα ἐψηφίσαντο ἐς τὴν πολιτείαν, καὶ οὐχ ἥκιστα δὴ τὸν πρῶτον χρόνον ἐπί γε ἐμοῦ Ἀθηναῖοι φαίνονται εὖ πολιτεύσαντες· μετρία γὰρ ἥ τε ἐς τοὺς ὀλίγους καὶ τοὺς πολλοὺς ξύγκρασις ἐγένετο καὶ ἐκ πονηρῶν τῶν πραγμάτων γενομένων τοῦτο πρῶτον ἀπήνεγκε τὴν πόλιν.* Sub hoc igitur tempus, cum Athenienses spem melioris conditionis recuperavissent desiderioque vitae tranquillae et felicis incensi essent, Theopompus videtur hanc fabulam docuisse. Neque tamen haec prima fuit poetae comoedia, quod coniicio ex versu qui legitur apud Hephaestionem p. 76 ed. Gaisford.: *Τούτῳ καὶ ἐπὶ πενταμέτρου Θεόπομπος ὁ κωμικὸς ἐχρήσατο ἐν Παισίν, ἀφ᾽ οὗ καὶ Θεοπόμπειον καλεῖται·*

Πάντ᾽ ἀγαθὰ δὴ γέγονεν ἀνδράσιν ἐμῆς ἀπὸ συνουσίας.

Haec enim sunt poetae libere gloriantis de utilitate, quam iam antea fabulis a se editis populo attulerit. Plane eodem modo Eupolis in Adulatoribus apud Hephaest. p. 73 loquitur de emolumentis atque commodis, quibus audientes sit exornaturus:

Φημὶ δὲ βροτοῖσι πολὺ πλεῖστα παρέχειν ἐγὼ
Καὶ πολὺ μέγιστ᾽ ἀγαθά· ταῦτα δ᾽ ἀποδείξομεν.

ubi malim *ἀποδείξομαι* legere: sunt autem haec ab Eupolide de se ipso dicta. Iam Aristophanes saepissime ingenue praedicat, quantum de Atheniensibus meritus sit, quorum animos ad rectam rationem reduxerit, ut in Acharnensibus v. 633:

Φησὶν δ᾽ εἶναι πολλῶν ἀγαθῶν ἄξιος ὑμῖν ὁ ποιητής,
Παύσας ὑμᾶς ξενικοῖσι λόγοις μὴ λίαν ἐξαπατᾶσθαι,
Μήθ᾽ ἥδεσθαι θωπευομένους μήτ᾽ εἶναι χαυνοπολίτας.

adde ibid. v. 643 seqq. et maxime v. 655:

Ἀλλ᾽ ὑμεῖς τοι μή ποτ᾽ ἀφῆσθ᾽, ὡς κωμῳδήσει τὰ δίκαια,
Φησὶν δ᾽ ὑμᾶς πολλὰ διδάξειν ἀγάθ᾽, ὥστ᾽ εὐδαίμονας εἶναι,
Οὐ θωπεύων, οὐδ᾽ ὑποτείνων μισθούς, οὐδ᾽ ἐξαπατύλλων,
Οὐδὲ πανουργῶν, οὐδὲ κατάρδων, ἀλλὰ τὰ βέλτιστα διδάσκων.

et in Vespis v. 1017:

Μέμψασθαι γὰρ τοῖσι θεαταῖς ὁ ποιητὴς νῦν ἐπιθυμεῖ,
Ἀδικεῖσθαι γάρ φησιν πρότερος πόλλ᾽ αὐτοὺς εὖ πεποιηκώς.

et ibidem v. 1043 de se dicit:

Τοιόνδ' εὑρόντες ἀλεξίκακον, τῆς χώρας τῆσδε καθαρτὴν
Πέρυσιν καταπρούδοτε καινοτάταις σπείραντ' αὐτὸν διανοίαις.

et in Pace v. 736:

Εἰ δ' οὖν εἰκός τινα τιμῆσαι, θύγατερ Διός, ὅστις ἄριστος
Κωμῳδοδιδάσκαλος ἀνθρώπων καὶ κλεινότατος γεγένηται,
Ἄξιος εἶναί φησ' εὐλογίας μεγάλης ὁ διδάσκαλος ἡμῶν.

Et quantopere comici poetae soliti fuerint in anapaestis se suasque virtutes praedicare non uno loco Aristophanes indicat, ut in Acharnensibus v. 628:

Ἐξ οὗ γε χοροῖσιν ἐφέστηκεν τρυγικοῖς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν,
Οὔπω παρέβη πρὸς τὸ θέατρον λέξων, ὡς δέξιός ἐστιν.

et planius etiam in Pace v. 734:

Χρῆν μὲν τύπτειν τοὺς ῥαβδούχους, εἴ τις κωμῳδοποιητὴς
Αὐτὸν ἐπῄνει πρὸς τὸ θέατρον παραβὰς ἐν τοῖς ἀναπαίστοις.

Est autem Theopompi ille creticus pariter atque Eupolidis versiculi ex parabasi, vel potius ex simili quodam carmine petitus: solent enim comici poetae, ubi actio ipsa paulisper consistit aut coram spectantibus transigi nequit, novam quasi parabasin, constantem ex stropha, epirrhemate, antistropha, antepirrhemate, interponere. Hanc enim partem eodem nomine quo parabasin, quae proprie vocatur, appellatam fuisse apparet ex Scholiasta Aristophanis Nubb. v. 552: *Εὔπολις ἐν τοῖς Βάπταις τοὐναντίον φησίν, ὅτι συνεποίησεν Ἀριστοφάνει τοὺς Ἱππεῖς, λέγει δὲ τὴν τελευταίαν παράβασιν· φησὶ δέ·*

Κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
Συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.

Extremam parabasin grammaticus ille dicit fabulae partem inde a v. 1263 usque ad v. 1315, ubi vid. Scholiasta. Constat autem illic epirrhema et antepirrhema ex trochaicis tetrametris; alias autem pro his comici poetae creticos tetrametros usurpaverunt, sicut est in secunda parabasi Vesparum v. 1275—1283 et 1284—1291. In Avibus autem, ubi altera ista parabasis incipit a v. 1058 epirrhema et antepirrhema rursus ex trochaicis tetrametris composita sunt. Et ex eiusmodi parabasi fortasse etiam Fr. XIV Thesmophoriazusarum posteriorum depromtum est:

Ἦ μέγα τι βρῶμ' ἔστιν ἡ τρυγῳδοποιομουσική,
Ἡνίκα Κράτητί τε τάριχος ἐλεφάντινον
Λαμπρὸν ἐκόμιζεν ἀπόνως παραβεβλημένον,
Ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐκιχλίζετο.

Eodem pertinet Fr. XV, cui praemittendum puto Fr. incert. DLXI; verissime enim Fritzschius in dissertat. de Thesmophor. II. p. 75 monuit hoc fragmentum ad hanc fabulam et ad hanc ipsam scenam esse referendum:

Ῥήματά τε κομψὰ καὶ παίγνι' ἐπιδεικνύναι,
Πάντ' ἀπ' ἀκροφυσιῶν κἀπὸ κιναβευμάτων·

Μήτε Μούσας ἀνακαλεῖν ἑλικοβοστρύχους,
Μήτε Χάριτας βοᾶν εἰς χορὸν Ὀλυμπίας·
Ἐνθάδε γάρ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ διδάσκαλος.

Alia quae de Theopompi reliquis comoediis et de Strattide subiungere constitueram, in commodius tempus distuli.

CAPUT VIII.

Amipsiae fragmentum ex Conno legitur apud Athenaeum VII. p. 327 D: *Φάγρος· — μνημονεύει δ' αὐτῶν καὶ Μεταγένης ἐν Θουριοπέρσαις· Ἀμειψίας δ' ἐν Κόννῳ·*

Ὀρφοῖσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βορά.

Ita Schweighaeuserus scripsit, sed aliud quid latere arguunt codicum lectiones, nam in cod. A legitur: *ασι βορα*, in B *ἀσι βορα*, in P *ἀσΐβορα*. Mihi scribendum videtur:

Ὀρφοῖσι σελαχίοις τε καὶ
Φάγροισι κἀόσιν βορά.

sive malis *κἠόσιν· ἀὼν* enim sive *ἠὼν* piscis genus fuit, vid. Hesychius: *Ἀῶν· ἰχθὺς ποῖος.* is ab Epicharmo quoque cum phagro coniungitur apud Athenaeum VII. p. 321 D:

Ἀόνες φάγροι τε λάβρακές τε καὶ ταὶ πίονες
Σκατοφάγοι σάλπαι βδελυχραί, ἁδέαι δ' ἐν τῷ θέρει.

Fritzschius tamen in Quaest. Aristophan. p. 254 ita corrigit:

Ὀρφοῖς σελαχίοις καὶ φάγροις ἔσῃ βορά.

at istud quidem minus probatur. Ceterum maxima similitudo intercedit inter hoc Amipsiae fragmentum et versus Platonis, quos Athenaeus VII. p. 315 C. servavit: *Πλάτων Κλεοφῶντι·*

Σὲ γὰρ γραῦ, συγκατῴκισεν σαπρὰν
Ὀρφοῖσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βοράν.

in utroque autem loco et Amipsiae et Platonis scribendum censeo *ὀρφῶσι:* vulgares sane Graeci *ὀρφὸς* dicebant, uti Numenius apud Athenaeum VII. p. 315 D:

Τοῖσι κεν εὐμαρέως θαλάμης ἄπο μακρὸν ἀείροις
Σκορπίον ἢ ὀρφὸν περιτρηχέα.

at Attici semper *ὀρφώς*, uti Aristophanes in Vespis v. 493:

Ἢν μὲν ὠνῆταί τις ὀρφώς, μεμβράδας δὲ μὴ θέλῃ.

ubi Scholiasta haec notavit: *Ἐν τοῖς πλείστοις ὀρφῶς· ἔν τισι δὲ ὀρφούς· μήποτε δὲ καὶ τὸ ἑνικὸν τοῦ ἰχθύος οὕτως ἔλεγον ὀρφώς,*

ὡς λαγὼς καὶ ταώς. Atqui sic Archippus dixit in Piscibus apud Athenaeum VII. p. 315 C:

Ἱερεὺς γὰρ ἦλθ' αὐτοῖσιν ὀρφὼς τοῦ θεοῦ.

et Cratinus in Ulixibus ibidem:

Τέμαχος ὀρφῶ χλιαρόν.

cf. Etymol. M. p. 635, 32: Περὶ δὲ τοῦ ὀρφῶς ἔστιν εἰπεῖν, ὡς λέγει ὁ αὐτὸς Χοιροβοσκός, ὅτι τὰ εἰς ως Ἀττικὰ τῆς κοινῆς εὐθείας ἔχουσι τὸν τόνον κἂν φθάσῃ προπαροξυνθῆναι ἡ εὐθεῖα, πᾶσα πτῶσις προπαροξύνεται· σεσημείωται τὸ ὀρφῶς καὶ λαγῶς· ταῦτα γὰρ οὐκ ἐφύλαξε τὸν τόνον τῶν κοινῶν· τοῦ μὲν γὰρ ὀρφῶς ὁ τόνος, ὄρφος ἐστὶ βαρύτονος· τοῦ δὲ λαγῶς, λαγὸς ὀξύτονος· ὡς Ἡρωδιανὸς φησίν, ὅτι ἐν τοῖς εἰς ως ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν οὐδὲν περισπᾶται, πλὴν τοῦ ὀρφῶς καὶ λαγῶς. adde ipsum Choeroboscum in Bekkeri Anecdotis T. III. p. 1197: Σεσημείωται τὸ ὀρφῶς καὶ λαγῶς περισπώμενα· ταῦτα γὰρ οὐκ ἐφύλαξε τὸν τόνον τῶν κοινῶν· τοῦ μὲν γὰρ ὀρφῶς τὸ κοινὸν ὄρφος βαρυτόνως, τοῦ δὲ λαγῶς λαγωὸς ὀξυτόνως. idem tradit Ioannes Alexandrinus p. 8, 35 ed. Dindf.: Ἐν δὲ τοῖς εἰς ως περισπᾶται τὰ ὑποκείμενα, λαγῶς, ὀρφῶς, ταλῶς, τὸ μανιθῶς καὶ τυφῶς καὶ ταῶς καὶ περισπᾶται καὶ δικατάληκτά ἐστι· καὶ γὰρ εἰς ν λήγουσιν. et Arcadius de acc. p. 84, 16: Ὄρφος κοινῶς, ὀρφῶς δὲ ἀττικῶς. et p. 94, 5: Τὸ δὲ λαγῶς καὶ ὀρφῶς περισπῶνται καὶ ὁ τυφῶν καὶ ὁ ταῶν. quae temere in brevius contracta sunt: nam Herodianus, quo auctore usus erat Arcadius, dixerat ὁ Τυφῶς καὶ ὁ Ταῶς, adnotaverat autem alias praeterea horum verborum formas esse, quae in ων cadant. Quamvis autem Herodianus et qui illum secuti sunt grammatici, praecipiant circumflexam esse extremam horum vocabulorum syllabam, tamen παράδοσις, quam vocant grammatici, repugnare videtur: ita ὀρφὼς et ὀρφός, non ὀρφῶς et ὄρφος, ubique apud Athenaeum legitur, nisi quod in Numenii versibus VII. p. 305 C. legitur:

Γλαύκους ἢ ὀρφῶ ἔναλον γένος.

at vero p. 315 B, ubi hic versiculus repetitur, ὀρφῶν recte legitur. Apud Aristophanem vero in Vespis v. 493 ὀρφῶς legitur. Et λαγὼς quidem constanti usu apud omnes scriptores et atticos (vid. exempla apud Athenaeum VIII. p. 400 A.) et ionicos (vid. Hipponax Athenaei VIII. p. 388 B. XIV. p. 645 C.) expressum reperitur. In voce autem ταὼς variant, ita ut utraque nota in usu fuisse videatur, quod in peregrino vocabulo minime mirandum est. Ita in Eubuli versibus apud Athenaeum VIII. p. 397 B. ταὼς scribitur, item in Aristotel. Histor. Anim. VI. 9, 1, quo loco grammaticus ibidem utitur et in Alexidis versu ibid. XIV. p. 654 F. et Anaxandridis et Antiphanis ibidem p. 655 A. B. Alii tamen grammatici circumflexam esse syllabam statuerunt, uti Trypho ibid.: Ταῶς δὲ λέγουσιν Ἀθηναῖοι τὴν τελευταίαν συλλαβὴν περισπῶντες καὶ δασύνοντες· καὶ ἀναγινώσκουσι μὲν οὕτως παρ' Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις, πρόκειται δὲ τὸ μαρτύριον, καὶ ἐν Ὄρνισιν Ἀριστοφάνους·

Τηρεὺς γὰρ εἶ σύ; πότερον ὄρνις ἢ ταὧς.
καὶ πάλιν·
Ὄρνις δῆτα· τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δήπου ταὧς;
λέγουσι δὲ καὶ τὴν δοτικὴν ταῶνι, ὡς ἐν τῷ Ἀναγύρῳ Ἀριστοφάνης. et Seleucus ibid. p. 398 A: *Παραλόγως δὲ οἱ Ἀττικοὶ καὶ δασύνουσι καὶ περισπῶσι.* adde Schol. Aristoph. Avv. v. 103 et 269. Verum priore loco alius interpres scite adnotavit: *Ὀξύνεται δὲ καὶ περισπᾶται.* Itaque etiam *ὀρφώς*, ubicunque libri tuentur, servandum censeo. At attica certe huius vocabuli forma et Amipsiae et Platoni est restituenda; vulgaribus enim eiusmodi formis Attici nisi rarissime usi non sunt, uti semel Sophocles in Satyrica fabula in Amyco admisit *λαγός*, vid. Athen. VIII. p. 430 B:

Γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, ἰκτῖνοι, λαγοί.

Atque a comicorum sermone talis licentia multo magis, quam a tragoediae consuetudine abhorret, nisi quod Alexis in Lampade apud Athenaeum XIV. p. 654 F. dixit:

Οὐδ' εἰ γάλα λαγοῦ
Εἶχον μὰ τὴν γῆν καὶ ταὼς κατέσθιον.

ubi Schweighaeuserus *λαγὼ* scripsit: itaque etiam corrigendus est Callias, cuius duos versiculos adscripsit Athenaeus VII. p. 286 A:
Ἄχαρνος· Καλλίας Κύκλωψι·

Κίθαρος ὀπτὸς καὶ βατίς, θύννου τε κεφάλαιον τοδί,
Ἐγχέλεια, κάραβοι, λινεύς, ἄχαρνος οὑτοσί.

at Attici non *ἄχαρνος* dixerunt, sed *ἀχαρνώς*, estque hoc ipsum Calliae restituendum, vid. Grammaticus in Bekkeri Anecd. T. I. p. 474, 1: *Ἀχαρνώς· ἀχαρνὼς καὶ ὀρφὼς ὁ αὐτός· Καλλίας Κύκλωψιν· Ἐγχέλεια, κάραβος, λινεύς, ἀχαρνὼς οὑτοσί.*

Iam vero satis apparet Platonem ad Amipsiae se composuisse exemplum, quandoquidem Amipsias Connum docuit Isarcho praetore Olymp. LXXXIX. 1, (vid. Didascal. Aristoph. Nubium: *Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει, ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ*). Plato autem Cleophontem multo post Callia praetore Olymp. XCIII. 3, (vid. didascal. Aristoph. Ranarum: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Ἀντιγένη διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια· πρῶτος ἦν, Φρύνιχος δεύτερος Μούσαις, Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι*). Neque enim Plato videtur ab illo crimine absolvendus esse, in quod mediae potissimum comoediae poetae saepissime incurrunt, ut quae ab aliis poetis scite et eleganter dicta et inventa esse animadvertisset, ea in suum usum converteret. Ita Platonis versus, quos Pollux VI. 103 affert:

Φείδεσθε τοὐλαίου σφόδρ'· ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ
Ὠνήσομαι στίλβην τιν', ἥτις μὴ πότις.

magnam sane habent similitudinem cum Hermippi fragmento ex Diis apud Photium p. 538, 21:

Ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ
Ὠνήσομαι λύχνον τιν' ἢ στίλβην (τινά).

ita enim versus redintegrandus videtur: quamquam hoc quidem

fortuito accidisse dixeris. At illam suspicionem augent ea, quae Clemens Alexandrinus VI. p. 752 dicit: *Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ τὰ ἀλλήλων ὑφαιροῦνται.* Atque quod ex Platonis fabula fragmentum servatum est a Scholiasta Aristophanis Nubb. v. 659: *Καὶ ἐν τῷ Πλάτωνος Δαιδάλῳ·*

Ἐνίοτε πολλαὶ τῶν ἀλεκτορίδων βίᾳ
Ὑπηνέμια τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις.

id vero ex Aristophanis Daedalo afferunt Athenaeus IX. p. 375 E. Suidas et Photius v. *ὑπηνέμια:* ita ut prorsus non possit dubitari, qui in utraque fabula iidem versus lecti fuerint; atque hoc ipsum Clemens illo loco indicavit. Iam non tam Aristophanem, divinum poetam, quam Platonem, cui minor fuit ingenii ubertas, ista atque alia furtim alteri surripuisse consentaneum est: itaque Aristophanis Daedalum ante doctum esse contendo, atque ob id ipsum etiam inimicitiae inter Aristophanem et Platonem videntur esse exortae. Inprimis autem gravis locus de furtis est Eusebii Praepar. Evang. X. 3:

Ex Amipsiae Sphendone Athenaeus anapaestos servavit VI. p. 270 F: *Κατὰ γὰρ Ἀμειψίαν, ὃς ἐν Σφενδόνῃ ἔφη περὶ σοῦ μαντευσάμενος, ὦ Λαρήνσιε·*

Κοὐδεὶς σοὐστὶν τῶν πλουτούντων μὰ τὸν Ἥφαιστον προσόμοιος,
Καλλιτράπεζος καὶ βουλόμενος λιπαρὸν ψωμὸν καταπίνειν.

at haec aperte corrupta sunt, legendum enim est: *προσομοίως*
Καλλιτράπεζος καὶ βουλόμενος λιπαρὸν ζωμὸν καταπίνειν.

hoc enim dicere voluit poeta ***neminem divitum aeque delicato victu delectari, aeque avidum esse iuris bene conditi.*** et video etiam codicem P *ζωμὸν* dilucide exhibere, quam lectionem vel ipsum illud verbum *καταπίνειν* confirmat: quamquam Teleclides in Amphictyonibus apud Athenaeum VI. p. 268 D. dixit:

Μᾶζαι δ' ἄρτοις ἐμάχοντο
Περὶ τοῖς στόμασιν τῶν ἀνθρώπων ἱκετεύουσαι καταπίνειν.

Καλλιτράπεζος similiter dixit Callias in Cyclopibus apud Athenaeum XII. p. 524 F:

Τί γὰρ ἡ τρυφερὰ καὶ καλλιτράπεζος Ἰωνία εἴφ' ὅτι πράσσει.

Ex ***Metagenis*** Auris duos anapaestos servavit Athenaeus IX. p. 385 C: *Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ μακρὰν χαίρειν εἰπόντες αὐτῷ ἐδείπνουν, τοῦ Κυνούλκου τὰ ἐξ Αὐρῶν Μεταγένους ἀναφωνήσαντος·*

Ἀλλ' ὠγαθὲ δειπνῶμεν, κἄπειτά με πάντ' ἐπερώτα,
Ὅ τι ἂν βούλῃ· νῦν γὰρ πεινῶν δεινῶς πῶς εἰμ' ἐπιλήσμων.

prior autem versus non integer est, itaque Porsonus *ἀλλ' ὠγαθὲ δειπνῶμεν πρῶτον* scripsit, numero parum grato, quamquam Sophocles dixit in Inacho Fr. 256:

Ἴναχε γεννᾶτορ, παῖ κρηνῶν.

itaque malim *ἀλλ' ὦ γαθὲ νῦν δὴ δειπνῶμεν* corrigere. Videtur autem aliud fragmentum eiusdem fabulae, quod legitur apud Athenaeum VIII. p. 355 A: *Ἐπειπὼν τὸ ἐκ Μαμμακύθου Ἀρισταγόρου*

ἢ *Αὔρῶν Μεταγένους ἰαμβεῖον· Ὥσπερ ἐπειδὰν — ἅπαντας* cum altero illo coniungendum esse:

Α. Ὥσπερ ἐπειδὰν δειπνῶμέν που, τότε πλεῖστα λαλοῦμεν ἅπαντες.
Β. Ἀλλ' ὠγαθὲ νῦν δὴ δειπνῶμεν, κἄπειτά με πάντ' ἐπερώτα,
Ὅτι ἂν βούλῃ· νῦν γὰρ πεινῶν δεινῶς πως εἴμ' ἐπιλήσμων.

Aliud Metagenis fragmentum apud Athenaeum VI. p. 271 A: *Δεῖ οὖν κἀμὲ κατὰ τὸν κωμικὸν Μεταγένην ἐπειπόντα·*

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ δείπνου.

τετλάναι, ad Homerum comoediam retulit Schweighaeuserus, quoniam ad notissimum illud, Hector quod ait apud Homerum:

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης,

compositum est: mihi ex Auris potius ille versiculus petitus esse videtur, cuius fabulae et argumento et conformationi inprimis convenit: nam etiam ex aliis Aurarum reliquiis intelligimus, comicum parodiis Homericorum carminum usum esse, uti docet illud, quod servavit Athenaeus XIII. p. 571 C:

Ὑμῖν ὀρχηστρίδας εἶπον ἑταίρας
Ὡραίας πρότερον, νῦν δ' οὐχ ὑμῖν ἀγορεύω
Ἄρτι χνοαζούσας αὐλητρίδας, αἵ τε τάχιστα
Ἀνδρῶν φορτηγῶν ὑπὸ γούνατα μισθοῦ ἔλυσαν.

ubi scribendum puto *νῦν δ' αὖθ' ὑμῖν ἀγορεύω*, quod epico sermoni accommodatum, uti est in exordio carminis de Epigonis (vid. auctorem certaminis Homeri et Hesiodi p. 492 ed. Loesner):

Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα Μοῦσαι.

et *δ' αὖτε* Homerus saepissime, ut Iliad. XI. 56 et 785. XX. 3. XXI. 421. Ceterum suspicor ex Metagene et ex hac quidem fabula duos alios heroicos versus petitos esse, quos Athenaeus ibidem supra p. 270 F, affert sine auctoris nomine:

Τέτλαθι δὴ πενία, καὶ ἀνάσχεο μωρολογούντων.
Ὄψων γὰρ πλῆθός σε δαμᾷ, καὶ λιμὸς ἀτερπής.

quae prorsus cum argumento illius fabulae congruunt, in qua multae loquacitatis stultaeque arrogantiae exhibuit exemplum comicus poeta.

Ex Metagenis Homero insigne fragmentum, quo Lyco tangitur, attulit doctus interpres Platonis p. 332 ed. Bekker: *Λύκων μέντοι πατὴρ ἦν Αὐτολύκου, Ἴων γένος, δῆμον Θορίκιος, πένης ὡς Κρατῖνος Πυτίνῃ, Ἀριστοφάνης Σφηξίν· Εὔπολις δ' ἐν Φίλοις καὶ ἐπὶ τῇ γυναικὶ Ῥοδίᾳ κωμῳδεῖ αὐτόν, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ Αὐτολύκῳ εἰς ξένον, Μεταγένης δ' Ὁμήρῳ εἰς προδότην· καὶ Λύκων ἐνταῦθά που προδοὺς Ναύπακτον ἀργύριον λαβὼν ἄγαλμ' ἀγορᾶς ξενικὸν ἐμπορεύεται.* Metagenis fragmentum sic videtur corrigendum esse:

Α. Καὶ Λύκων ἐνταῦθα. Β. Ποῦ;
Α. Ὁδὶ προδοὺς Ναύπακτον, ἀργύριον λαβών,
Ἀγορᾶς ἄγαλμα ξενικὸν ἐμπορεύεται.

Ἀγορᾶς ἄγαλμα Lyconem comicus vocat, quia erat vir popularis multumque in foro versabatur, dixit autem ita tragicorum consuetudinem secutus, uti est apud Euripidem in Electra v. 384:

Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τὰς πόλεις οἰκοῦσιν εὖ
Καὶ δώμαθ', αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν
Ἀγάλμαθ' ἀγορᾶς εἰσίν· οὐδὲ γὰρ δόρυ
Μᾶλλον βραχίων σθεναρὸς ἀσθενοῦς μένει.

et in Autolyco de Athletis dixit Fr. I. v. 16:

Λαμπροὶ δ' ἐν ἥβῃ καὶ πόλεως ἀγάλματα
Φοιτῶσ'· ὅταν δὲ προσπέσῃ γῆρας πικρόν,
Τρίβωνες ἐκλιπόντες οἴχονται κρόκας.

quod in Erechtheo Fr. XVII. v. 25 dixit:

Ἀλλ' ἔμοιγ' εἴη τέκνα,
Ἃ καὶ μάχοιτο καὶ μετ' ἀνδράσιν πρέποι,
Μὴ σχήματ' ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα.

Atque etiam illud *ἐμπορεύεται* ex tragicorum poetarum sermone petitum est, uti Sophocles dixit in Electra v. 405:

Ποῖ δ' ἐμπορεύει; τῷ φέρεις τάδ' ἔμπυρα;

et in Oedipo Rege v. 455:

Τυφλὸς γὰρ ἐκ δεδορκότος
Καὶ πτωχὸς ἀντὶ πλουσίου ξένην ἐπὶ
Σκήπτρῳ προδεικνὺς γαῖαν ἐμπορεύεται.

et Fr. DCCIX ed. Dindf.:

Ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται
Κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

Achaeus apud Athenaeum X. 414 D:

Γυμνοὶ γὰρ ὤθουν φαιδίμους βραχίονας
Ἥβῃ σφριγῶντας ἐμπορεύονται, νέῳ
Στίλβοντες ἄνθει καρτερὰς ἐπωμίδας.

ubi scribendum arbitror *γυμνοὶ γὰρ ὤμους, φαιδίμους βραχίονας ἥβῃ σφριγῶντας.* Itaque Metagenes, ut Lyconem notaret tanquam peregrinum aliquem, qui iniuria Atticam civitatem usurpavisset, et tanquam hominem ignavum et imbellem, qui in foro temere multa effutiret, *ἀγορᾶς ἄγαλμα* appellavit. Lyconem autem res forenses studiose amplexum esse, vel ex eo colligere poteris, quod inter Socratis accusatores nomen suum professus est: itaque Diogenes Laertius II. 39, eum popularem virum et oratorem vocat: *Προητοίμασε δὲ πάντα Λύκων ὁ δημαγωγός. Ἀντισθένης δ' ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων διαδοχαῖς καὶ Πλάτων ἐν Ἀπολογίᾳ τρεῖς αὐτοῦ κατηγορῆσαί φασιν, Ἄνυτον καὶ Λύκωνα καὶ Μέλητον, τὸν μὲν Ἄνυτον ὑπὲρ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν πολιτικῶν ὀργιζόμενον, τὸν δὲ Λύκωνα ὑπὲρ τῶν ῥητόρων καὶ τὸν Μέλητον ὑπὲρ τῶν ποιητῶν, οὓς ἅπαντας ὁ Σωκράτης διέσυρεν.* vid. Platonis Apolog. p. 23 E: *Ἅτε οὖν, οἶμαι, φιλότιμοι ὄντες καὶ σφοδροὶ καὶ πολλοὶ καὶ ξυντεταγμένως καὶ πιθανῶς λέγοντες περὶ ἐμοῦ, ἐμπεπλήκασιν ὑμῶν τὰ ὦτα καὶ πάλαι καὶ νῦν σφοδρῶς διαβάλλοντες. Ἐκ τούτων καὶ Μέλητός μοι ἐπέθετο καὶ Ἄνυτος καὶ Λύκων, Μέλητος μὲν ὑπὲρ τῶν ποιητῶν ἀχθόμενος, Ἄνυτος δὲ ὑπὲρ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν πολιτικῶν, Λύκων δὲ ὑπὲρ τῶν ῥητόρων.* Huius enim potissimum generis hominum invidiam atque odium sibi con-

flaverat Socrates, uti ipse dicit apud Platonem Apolog. p. 21 D. et quae subsequuntur. Iam vero quaeritur, quo tempore Lyco prodiderit Naupactum, id quod Metagenes aperte ei crimini vertit. Athenienses, qui duce Tolmide Olympiadis LXXXI anno primo Naupactum Locrorum Ozolorum urbem expugnaverant et illuc Messenios Ithome a Lacedaemoniis expulsos deduxerant, (vid. Diodor. Sicul. XI. 84: *Ταύτην δὲ χειρωσάμενος καὶ πάσας τὰς ἐν τῇ Κεφαλληνίᾳ πόλεις προσαγαγόμενος εἰς τὸ πέραν διέπλευσε καὶ κατῆρεν εἰς Ναύπακτον· ὁμοίως δὲ καὶ ταύτην ἐξ ἐφόδου λαβὼν κατῴκισεν εἰς ταύτην Μεσσηνίων τοὺς ἐπισήμους, ὑποσπόνδους ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀφέντας.* adde Thucydides I. 103: *Καὶ αὐτοὺς Ἀθηναῖοι δεξάμενοι κατ' ἔχθος ἤδη τὸ Λακεδαιμονίων ἐς Ναύπακτον κατῴκισαν, ἣν ἔτυχον ᾑρηκότες νεωστὶ Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν ἐχόντων.* huc adde Isocratem in Panathenaico 94, Pausaniam IV. 24, 7 et IX. 38, 10) Athenienses igitur bello Peloponnesio exorto ex hac urbe opportune sita et firme munita saepissime adversarios vexaverunt, vid. Thucyd. II. 69. 90. 91. 92. III. 102. VII. 34 et 36. Pausanias IV. 26, 1. Et non semel usi sunt Athenienses Messeniorum Naupacticorum auxilio, vid. Thucyd. VII. 57: *Καὶ οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι ἐν Ναυπάκτῳ καὶ ἐκ Πύλου τότε ὑπ' Ἀθηναίων ἐχομένης ἐς τὸν πόλεμον παρελήφθησαν.* Verum cum Athenarum vires proelio ad Aegos flumen commisso fractae essent, Lacedaemonii etiam hanc urbem occupaverunt et Locros in pristinum locum restituerunt, vid. Diodor. Sic. XIV. 34: *Λακεδαιμόνιοι δὲ καταλελυκότες τοὺς πολέμους καὶ σχολὴν ἔχοντες, ἐστράτευσαν ἐπὶ Μεσσηνίους, ὧν οἱ μὲν ἐν Κεφαλληνίᾳ φρούριόν τι κατῴκουν, οἱ δὲ Ναύπακτον ἐν τοῖς προσεσπερίοις λεγομένοις Λοκροῖς, δόντων Ἀθηναίων· ἐκβαλόντες δ' αὐτοὺς ἐκ τῶν τόπων ἀπέδωκαν τὰ φρούρια, τὸ μὲν τοῖς τὴν Κεφαλληνίαν οἰκοῦσι, τὸ δὲ τοῖς Λοκροῖς.* Pausanias X. 38, 10: *Τὰ δέ μοι Ναυπακτίων, ὡς τοῖς ἐς Ἰθώμην ἀποστᾶσιν ὁμοῦ τῷ σεισμῷ τῷ ἐν Λακεδαίμονι Ἀθηναῖοι Ναύπακτον ἐνοικῆσαί σφισιν ἔδοσαν ἀφελόμενοι τοὺς Λοκροὺς καὶ ὡς τοῦ Ἀθηναίων ὕστερον πταίσματος τοῦ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς Λακεδαιμόνιοι τοὺς Μεσσηνίους ἐδίωξαν καὶ ἐκ τῆς Ναυπάκτου, τάδε μὲν ἐπῆλθέ μοι καὶ ἐς πλέον ἡ Μεσσηνία συγγραφή.* vid. IV. 24 et 26. Illo igitur tempore, quo Lacedaemonii Athenas occupaverunt, videtur Lyco praesidio Atheniensium, quod fuit Naupacti, praefuisse urbemque pecunia corruptus Lacedaemoniis prodidisse: itaque fuerit haec Metagenis fabula non ita multo post Euclidis annum scripta. Eodem autem loco, quo Lyconem, etiam Midiam videtur comicus poeta exagitavisse, vide Scholiastam Aristoph. Avv. 1298: *Διαβάλλεται δὲ εἰς πονηρίαν, ὡς Πλάτων ἐν Νίκαις, καὶ κλοπαῖς δημοσίων, ὡς Μεταγένης ἐν Ὁμήρῳ, καὶ συκοφαντίᾳ*, ubi scribendum fortasse *καὶ ἐπὶ κλοπῇ δημοσίων χρημάτων — καὶ συκοφαντίᾳ.* Midiam ad rem publicam administrandam accessisse novimus etiam ex Platonis Alcibiade I. p. 120 A: *Οὐκ ὠγαθέ, ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν σε δεῖ τὸν ὀρτυγοτρόφον ἀποβλέπειν καὶ ἄλλους τοιούτους, οἳ τὰ τῆς πόλεως πράττειν*

ἐπιχειροῦσιν, ἔτι τὴν ἀνδραποδώδη, φαῖεν ἂν αἱ γυναῖκες, τρίχα ἔχοντες ἐν τῇ ψυχῇ, ὑπ' ἀμουσίας καὶ οὔπω ἀποβεβληκότες, ἔτι βαρβαρίζοντες, ἐληλύθασι κολακεύοντες τὴν πόλιν, ἀλλ' οὐκ ἄρξαντες. ex quo loco facile intelligimus, quo ingenio fuerit Midias; respexit Platonis locum Athenaeus XI. p. 506 D, qui non ὀρτυγοτρόφον, sed ὀρτυγοκόπον in Platone legisse videtur: et hoc quidem nomine saepissime notatus est iste homo a comicis poetis, ut ab Aristophane in Avibus v. 1297:

Μειδίας δ' ἐκεῖ
Ὄρτυξ ἐκαλεῖτο· καὶ γὰρ ᾖκεν ὄρτυγι
Ὑπὸ στυφοκόπου τὴν κεφαλὴν πεπληγμένῳ.

ubi Scholiasta haec quamvis satis perturbata adnotavit: Δίδυμος οὕτως· ὁ δ' Ἀμμώνιος ᾠήθη ἐξ ἐπιθέτου Μειδίαν ὄρτυγα καλεῖσθαι γελοίως διὰ τὸ κυβευτὴν εἶναι καὶ ἐν πυρῷ τοὺς ὄρτυγας κόπτειν, οὕτως αὐτὸν νῦν Ἀριστοφάνης προσεῖπε· δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοφάνης Περιαγγεῖ (Πλάτων ἐν Περιαλγεῖ)·

Χρηστὸν μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον.

(eodem modo hunc versum citat Scholiasta Luciani Iov. Tragoed. c. 48, scribendum autem videtur, χρηστόν γε, μὴ κατὰ Μ. ὀρ. *hominem probum neque Midiae similem*). Λέγει δὲ ἐν Ποαστρίαις ὁ αὐτὸς (corrige ὁ Φρύνιχος) ὡς καὶ περὶ ἀλέκτορας αὐτοῦ ἐσπουδακότος. Διαβάλλεται δὲ εἴς τε πονηρίαν, ὡς Πλάτων ἐν Νίκαις — κόβαλός τε εἶναι ἐλέγετο καὶ πτωχαλαζών, ὡς Φρύνιχος ἐν Ἐπιάλτῃ. Verum nolo haec accuratius pertractare.

Nicophontis ex Sirenibus versum profert Athenaeus IX. p. 368 B, ut doceat verbum παροψίδος non de vase solum, sed etiam de cibis exquisitis et delicatis dici: Νικοφῶν Σειρῆσιν·

Ἄλλος μαχέσθω περὶ ἕδρας παροψίδι.

Quo in versu si integrum esset pronomen ἄλλος, non posses diiudicare, quo sensu illud vocabulum poeta usurpavisset; atqui cetera exempla, quibus Athenaeus ad hanc illius vocabuli notionem probandam utitur, satis certa sunt et perspicua. Verum Nicophon scripserat:

Ἀλλᾶς μαχέσθω περὶ ἕδρας παροψίδι.

Censeo autem hunc versum subiungendum esse quatuor aliis, quos ex eadem hac fabula adscripsit Athenaeus VI. p. 269 E, quibus poeta lepide finxit aetatem auream, qualis pristino fuerit tempore, rediturам esse: Καταπαύσω τὸν λόγον, μακρὰ χαίρειν εἰπὼν ταῖς Νικοφῶντος Σειρῆσιν, ἐν αἷς τόδε γέγραπται·

Νιφέτω μὲν ἀλφίτοις,
Ψακαζέτω δ' ἄρτοισιν, ὑέτω δ' ἔτνει,
Ζωμὸς διὰ τῶν ὁδῶν κυλινδείτω κρέα,
Πλακοῦς ἑαυτὸν ἐσθίειν κελευέτω,
Ἀλλᾶς μαχέσθω περὶ ἕδρας παροψίδι.

aptissime enim haec exornant et exaggerant omnium rerum abundantiam et affluentiam: huic autem imagini prorsus convenit quod restitui ἀλλᾶς: sic farcimina in simillima felicitatis descriptione

commemoravit etiam Metagenes in Thuriopersis apud Athenaeum VI. p. 269 F:

Τὰ δὲ μικρὰ ταυτὶ ποτάμι' ἐνμεντευθενὶ
'Ρεῖ τευθίσιν ὀπταῖς καὶ φάγροις καὶ καράβοις,
'Εντευθενὶ δ' ἀλλᾶσι καὶ περικόμμασι,
Τῃδὶ δ' ἀφύαισι, τῇδε δ' αὖ ταγηνίαις.

Iam poeta ut nimiam copiam significaret, eleganter de cibo vix locum occupante dixit μαχέσθω περὶ ἕδρας. non sane multum discrepat illud Teleclidis in Amphictyonibus apud Athenaeum ibid. p. 268 B:

Οἴνῳ γὰρ ἅπασ' ἔρρει χαράδρα, μᾶζαι δ' ἄρτοις ἐμάχοντο
Περὶ τοῖς στόμασιν τῶν ἀνθρώπων, ἱκετεύουσαι καταπίνειν,
Εἴ τι φιλοῖεν τοὺς λευκοτάτους.

Nicophontis Chirogastorum mentionem iniicit Athenaeus XIV. p. 645 E: 'Εγκρίδες· πεμμάτιον ἑψόμενον ἐν ἐλαίῳ καὶ μετὰ τοῦτο μελιτούμενον· μνημονεύει αὐτῶν Στησίχορος διὰ τούτων·

Χόνδρον τε καὶ ἐγκρίδας
Ἄλλα τε πέμματα καὶ μέλι χλωρόν.

Μνημονεύει αὐτῶν καὶ 'Επίχαρμος καὶ ἐν τοῖς Χειρογάστορσιν Νικοφῶν. 'Αριστοφάνης δ' ἐν Δαναΐσι καὶ ποιητήν φησιν αὐτῶν εἶναι ἐν τούτοις· Μήτ' ἅρμα μ' εἶναι ἐγκριδοπώλην. Φερεκράτης δ' ἐν Κραπατάλοις·

Ταῦτ' ἔχων ἐν ταῖς ὁδοῖς ἁρπαζέτω τὰς ἐγκρίδας.

Potuit sane Nicophon ἐγκρίδας commemorare in illa parte fabulae, ex qua tres versus Athenaeus XIV. p. 645 B. et Etymol. M. p. 367, 32 servaverunt:

'Εγὼ μὲν ἄρτους, μᾶζαν, ἀθάρην, ἄλφιτα,
Κόλλικας, ὀβελίαν, μελιτοῦτταν, ἐπιχύτους,
Πτισάνην, πλακοῦντας, δενδαλίδας, ταγηνίας.

Sed mirum est in Pherecratis fragmento ἐγκρίδας memorari, ubi ἐγκριδοπώλου mentionem fieri exspectaveras: suspicor igitur Pherecratis et Nicophontis testimonia commutanda esse, ita ut totus locus sic sit constituendus: Μνημονεύει δ' αὐτῶν καὶ 'Επίχαρμος· Φερεκράτης δ' ἐν Κραπατάλοις — 'Αριστοφάνης δ' ἐν Δαναΐσιν καὶ πωλητήν φησιν αὐτῶν ἐν τούτοις·

Μήτὰρ' εἶναί μ' ἐγκριδοπώλην.

καὶ ἐν τοῖς Χειρογάστορσι Νικοφῶν. Eo autem verbo usum esse Nicophontem, ipse docet Athenaeus, qui III. p. 126 E. ex hac ipsa fabula hos anapaestos adscripsit:

Μεμβραδοπώλαις, ἀχραδοπώλαις,
'Ισχαδοπώλαις, διφθεροπώλαις,
'Αλφιτοπώλαις, μυστριοπώλαις,
Βιβλιοπώλαις κοσκινοπώλαις,
'Εγκριδοπώλαις, σπερματοπώλαις.

Aristonymi fragmenta duo servavit auctor Etymol. M. p. 195, 33: 'Αριστώνυμος· Ταῖς μεμβραφύαις προσέοικεν ὁ καρκινοβαίτης· Καὶ αὖθις· Οὔτ' ἀφύη νῦν ἐστὶ σαφῶς, οὔτ' αὖ βεμβρὰς

κακοδαίμων. Ex quanam fabula haec sint petita Athenaeus docet VII. p. 287 C: Γίνεται δέ, φησίν, ἐκ μόνης τῆς βεμβράδος σκευασία τις ἡ προσαγορευομένη βεμβραφύη· ὧν μνημονεύει Ἀριστώνυμος ἐν Ἡλίῳ ῥιγοῦντι·

Ὁ γέ τοι Σικελὸς ταῖς μεμβραφύαις προσέοικεν ὁ καρκινοβήτης.

Ἀττικοὶ δ' ὅμως βεμβράδας λέγουσιν· Ἀριστομένης Γόησιν· „Βεμβράδας ὀβολοῦ φέρων" (sic transpono). Ἀριστώνυμος Ἡλίῳ ῥιγοῦντι·

Οὔτ' ἀφύη νῦν ἔστιν ἔτι σαφῶς οὔτ' αὖ βεμβρὰς κακοδαίμων.

et rursus p. 284 F. partem alterius versus adscripsit: Ἀφύαι· καὶ ἑνικῶς δὲ ἀφύην λέγουσιν· Ἀριστώνυμος Ἡλίῳ ῥιγῶντι· Ὥστ' οὔτ' ἀφύη νῦν ἔσθ' ἁπλῶς. et p. 285 E: Ἀριστώνυμος Ἡλίῳ ῥιγοῦντι· Ὥστ' οὔτ' ἀφύη νῦν ἔστιν ἁπλῶς. Magna sane lectionum diversitas his locis reperitur, quae quidem facili negotio potest conciliari: censeo autem, quamvis haec duo fragmenta et apud Etymologici auctorem et apud Athenaeum disiuncta sint, in unum esse coniungenda:

Ὁ γέ τοι Σικελὸς ταῖς βεμβραφύαις προσέοικεν ὁ καρκινοβήτης,
Ὥστ' οὔτ' ἀφύη νῦν ἔσθ' ἔθ' ἁπλῶς οὔτ' αὖ βεμβρὰς κακοδαίμων.

Tam arcte enim haec cohaerent, ut quidquid interpositum aut additum existimaveris, universam sententiam pervertes. Nam quod auctor Etymologici haec dirimens inserit καὶ αὖθις, non est tanti momenti, ut ista segregemus, quoniam grammatici saepe hac formula etiam ibi utuntur, ubi duo in duobus continuis versibus exempla alicuius verbi animadverterunt. Luculentum exemplum praebet Suidas T. I. p. 169: Ἀναλίσκειν καὶ ἀναλοῦν. Ἀριστοφάνης — Δαιταλεῦσιν·

Εἰς τὰς τριήρεις δεῖ μ' ἀναλοῦν ταῦτα καὶ τὰ τείχη.

ἐν δὲ τῷ παρεληλυθότι καὶ διὰ τοῦ η ἀδιαφόρως· οἷον ἀνήλισκον καὶ ἀνάλισκον· καὶ αὖθις·

Εἰς οἷ' ἀνάλουν οἱ πρὸ τοῦ τὰ χρήματα.

Haec enim non solum ex eadem Aristophanis comoedia depromta sunt, verum etiam arctissime cohaerent, sic autem sunt restituenda:

Εἰς τὰς τριήρεις δεῖν ἀναλοῦν ταῦτα καὶ τὰ τείχη
Εἰς οἷ' ἀνάλουν οἱ πρὸ τοῦ τὰ χρήματ'.

vid. Zimmermanni Annales 1836 p. 83. Pater enim senex, ubi satis conquestus est de filii corruptis moribus, iam ad communem civitatis calamitatem accedit et Athenienses graviter vituperat, quod publicas pecunias, quae in naves comparandas et muros reficiendos ex lege maiores impendere fuerint soliti, (vid. Inscript. LXXVI apud Boekh. Corp. Inscr. T. I. p. 117: Ἐπειδὰν δὲ ἀποδεδομένα ᾖ τοῖς θεοῖς τὰ χρήματα, ἐς τὸ νεώριον καὶ τὰ τείχη τοῖς περιοῦσι χρῆσθαι χρήμασιν.) temere profundant et singulis civibus distribuant atque ita rerum forensium insanam cupiditatem magnopere augeant. Aliis in locis Suidas, qui saepissime hac formula dicendi

καὶ αὖθις utitur, si non ex eodem libro et continuo ordine, at certe ex eodem scriptore exempla, quae ita profert, petiisse censendus est, uti quod legitur T. II. p. 387: *Κυαμοτρώξ· ὁ δικαστής, τρεφόμενος ὑπὸ κυάμων· πρὸ γὰρ τῆς εὑρέσεως τῶν ψήφων κυάμοις ἐχρῶντο ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν ἀρχόντων καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις· ὡς οὖν τῶν ψηφιζόντων ἀργύριον λαμβανόντων καὶ χειροτονούντων τοὺς διδόντας πλέον· καὶ αὖθις·*

Κρινεῖ δὲ τούτους οὐ κυαμοτρὼξ Ἀττικός.

Haec quidem, quamvis non satis integra, descripta sunt ex Scholiasta Aristophanis ad Equites v. 41, ubi ultima illa *καὶ αὖθις* desiderantur, sed nemo ignorat, quam foede commentarii illi antiqui in Aristophanis comoedias detruncati sint: ex his igitur cum illud quoque petierit Suidas, ille versiculus Aristophani vindicandus est.

Philyllii fragmentum fabulae nomine omisso Pollux VII. 29 servavit: *Καὶ κροκυδίζειν Φιλύλλιος εἶπε·*

Τὸ κάταγμα κροκυδίζουσαν αὐτὴν κατέλαβον.

ὅπερ ἐστιν ἐκλέγουσαν τὸ τραχύ. Suspicor, si coniecturam quamvis incertam proponere de hoc versu licet, poetam scripsisse:

Τὸ κάταγμα κροκυδίζουσαν Αὔγην κατέλαβον.

ut haec sint Herculis verba de Auge in illa fabula, quam hoc nomine scripsit Philyllius: *Αὔγη* vero et *αὐτὴ* saepissime sunt confusa, vid. Valckenaer. Diatribe de Euripid. Fragm. p. 164. Philyllius enim in hac fabula induxit Herculem, Augae amore captum, atque ut consentaneum est largum exhibuit convivium, quorsum spectat illud fragmentum, quod est apud Athenaeum III. p. 110 F:

Αὐτὸς φέρων πάρειμι πυρῶν ἐκγόνους τριμήνων
Γαλακτοχρῶτας κολλάβους θερμούς.

et illud ibid. IX. p. 408 E:

Καὶ δὴ δεδειπνήκασιν αἱ γυναῖκες, ἀλλ' ἀφαιρεῖν
Ὥρα 'στιν ἤδη τὰς τραπέζας, εἶτα παρακορῆσαι,
Ἔπειτα κατὰ χειρῶν ἑκάστῃ καὶ μύρον τι δοῦναι.

item illud XI. p. 485 B, si recte haec restituit Dindorfius:

— Πάντα γὰρ ἦν μετ' ἀνδρῶν
Μειρακίων πίνονθ' ὁμοῦ δ' ... ἄλλων
Γραδίων μεγάλαισιν οἴνου χαίροντα λεπασταῖς.

In eodem argumento tractando ante Philyllium versati erant tragici poetae plures, ut Euripides, fortasse Carcinus*), alii.

---

*) Ex Carcini fabula petiti videntur illi versus, qui leguntur apud Harpocrationem v. *Καρκίνος — Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Μνησίμαχόν φησι· Συντίθεται δὲ τούτοις καὶ Καρκίνος ὁ ποιητὴς εἰπών·*

Οὐκ οἶνος ἐξέστησε· τὰς γὰρ ἐμφύτους
Ὀρθῶς παγείσας ... μένας φρένας,
Οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

Ita enim corrigo, vulgo *οὐ κεῖνος* legitur, Valesius *κοὐ κεῖνος ἐξέστησε* coniecit. Haec nescio quis de Hercule dicit, quem negat vino victum Augen compressisse: suspicor autem Carcinum simul notare voluisse Euripidem,

Ex *Dioclis* Bacchabus Pollux X. 78 versum servavit: *Καλεῖται μέντοι καὶ ποδανιπτήρ, οὐ παρ' Ἡροδότῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν Διοκλέους Βάκχαις·*

Ὑδρία τις ἢ χαλκοῦς ποδανιπτὴρ λέβης.

verum nec sententia nec metrum satis integrum est: littera enim *ᾱ* in hoc versu semper corripitur, ut apud Amipsiam in *Ἀποκοτταβίζουσιν* apud Athenaeum XV. p. 667 F:

Ἡ Μανία φέρ' ὀξύβαφα καὶ κανθάρους
Καὶ τὸν ποδανιπτῆρ' ἐγχέασα θὕδατος.

Et eodem modo *ποδάνιπτρον*, vid. Homer. Odyss. XIX. 343 et 504. Legendum igitur est:

Ὑδρία τις ἢ χαλκοῦς ποδανιπτὴρ ἢ λέβης.

Ex eadem comoedia fragmentum servavit Photius p. 124, 17: *Κακὰ κακῶν· Διοκλῆς Βάκχῃ· Πλύνει τε τὰ κακὰ τῶν κακῶν ὑμᾶς.* Scripserat fortasse poeta:

Πλύνει τε τὰ κακὰ τῶν κακῶν ὑμᾶς κακῶς.

τὰ κακὰ τῶν κακῶν, uti Pherecrates dixit in *Μεταλλεῦσιν* apud Athenaeum VI. p. 269 A. *Κακὰ κακῶς* autem ut Aristophanes in Equitibus v. 189. Ceterum Dioclem tangere videtur Aristophanes in Ranis v. 1304, cum dicit:

Ἐνεγκάτω τις τὸ λύριον· καίτοι τί δεῖ
Λύρας ἐπὶ τοῦτον; ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις
Αὕτη κροτοῦσα; Δεῦρο Μοῦσ' Εὐριπίδου,
Πρὸς ἥνπερ ἐπιτήδεια τάδ' ἐστ' ᾄδειν μέλη.

nam etsi Euripidis levitatem in modis, quos carminibus adaptaverit, illo loco reprehendit, simul tamen notat Dioclem, qui illius inventi auctor erat, quod solum Euripideae Musae convenire arguit: Suidas enim v. *Διοκλῆς* T. I. p. 595 dicit: *Τοῦτον δέ φασιν εὑρεῖν καὶ τὴν ἐν ὀξυβαφίοις ἁρμονίαν ἐν ὀστρακίνοις ἀγγείοις, ἅπερ ἔκρουεν ἐν* (praepositio delenda est) *ξυληφίῳ.* De illa harmonia Aristophanis Scholiasta haec dicit: *Ἀπορίᾳ λύρας τινὲς ὄστρακα λαμβάνοντες, ἦχον μὲν ἀπετέλουν, πάνυ δὲ ἄσημον· διαβάλλει δὲ ἐντεῦθεν Εὐριπίδην ὡς κακὸν μελοποιόν. Ἄλλως· Ὅτι φαίνονταί τινες ἀγοραῖοι κρούοντες τοῖς ὀστράκοις καὶ προσᾴδοντες τῷ κρούματι τῷ διὰ τούτων· λέγεται δὲ εἰς τὴν Ὑψιπύλην ταῦτα, ἢ καθόλου τὴν μοῦσαν αὐτοῦ· ἐπιλέγει γάρ, δεῦρο Μοῦσα Εὐριπίδου. Δίδυμος δὲ προστίθησιν, ὅτι εἰώθασιν ἀντὶ λύρας κογχύλια καὶ ὀστράκια κρούοντες εὔρυθμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις.* ubi *ἔρρυθμόν τινα ἦχον* legendum est; confirmat Athenaeus XIV. p. 636 D, qui et ipse Didymum respexit: *Δίδυμος δέ φησιν*

---

qui cum idem argumentum tractaret, a tragoediae dignitate prorsus descivit, atque ipsum Herculem haec finxit confiteri (Stobaeus XVIII. p. 164):

Νῦν δ' οἶνος ἐξέστησέ μ'· ὁμολογῶ δὲ σὲ
Ἀδικεῖν· τὸ δ' ἀδίκημ' ἐγένετ' οὐχ ἑκούσιον.

Carcinus autem digniorem aliquam rationem in illa fabula componenda videtur secutus fuisse itaque iure adversatur Euripidi. Cum tamen Carcinus etiam Alopen scripserit, poteris commode hos versus illuc referre.

εἰωθέναι τινὰς ἀντὶ τῆς λύρας κογχύλια καὶ ὄστρακα συγκρούοντας ἔρρυθμον ἠχόν τινα ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις, καθάπερ καὶ Ἀριστοφάνη ἐν Βατράχοις φάναι. Aristophanis versum etiam Phrynichus Bekkeri T. I. p. 45, 30 intellexit: Κροτεῖν ὀστράκοις· Ἀριστοφάνης ἐπὶ τῆς Εὐριπίδου μελοποιίας, ὅτι οὐχὶ γνησίου οὐδὲ γνήσια τὰ μέλη, ἀλλ' οἷα πρὸς ὄστρακα ᾄδεσθαι· δῆλον ποιοῦντος τοῦ κωμῳδοῦ, ὅτι τὰ ἐκλελυμένα τῶν μελῶν καὶ ἀδόκιμα πρὸς τὰ ὄστρακα ᾖδον, οὐχὶ πρὸς λύραν ἢ κιθάραν.

Ex *Sannyrionis* Danae insigne servavit fragmentum Scholiasta Aristophanis, ubi docet Hegelochum tragicum actorem propter pinguiorem pronuntiationem in Euripidis Oreste v. 403 a compluribus comicis poetis irrisum esse, vid. ad Ranas v. 303: Ἡγέλοχος τραγῳδίας ὑποκριτής, ὃς καὶ ἐν τῷ Ὀρέστῃ Εὐριπίδου προστάντος αὐτῷ τοῦ πνεύματος ἐν τῷδε τῷ στίχῳ·

Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν' ὁρῶ.

αἰφνιδίως ὀφθῆναι συνελόντα τὴν συναλοιφήν· τοῦτον δὲ καὶ ὡς ἀτερπῆ τὴν φωνὴν Πλάτων σκώπτει· καὶ Στράττις·

Α. Ποῖ ποῖ; πρὸς θεῶν, ποῖ ποῖ γαλῆν;
Β. Γαλῆν'! Α. Ἐγὼ δ' ᾤμην σε γαλῆν λέγειν ὁρῶ.

καὶ Σαννυρίων ἐν Δανάῃ· Τίς ἂν γενόμενος εἰς ὀπὴν γενήσομαι; Φέρ', εἰ γενοίμην γαλῆ. Ἀλλ' Ἡγέλοχός με μηνύσειεν ὁ τραγικός· ἀνακράγοιτ' ἂν οὗτος εἰσιδών· ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ. Non minus corrupta eadem apud Scholiastam Euripid. Orest. leguntur v. 219. Neque Piersono emendandi conatus cessit ad Moeridem p. 113, qui et metri et graeci sermonis leges violavit, cum hos senarios finxit:

Ἀλλ' Ἡγέλοχός με μηνύσειεν ὁ τραγικός,
Ἀνακράγοιτ' ἂν οὗτος εἰς ἐχθροὺς μέγα.

Scribendum vero est:

Τίς ἂν γενόμενος εἰς ὀπὴν ἐνδύσομαι;
Φέρ' εἰ γενοίμην γαλῆ;
Ἀλλ' Ἡγέλοχος οὗτός με μηνύσειεν ἂν
Ὁ τραγικός, ἀνακράγοι τ' ἂν εἰσιδὼν μέγα·
Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ.

ἀνακραγεῖν μέγα, uti Antiphanes dixit apud Athenaeum VII. p. 287 E:

Ἄτοπόν γε κηρύττουσιν ἐν τοῖς ἰχθύσι
Κήρυγμ', ὅπου καὶ νῦν τις ἐκεκράγει μέγα.

Menander ibid. IX. p. 373 C:

Ἀλεκτρυὼν τις ἐκεκράγει μέγα.

Aristophanes in Equitibus v. 641:

Τὴν κιγκλίδ' ἐξήραξα, κἀναχανὼν μέγα
Ἀνέκραγον.

Iovis autem haec sunt apud Sannyrionem verba, qui consilii inops est, quo pacto ad Danaen penetrare possit.

Aristomenis Bacchum commemoravit Pollux III. 150: Ἀφ' ὧν καὶ τὸ σφαιρομαχεῖν καὶ σφαιρομαχία παρὰ Ἀριστομένει ἐν

Διονύσῳ ἀσκητῇ. ita vulgo legitur, sed unus codex *παρὰ Ἀριστομένῃ ἐν ἀσκηταῖς* exhibet. Vulgatam autem comoediae inscriptionem dubiam reddit auctoritas Athenaei, qui duobus locis simpliciter *Διόνυσον* fabulam appellat, XIV. p. 650 D: *Ἀριστομένης ἐν Διονύσῳ φησίν·*

Ὁ Χῖος οὐκ οἶσθ' ὡς ἀμαμηλίδας ποιεῖ.

et p. 658 A: *Ἀλιπάστων δὲ κρεῶν μνημονεύει ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς Ἀριστομένης ἐν Διονύσῳ·*

Ἀλίπαστα ταῦτα παρατίθημί σοι κρέα.

ita enim versum redintegro. Athenaeus, qui solet in his rebus accuratam diligentiam adhibere, profecto *ἐν Διονύσῳ ἀσκητῇ* scripsisset, si ita comoedia vocata esset. Neque enim licuit alterum verbum omitti, non magis quam si quis citaret Aristonymum *ἐν Ἡλίῳ*, non *ἐν Ἡλίῳ ῥιγοῦντι*, aut Platonem *ἐν Νυκτί*, non *ἐν Νυκτὶ μακρᾷ*. Sed verum fabulae titulum fuisse censeo *Διόνυσος ἢ Ἀσκηταί*. Sic enim iure potuit Athenaeus alteram inscriptionem omittere, id quod saepenumero fecit: Polluci vero integer titulus restituendus est *ἐν Διονύσῳ ἢ Ἀσκηταῖς*. Hanc autem coniecturam satis confirmat simillimus titulus fabulae Metagenis, quam *Ὅμηρον ἢ Ἀσκητὰς* inscripsit.

Epilyci longe depravatissimum fragmentum legitur apud Athenaeum IV. p. 140 A: *Τῆς τε κοπίδος μνημονεύει καὶ Ἀριστοφάνης ἢ Φιλύλλιος ἐν ταῖς Πόλεσιν Ἐπίλυκός τ' ἐν Κωραλίσκῳ λέγων οὕτως· „Ποττὰν κοπίδ' οἰώσομαι ἐν Ἀμυκλαῖον· παραγέλλωσι βάρακες πολλοὶ κἄρτοι καὶ σδωμὸς μάλα ἁδύς."* Etsi haec graviter corrupta sunt, supersunt tamen manifesta vestigia anapaestorum: mihi sic fere Epilycus scripsisse videtur:

Ποττὰν κοπίδ', οἰῶ, σῶμαι
Ἐν Ἀμυκλαῖον· πάρα Γέλλωσιν
Καὶ βάρακες πολλοὶ κἄρτοι
Καὶ δωμός τις μάλα Γαδύς.

Dorico vel potius Laconico sermone, si non universam fabulam, at certe maximam partem compositam fuisse satis vel ipsa inscriptio docet: *κωραλίσκος* enim Doriensium sermone adolescentulus appellatur, vid. Photius p. 198, 15: *Κωραλίσκον· μειράκιον. Κρῆτες.* Hesychius: *Κωραλίσκον, μειράκιον.* Et apud Herodianum *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 20, 28 scribendum: *Τὰ εἰς κος λήγοντα ὑπὲρ δύο συλλαβάς, εἰ παραλήγοιτο τῷ ι καὶ παροξύνοιτο πρὸ τοῦ κ τὸ σ ἔχει, ἀστερίσκος, ὀβελίσκος, μανίσκος, κωραλίσκος,* vulgo *κωρακίσκος*. quomodo etiam Athenaei codices nonnunquam fabulae nomen exhibent, ut XIV. p. 691 C: *Μύρον δ' ἐστὶ καὶ τοῦτο, Ἐπίλυκος ἐν Κωραλίσκῳ·*

Βακκαρίς τε καὶ σάγδας ὁμοῦ.

ubi cod. B: *κωρακίσκῳ*. peius etiam ibid. p. 650 E: *Ἐπίλυκος Φωραλίσκῳ· Μῆλα καὶ ῥόας λέγεις.* omnes libri exhibent. Respicit haec verba Photius p. 490, 25: *Ῥοιάς· Ἴωνες· ἄνευ δὲ τοῦ ι ῥόας, οὕτως Ἐπίλυκος.* recte vero supra IV. p. 133 B: *Ἔστι δ' ἡ κερκώπη ζῷον*

ὅμοιον τέττιγι καὶ τιγονίῳ, ὡς Σπεύσιππος παρίστησιν ἐν τετάρτῳ ὁμοίων· μνημονεύει αὐτῶν Ἐπίλυκος ἐν Κωραλίσκῳ. quorsum pertinet Photii glossa p. 592, 11, ubi falso: Τιττιγόνιον (legendum τιγόνιον) ὅμοιον τέττιγι· Ἐπίλυκος Κοραλίσκῳ. Atque ita etiam Suidas T. I. p. 819: Ἐπίλυκος· κωμικὸς ποιητής· τῶν δραμάτων ἐστὶ Κοραλίσκος, ὡς Ἀθήναιος. Haec omnia autem ad Atticam dialectum referenda sunt, uti etiam illud, quod ex ipsa hac fabula petiisse videtur Athenaeus I. p. 28 E: Χῖος καὶ Θάσιος ἠθημένος.

Iam in hoc fragmento apertissima dorici sermonis vestigia supersunt, alia vero turpiter oblitterata: et numeri quoque ii sunt, qui Lacedaemoniis maxime conveniunt, anapaesti, quibus inde a Tyrtaei tempore maxime delectabatur Doriensium gravitas ac severitas: primus autem versus est paroemiacus, nam is ibi quoque nonnunquam reperitur, ubi sententia ipsa nondum ad terminum est perducta: quin etiam in exordio carminis aliquoties ab Aristophane collocatus videtur. Neque vero quidquam dubitationis offensionisve in eo est, quod spondeus in penultimo pede sit admissus: id ipsum enim convenientissimum est dorici et sermonis et harmoniae gravitati: ita Tyrtaeus in anapaestis paroemiacis apud Dionem Chrysost. T. II. p. 5:

Ἄγετ' ὦ Σπάρτας εὐάνδρου
Κοῦροι πατέρων πολιῆται,
Λαιᾷ μὲν ἴτυν προβάλεσθε.
Δόρυ δ' εὐτόλμως πάλλοντες,
Μὴ φειδόμενοι τᾶς ζωᾶς,
Οὐ γὰρ πάτριον τᾶς Σπάρτας.

Et nonnunquam etiam Attici poetae, qui itentidem hoc metrum usurpaverunt, uti Aristophanes in Tagenistis Fr. XIII:

Ὁ δὲ λύων κύστιν ὑείαν
Κἀξαιρῶν τοὺς Δαρεικούς.

neque non eadem licentia etiam in tetrametro catalectico usi sunt, vid. quae supra dicta sunt Lib. II. c. 1. Sequuntur apud Epilycum duo versus acatalecti, quos rursus paroemiacus excipit: nisi forte legendum est:

Βάρακες πολλοὶ κἄρτοι
Καὶ δωμός τις μάλα Γαδύς.

sive tu malis etiam pronomen illud τὶς abiicere; arbitror enim hos non vulgares esse anapaestos, sed quos *doricos* appellare soleo, de quorum ratione et natura alias accuratius disseram. Iam versu primo scripsi ποττὰν κοπίδ' οἰῶ σῶμαι, codices variant, A κοπίδ' οἰώσομαι, B κοπιδιώσομαι, P κοπιδοιώσωμαι. propius ille quidem a vero abest: omninoque Dindorfius saepius iniuria huius codicis lectiones sprevit. *Οἰῶ* prorsus et Laconum sermoni et ingenio convenit: nam ut in Doriensibus est ingenua simplicitas, ita suum ubique iudicium, suam sententiam interponere solent: itaque illud *οἰῶ* satis ore tritum et usitatum fuit Lacedaemoniis, quare etiam

Aristophanes in Lysistrata, ubi Spartanam mulierem inducit, istam consuetudinem accurate expressit, uti v. 81 Lampito dicit:

Μάλα γὰρ οἰῶ ναὶ σιώ.

et v. 155:

Ὁ γῶν Μενέλαος τᾶς Ἑλένας τὰ μᾶλά πο
Γυμνᾶς παρενιδὼν ἐξέβαλ', οἰῶ, τὸ ξίφος.

et v. 1254:

Ἀμὲ δ' αὖ Λεωνίδας
Ἆγεν ἅπερ τὼς κάπρως
Θάγοντας οἰῶ τὸν ὀδόντα.

Prorsus igitur eodem modo Lacedaemonii illud *οἰῶ* interponere solebant, quo inter Germaniae gentes Austriaci celebratum illud *halt*. *Σῶμαι*, quod scripsi, Laconica forma est pro vulgata *σοῦμαι*, vid. Hesychius: *Σῶμαι· ἕρπω· Δωριεῖς*, et infra *Σῶται. ὁρμᾶται, ἔρχεται, πορεύεται.* Admodum autem Dorienses hoc verbum frequentaverunt, uti cetera quoque quae inde descendunt vocabula, vid. Plato in Cratylo p. 412 B: *Ἀλλὰ μὴν ἥ γε σοφία φορᾶς ἐφάπτεσθαι σημαίνει, σκοτωδέστερον δὲ τοῦτο καὶ ξενικώτερον· ἀλλὰ δεῖ ἐκ τῶν ποιητῶν ἀναμιμνήσκεσθαι, ὅτι πολλαχοῦ λέγουσι περὶ ὅτου ἂν τύχωσι τῶν ἀρχομένων ταχὺ προϊέναι, ἐσύθη φασίν· Λακωνικῷ δὲ ἀνδρὶ τῶν εὐδοκίμων καὶ ὄνομα Σοῦς ἦν· τὴν γὰρ ταχεῖαν ὁρμὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι οὕτω καλοῦσιν.* Ingenium autem moresque Doriensium ipso sermone satis illustrantur: nam externa quoque species et forma orationis animo accommodata est, itaque Dorienses admodum raro dixerunt *ἔρχεσθαι*, quamquam in Laconicis apud Aristophanem in Lysistrata sane aliquoties *ἐλσεῖν* legitur, ut v. 105. 118. 1081, sed plerumque *ἕρπειν*, quoniam tardiusculo gravique incessu uti solebant, aut *σοῦσθαι*, quoniam ubi facto opus erat, concitato sane gressu nitebantur. Ita ut pauca quaedam exempla proferam, Theocritus I. 105:

Οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος, ἕρπε ποτ' Ἴδαν,
Ἕρπε ποτ' Ἀγχίσαν.

IV. 36:

Εἰς ὄρος ὄκχ' ἕρπῃς, μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο, Βάττε.

XV. 136:

Ἕρπεις, ὦ φίλ' Ἄδωνι, καὶ ἐνθάδε κεἰς Ἀχέροντα.

Adde V. 44. XIV. 50. XV. 26 et 42. Alterius verbi usum illustrat vel decantatum illud:

Ἔρρει τὰ καλά· Μίνδαρος δ' ἀπέσσουα.

Ἐν item Laconicum est pro *ἐς* vel *εἰς*. Hesychius *Ἐν· ἀντὶ τοῦ εἰς*. Pindarus Pyth. II. 11: *ἐν θ' ἅρματα πεισιχάλινα.* et ibid. v. 86: *ἐν πάντα δὲ νόμον.* et V. 36: *ἐν κοιλόπεδον νάπος.* *Ἀμυκλαῖον* autem fuit templum Apollinis Spartae longe sanctissimum, cuius mentionem facit Thucydides V. 18: *Στήλας δὲ στῆσαι Ὀλυμπίασι καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμῷ καὶ ἐν Ἀθήναις καὶ ἐν πόλει ἐν Λακεδαίμονι ἐν Ἀμυκλαίῳ.* et c. 23: *Στήλην δὲ ἑκατέρους στῆσαι, τὴν*

μὲν ἐν Λακεδαίμονι παρ' Ἀπόλλωνι ἐν Ἀμυκλαίῳ. Deinde *πάρα Γέλλωσιν* meo iure mihi videor restituisse pro vulgata lectione *παραγγέλλωσι. Πάρα* h. e. *πάρεστι*, ne comicis quidem poetis inusitatum est, vid. Grammaticum in Crameri Anecdotis T. III. p. 363: *Ἡ πάρα ἀντὶ τοῦ πάρειμι· Κρατῖνος Μαλθακοῖς καὶ Ἕρμιππος Στρατιώτισιν· ὁ πωλῶν τ' ἀνδράποδ'; ὅδ' ἐγὼ πάρα.* Hermippi versum redintegrare licet ope Etymologici M. p. 631, 24: *Πάρα· σημαίνει τρία· Τίς ἐσθ' ὁ πωλῶν τἀνδράποδα; ὅδ' ἐγὼ πάρα· ἀντὶ τοῦ πάρειμι.* Itaque legendum: *Ἕρμιππος Στρατιώταις·*

A. Τίς ἐσθ' ὁ πωλῶν τἀνδράποδ'; B. Ὅδ' ἐγὼ πάρα.

Adde Eustathium ad Iliadem p. 586, 33. Etsi autem aliud huius formae exemplum nequeo in medium proferre, tamen Lacedaemonii non poterant non *Γέλλωτας* dicere, quos *Εἵλωτας* vulgus. Et quodammodo coniecturam confirmat quod legitur apud Hesychium: *Ἐλῶπες· μισθωτοί, ἐν τῷ ἕλει ἐργαζόμενοι.* at ibi vel litterarum ordo, praecessit enim *ἕλωσι*, sequitur *ἐλώφησεν*, flagitat ut *Ἕλωτες* scribatur. Lacedaemonios autem *Γέλλωτας* dixisse satis analogia probat: nam Spartani, sicut ceteri Dorienses, asperum spiritum studiosissime reformidabant, in eiusque locum aut lenem substituebant, aut quod multo frequentius est, digamma: quod quidem pro soni varietate ambigue, modo per *Γ* modo per *B* effertur et scribitur: ita dixerunt, quod ipse infra restitui *Γαδύς* vel *Βαδύς*, vid. Hesychius: *Γάδεται· ἥδεται. Γάδεσθαι· ἥδεσθαι.* et *Βάδομαι· ἀγαπῶ.* Atque hoc restituendum est etiam Aristophani in Lysistrata v. 206:

Καὶ μὰν ποτόδδει Γαδὺ ναὶ τὸν Κάστορα.

etsi compertum habeo Graece *καὶ μὴν — γε* satis crebro dictum esse. Est autem haec littera non semel in Aristophania illa comoedia oblitterata, ita, ut paucis defungar, v. 218:

Ἔλσοιμ', ὅπα μέλλοιμι Γειράναν ἰδῆν.

et v. 1096:

φέρε τὸ Γέσθος ἀμβαλώμεθα.

Deinde Dorienses loco diphthongorum simplici littera vocali uti solebant, geminata quidem consonante. Ita dixerunt *ἀπελλάζειν*, ut mihi quidem videtur pro *ἀπειλάζειν*: uti est in istis, quae Plutarchus in vita Lycurgi c. 6 adscripsit: *Διὸς Ἑλλανίου καὶ Ἀθηνᾶς Ἑλλανίας ἱερὸν ἱδρυσάμενον φυλὰς φυλάξαντα καὶ ὠβὰς ὠβάξαντα τριάκοντα, γερουσίαν σὺν ἀρχαγέταις καταστήσαντα, ὥρας ἐξ ὥρας ἀπελλάζειν μεταξὺ Βαβύκας τε καὶ Κνακίωνος. Βάρακες* autem, qui commemorantur, quid sit explanat Grammaticus Bekkeri T. I. p. 226: *Βήρηκες· μᾶζαι ὀρθαί· οἱ δὲ ἁπλῶς μάζας ἐπάνω κέρατα ἐχούσας· παρὰ Λακεδαιμονίοις δὲ τὴν ἑορτὴν Βηρηκίαν λέγεσθαι, ἐν ᾗ τοῖς θύουσι προτιθέασιν τους βήρηκας.* Ultimo versu ex codicum lectionibus restitui: *Καὶ δωμός τις μάλα ἀδύς· δωμὸς* Doriensium more dictum est pro *ζωμός*, uti *Δεύς* pro *Ζεύς*, vid. Hesychius: et hoc ipsum *δωμὸς* firmatur auctoritate Etymol. M. p. 316, 56: *Ἔδος παρὰ τὸ ἕζω, κατὰ τροπὴν Δωρικὴν τοῦ ζ εἰς δ. οἷον ζυγὸς δυγός, καὶ ζωμὸς δωμός.* Adde praeterea ibid. p. 466

Ἱδρύω, *ἐκ τοῦ Ἵζω γίγνεται Ἵδω*, *τροπῇ τοῦ ζ εἰς δ Αἰολικῶς*, *ὡς δυγὸς ζυγός*. Ceterum alia quoque subnata est coniectura, non *μάλα Γαδύς* scribendum esse, sed *καὶ δωμός τις μέλας ἁδύς*. ut poeta celebratum illud Spartanorum ius adesse dicat, de quo praeter alios videas Plutarchum in vita Lycurgi c. 12: *Τῶν δὲ ὄψων εὐδοκίμει μάλιστα παρ' αὐτοῖς ὁ μέλας ζωμός*, *ὥστε μηδὲ κρεαδίου δεῖσθαι τοὺς πρεσβυτέρους*, *ἀλλὰ παραχωρεῖν τοῖς νεανίσκοις*, *αὐτοὺς δὲ τοῦ ζωμοῦ κατατεταγμένους ἑστιᾶσθαι*. Ceterum noli mirari, quod non *δωμόρ τιρ* restitui, ista enim, etsi satis Laconica sunt, nimis tamen sunt aspera et incondita, quam ut teretes Atheniensium aures potuerint ferre. Videtur autem istos versus servus aliquis aut minister loqui, qui se ad Amyclaeum tendere dicit, ut fruatur cibis, qui Helotibus sint appositi: Helotes enim, cum inter coenandum quoque heris famularentur, vid. Plutarch. comp. Lycurg. et Numae v. 2: *Ἀλλ' ἦν ἡ περὶ τὰ χρήματα κατασκευὴ δεδομένη δούλοις καὶ Εἵλωσιν*, *ὥσπερ ἡ περὶ τὸ δεῖπνον καὶ ὄψον διακονία*, videntur ciborum reliquiis post coenam usi esse; maximeque illud fuerit concessum in sacra coena, qualis fuit illa *κοπίς*, dequa vide Müllerum in Doriensibus T. II. p. 277 accurate disserentem.

Lipsiae typis Hirschfeldii.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 3 L. 20 de Republ. VII. p. 816 legendum de Legg. VII. p. 816.
- 5 - 36 cum Gorgiae nomine — cum Archilochi nomine.
- 9 - 27 asynnarteto legendum asynarteto.
- 12 - 12 lectione — lectiones.
- 17 - 13 ἐν τῶν ἐν τῷ.
- 28 De formis πλέως, πλέων et πλέω quae disserui, ea quodammodo firmantur loco Luciani in Hermotimo c. 76: Ὁ γὰρ καὶ κατὰ μικρότατον ἐνδέων ἀτελής, κἂν πάντα πλέω ἔχῃ, εἰ δὲ τοῦτο οὐχὶ οὐδέπω εὐδαίμων. Sic enim vere Urbanus correxit hunc locum in Actis Societ. Graec. Vol. I. p. 261, vulgo πλεῖω legitur.
- 37 L. 17 choreutea legendum choreutae.
- 39 - 30 ex Ionia — ex Aegialea.
- 40 - 9 pestilentiae illic legendum pestilentiae illi.
- 43 - 7 penuriam frugum — penuriae frugum.
- 43 - 12 παρπῶν legendum καρπῶν.
- 43 Heraclidem Ponticum de Abaride librum scripsisse, quem, fabulis cum esset refertus, pueri maxime lectitaverint, testatur etiam idem Plutarchus de poetis audiend. c. 1: Οὐ γὰρ μόνον τὰ Αἰσώπεια μυθάρια καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις καὶ τὸν Ἄβαριν τὸν Ἡρακλείδου καὶ τὸν Λύκωνα τὸν Ἀρίστωνος διερχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ μεθ᾽ ἡδονῆς ἐνθουσιῶσι. Fortasse autem liber ille, qui Abaris inscribebatur, non fuit diversus ab illo opere de animi natura.
- 53 Thurios bis coloniam deductam esse statuit etiam Ludovicus Hoelscher, qui nuper diligentissime de Lysiae vita et scriptis disseruit, p. 18.
- 56 L. 40 Cynatheniensis legendum Cydatheniensis.
- 58 - 1 Cynatheniensis — Cydatheniensis.
- 58 - 7 momenti — monumenti.
- 82 Charmantides, pariter atque Philomelus ille, de quo dixi p. 85 infra, Isocratis disciplina usus est, vid. Isocratem de antidosi p. 367 ed. Bekker: Καὶ τοὺς μὲν λόγους ὀλίγῳ πρότερον ἀνέγνωμεν ὑμῖν, τοὺς δὲ κεχρημένους ἐκ μειρακίων μοι μέχρι γήρως δηλώσω καὶ μάρτυρας

ὑμῶν αὐτῶν παρέξομαι περὶ ὧν αν λέγω τοὺς κατα τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμὴν γεγενημένους· ἤρξαντο μὲν οὖν ἐν πρώτοις Εὔνομός μοι καὶ Λυσιθείδης καὶ Κάλλιππος πλησιάζειν, μετὰ δὲ τούτους Ὀνήτωρ, Ἀντικλῆς, Φιλωνίδης, Φιλόμηλος, Χαρμαντίδης· τούτους ἅπαντας ἡ πόλις χρυσοῖς στεφάνοις ἐστεφάνωσεν, οὐχ ὡς τῶν ἀλλοτρίων ἐφιεμένους, ἀλλ' ὡς ἄνδρας ἀγαθοὺς ὄντας καὶ πολλὰ τῶν ἰδίων εἰς τὴν πόλιν ἀνηλωκότας. quae meam de tempore, quo illi homines vixerint, coniecturam satis confirmant.

P. 88 ἐν ἱερῷ τῆς Βένδιδος correxit etiam Osannus, vid. Addenda ad Boeckhii Corp. Inscriptionum.

- 90 In Procli loco Aristoteles quidam Rhodius commemoratur, corrigas Ἀριστοκλῆς, vid. Strabo XIV. 2. p. 199 ed. Tauchn.: Ἄνδρες δ' ἐγένοντο μνήμης ἄξιοι (Rhodi) — καὶ Σιμμίας ὁ γραμματικὸς καὶ Ἀριστοκλῆς ὁ καθ' ἡμᾶς. Inter Rhodienses rhetores illum refert Dionysius Halicarn. de Dinarcho c. 8: Οἷοι γεγόνασιν Ῥοδιακοὶ ῥήτορες, οἱ περὶ Ἀρταμένην καὶ Ἀριστοκλέα καὶ Φιλάγριον καὶ Μόλωνα. Adde Clement. Alex. Stromat. VI. p. 629 B. Erotianus p. 12 ed. Franz.

- 119 L. 41 quos eo tempore scripsit legendum quas eo t. scr.
- 120 - 37 Omphalo legendum Omphale.
- 123 - 37 Ἀκέστωριώς — Ἀκέστωρ, ὡς.
- 123 - 44 οἱ παρόντες — οἱ παρόντες.
- 124 - 24 Ἀρισάκα ὁ Μυσός legendum Ἀρισάκας ο Μυσός.
- 125 - 26 κάλιξι legendum κάλυξι.
- 125 - 27 ἑλιχρύσου κλάδου legendum ἑλιχρύσου κλάδοις.
- 126 - 19 foris pars legendum fori pars.
- 127 - 12 πρός τι τούτων legendum πρός τι τούτων τῶν.
- 134 - 15 tanquam in minor equodam mundo legendum tanquam in minore quodam mundo.
- 205 - 27 T. I. p. 1. legendum T. I. p. 268.
- 209 - 23 λάγυγγα — λάρυγγα.
- 212 - 29 κιγλοπελειο — κιγκλοπελειο.
- 220 - 20 suluberrima — saluberrima.
- 265 De Apione nuper docte disseruit Lehrs in Quaestionibus Epicis p. 1—33, unde ea, quae ego praeteriens dixi, possunt redintegrari.
- 268 Eodem fere modo Aristotelis locum interpretatur Bernhardy, qui in libro, quo litterarum Graecarum memoriam complexus est, T I. p. 52 breviter haec attigit.
- 351 Hoelscherus in libro, quem supra dixi, p. 168 non recte videtur Hippocratis filios, quos comici notaverunt, ab iis distinguere, adversus quos Lysias scripsit orationem.

Praeterea adiungenda visa sunt, quae Schneidewinus meus nuper ad me misit, quae cum amico iter per Germaniam et Helvetios facienti tradita essent, sero ad me perlata sunt. Sunt autem haec:

P. 4. Apud Platonium facilius, quid scribi non potuerit, quam quid potuerit, licet dicere. Meinekius Quaest. Scenn. III. p. 4 de Aristophane Byzantio in Archilochi locum substituendo cogitabat. Tuum vero εἰσηγήσεις audaculum: alterum τὰς ζητήσεις ut reiiciendum arbitrer et articulus me adducit et numerus pluralis. Mihi Hemsterhusii ratio ita placet, ut certiorem tamen medelam circumspiciam.

p. 7. Grammaticum intellexit Cicero, non poetam. Quem quidem Archilocho quoque studia sua dicavisse alio loco demonstrabo.

p. 8. Non credibile est Archilochum Χάριλλε scripsisse. Quid enim reliquis facies versibus, qui non concinerent primo?

p. 8. Χάριλλον restituis Aristidi: rectius Liebelius Arch. p. 40 Χαρίλαν.

p. 11. Lege τὸ ἐν Διονύσου θέατρον.

p. 12. Unum κεῖται verum. De amatore Leophilo nolis cogitasse. Popularis homo fuit et magnae potentiae. Quod vel carmen illud Atticum monstrat, sive, ut Bernhardyus ait Histor. Litt. Grr. p. 53 „der nach Archilochos künstlich gemodelte Attische Gassenhauer.“

p. 24. Ego in Cap. XIII. Exercitationum Criticarum sic disserueram: „Ad Luciani verba, quae sunt in Alexandro IV. ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας Scholia Vindobonensia l. c. haec annotant: — ὡς κρατῖνος, ἀρχιλόχος (sic) καὶ διότιμος. Fred. Osannus in Anall. Histor. Graec. et Rom. Litt. I. p. 304 in locum Archilochi Aristophanem substituere studet; nam cum fr. CV Liebel. Μή τευ μελαμπύγου τύχῃς ista sociari non licere. Tu vel accentus pravo positu commonefactus corrige Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις. Cercops, qui apud Schol. aliosque Σίλλος nominatur (Lobeck. Aglaoph. II. p. 1305), Suidae Ὦλος est, alteri Scholiastae Vindobonensi Ἕλλος, auctori tractatus περὶ ἰδιότητος φύσεων παραδόξων in Crameri Ann. Grr. III. p. 413, 10. Βύλλος (sic) appellatus. Byllum istum erat quum latere suspicabar in corruptissimis verbis illis Herodiani περὶ μον. λέξ. p. 11, 16. Κάλλος τὰ εἰς ος λήγοντα δισύλλαβα ἔχοντα διссὸν τὸ λ οὐ θέλει εἶναι οὐδέτερα· ὕλλος τὸ κύριον, οὗ μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς. Hyllum non suspectavit optimus Runkelius p. 105, Κύλλος scribi oportere non fugit Guil. Dindorfium Fragmm. Aristoph. 268; illud omnes fugit quomodo corrigenda sint quae addit Herodianus: σκῦλλος σκύλλου πατήρ. Lege Κύλλου πήρα, confer Μαλθακῶν fr. VIII. Σκῦλλος illud prorsus absurde illatum. Ne dubites, Herodianus singulis vocabulis apponit testimonia: auctore prorsus carerent verba ista σκῦλλος σκύλλου πατήρ, si non admitteretur emendatio nostra. De Κύλλου πήρᾳ adde Provv. Bodlei. 571 Gaisford.“

p. 29. In loco Hesychii codex monstrat bis legendum esse Σαμαίνας. Photius Σάμαιναι· πλοῖα Σάμια ὑσὶν ἐμφερεῖς τὰς πρῴρας ἔχοντα.

p. 29. Codex εἰς ναμιαν: Tu εἰς συανίαν. Quid Tibi commerci cum forma Dorica? Debebat εἰς ὑηνίαν.

p. 34. Apud Photium est: *Προσίσχε· τὸ πρόσεχε· Κρατῖνος βουκόλοις. Καὶ Εὔπολις· Προσίσχε τὸν νοῦν τῇδε.*

p. 46. *Ἕρμιππος θεοῖς.* Immo *Εὐρώπῃ.*

p. 48. *στάσις δὲ γάρ. Γάρ* dele.

p. 52. *Osannus* in libro supra allato p. 82. *Τελεσίππῳ* vel *Πληξίππῳ.* Idem ad rell. conferendus.

p. 113. med. *Ἡέλιόν τε ὁρῶσι.* Immo *ἠέλιόν τ' ἔσορ.*

p. 161. „Epici alicuius versu." Dabo auctorem iam non *αμφισβητήσιμον.* Zenobius II. 19: *Αὐτόματοι δ' ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴενται· Οὕτως Ἡράκλειτος ἐχρήσατο τῇ παροιμίᾳ, ὡς Ἡρακλέους ἐπιφοιτήσαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν Κήϋκος τοῦ Τραχινίου καὶ οὕτως εἰπόντος.* Apage vero Heraclitum. Nosti carmen illud Hesiodium *Γάμον Κήϋκος*, ex quo profluxit sententia illa a Bacchylide repetita in eadem occasione: hinc vel in proverbium abiit. Apud Zenobium *Ἡσίοδος* scribo: *Ἡράκλειτος* sequenti *Ἡρακλέους* originem debet. Hesiodi nomen quoties corruptum notissimum.

